Item quia desiderium naturale non est frustra. so quicquid desideramus aliqn̄ adipiscemur. vnde quicunq3 appetit ire ad nostra3 dominam aliquādo ibit.

istū articulū reputo falsum erroneū ⁊ hereticum.

Item. anno. xxx. quia fecit istum tractatum fecit ꝓclamari ꝙ legeret libꝝ politice Aristotelis sub hac forma ꝙ quicunqꝫ voluerit audire librū politicorū Aristotelis vna cum quibusdam questionibus in quibus disputatur de iusto et iniusto. per quas poterit nouas leges condere. conditas si que sint corrigende corrigere. veniat ad talem locū et inueniet magistrum Nicolaum de vltricuria qui docebit oīa ista in dicta lectura. In quadam questione determinasse videtur ꝙ in aliquo casu furtum sit licitum ⁊ exemplificat in casu qui sequitur. Ponatur ꝙ aliquis iuuenis bene natus inueniat aliquē qui in breui valeat eum instruere in omni scientia speculatiua que potest haberi de rebus creatis. ⁊ non velit facere nisi ille iuuenis det centum libras quas ille iuuenis non potest haberi nisi per furtum. dixi. ꝙ in hoc casu furtum erit licitum illi iuueni. quod ꝓbatur sic. Qđ est amabile deo illud est faciendum sed ꝙ ille iuuenis acquirat scientiam perfectam est amabile deo ⁊ non potest per alium modū fieri vt dictum est nisi per furtum. igitur furtum est faciendū. Istum articulum reputo et assero fatuū quo ad p̄conizatōnē. hereticū quo ad determinatōnem. falsuꝫ q̄ ad probatōnē. Item ꝙ hoc est principiū primū et non aliud. si aliquid est aliquid est. istum articulū assero falsum. Item ꝙ deus ⁊ creatura non sunt aliq̄d falsum et scandalosum est prout verba sonant.

Item significabile complexe per istum cōplexū deus et creatura distinguuntur nihil est. assero falsum ⁊ scandalosum. Item ꝙ est transitus de contradictorio in contradictoriuꝫ sine mutatiōe reali cuiuscunqꝫ intrinseci. istum articulum reputo falsum.

Iteꝫ ꝙ quecunqꝫ distinguuntur summe distinguūtur et equaliter distinguuntur. istum articulum reputo falsum. Item ꝙ deus potest p̄cipere creature rōnabiliter vt habeat ipsum odio ⁊ ipsa obediens plus meretur q̄ꝫ si ipsum diligeret ex precepto. qm̄ hoc faceret cum maiori conatu et magis contra propriam inclinationem. istum articulum assero falsum.

Item si aliquis velit conformare voluntatem suā voluntati diuine. sequitur necessario altera pars illius disiunctiue vel ꝙ deus eum instrueret de omnibꝰ necessarijs et concernentibus salutem suam ita ꝙ errare non posset. vel ꝙ non erraret ⁊ si erraret in quocunqꝫ actu suo ille error non esset sibi imputatus nec peccaret immo mereretur in omni actu consequente talem errorem. imo plus vel tm̄ q̄tum eliciēdo actū oppositum sequendo iudicium rōnis. istum articuluꝫ assero falsum et reputo errorem prout iacet.

Item ꝙ in principio primo suo tenuisse dicitur ꝙ quilibet tenetur plus diligere melioreꝫ proximū se q̄ꝫ seipsum. istum articulum reputo falsuꝫ. Item ꝙ in ecclesia sancti sepulcri parisius p̄dicasse dicitur. ꝙ q̄libet tenetur plus diligere proximuꝫ meliorem se. istū articulum reputo falsum. Item ꝙ magister nicolaus de vltricuria predictus dicere debeat alte alte ⁊ intelligibiliter ꝙ propter istos articulos ⁊ ꝓpositōnes per eum reuocatas. ac multos alios articulos falsos ⁊ hereticos huius epistole ⁊ libelli combusti fuerunt in scriptis reuocare debeat publice solenniter expresse propositōnes per eum coram nobis reuocatas. alios articulos a predictis asserendo aliquos falsos aliquos presumptuosos etiam et ꝙ debeat iurare in presentia nostra ad sancta dei euangelia ꝙ nunq̄ꝫ tenebit aut docebit etiam clam vel palam et representauit cancellario parisiensi et vniuersitati magistrorū ⁊ scolarium parisius studentium ⁊ etiam regentium.

Caplm. xxvij.

Isti articuli qui sequūt

sunt cōdemnati ab episcopo pisiensi et magistris theologie regētibꝰ parisius Anno dñi. M. ccc. xl. in octaua epiphanie dñi. Item ꝙ diuina essentia in se nec ab homine nec ab angelo videbitur. Item ꝙ diuina essentia licet sit eadem in patre et filio ⁊ spiritusancto vt est essentia tamen vt est forma siue in ratōe forme est vna in patre et filio. ⁊ non vna in spūsancto.

Item spiritussanctus prout est amor vel nexus nō procedit a patre et filio. sed tm̄ a patre. Iteꝫ ꝙ multe fuerunt veritates ab eterno que non erant deus.

Item ꝙ corpora glorificata nō erunt in celo empipirco cuꝫ angelis. sed in celo cristallino vel aliquo qđ est supra firmamentum quod presumebant dicere de beata virgine. Item ꝙ primū nunc et creatura non est creator nec creatura. Item ꝙ angelus in primo instanti sue creatōnis fuit malus et nunq̄ꝫ bonus.

Item ꝙ angelus in eodem instanti potest esse in diuersis locis. Itē ꝙ qui habebit meliora naturalia habebit de necessitate maiorem gratiam et gloriam.

Item ꝙ diabolus nunq̄ꝫ habuit vnde stare posset.

Item nec adam in statu innocentie.

Caplm. xxviij.

Copia cedule reuocatō

nis quorundam articulorū fratris dyonisij soulechat ordinis fratrum minorum facte per eundem parisiꝰ ⁊ in curia romana. Reuerēdi magistri mei ⁊ domini dixi aliquas in principio meo sententiarum que in nonnullorum auribus male sonuerunt ⁊ ex causa. Ego veritate coactus et ex ordinatōne reuerēdi patris domini cancellarij parisienꝰ. ac facultatis theologie mgrorum tanq̄ꝫ ecclie et dicte facultatis theologie humilis filius ipsa dicta in prefato principio meo male posita corrigo sub hac forma. Quia tercia conclusio articuli quarti fuit hec ꝙ hec benedicta immo superbenedicta lex ⁊ dulcissima. videlicet lex amoris de qua loq̄bar omnem aufert ꝓprietatem ⁊ dominiū probaui. qꝛ non querit vindictam quia patiens est. j. ad Cor. xiij non grossiciem cordis quia patiens est doloris proximi. Item non est ambitiosa q̄ꝫtum ad honores. Non querit que sua sunt q̄ꝫtum ad temporalia vnde glosa non emulatur. i. non inuidet quia non cū aliena contristat facilitas sed alterius bonuꝫ diligit vt suū. Predictam conclusionem reuoco tanq̄ꝫ falsam erroneaꝫ et hereticam quia xp̄us et apostoli illam legem perfectissime tenuerūt. ⁊ adhuc multi tenent et per dei gratiā tenebūt q̄ ꝓprietateꝫ ⁊ dñium habebūt. dico etiaꝫ auctas apl'i ⁊ glo. per q̄s ꝓbabā nō ꝓbant dictā conclusionē. nec sunt ad ꝓpositū vt apparet intuēti textū ⁊ glosas autenticas super illo. Ex illa cōclusione intuli correlariū primū ꝙ hec lex dispēsat duo ꝓnoīa possessiua. videlꝫ meum ⁊ tuum. ꝓbaui. qꝛ ista duo vnuꝫ facit immo etiam omnia in vnum cōgregat sicut Dionisius dicit de celesti hierarchia. capitulo. j. in principio. Omne datum bonum et omne donum perfectū de sursum est descendens a patre luminum. Sꝫ et cūctus a patre luminis moti apparitionis processus ad nos bonitatis dono veniens rursus sicut vnum faci-

ens virtus suscitatione nos adimplet ⁊ cōuertit ad cōgregantis patris vnitatem [illegible] deificam simplicitatem. Amor enim omnia vnū ⁊ vnius facit: scilicet dei. quia non querit que sua sunt: sed que Jesu christi. Item intuli secundum correlarium. ꝙ non minus facit omnia cōmunia charitas ꝙ̃ extrema necessitas. probaui. quia ⁊ vnum fit ex amore dei: et alterum ex amore sui. sed affectio iusti est intensior ⁊ eligibilior. quam cōmodo pro baccalario de sancto Bernardo in secundo correlario quarte conclusionis articuli. igitur. Confirmaui per Augustinū in prologo cōtra quinq̧ hereses: dicentē ꝙ plus obligat charitas ꝙ̃ necessitas. Dico nūc ꝙ ista duo correlaria vt sequūtur ex conclusione predicta sunt falsa. ⁊ dico ꝙ auctoritates ille q̄s adduxi non faciunt ad ꝑpositum. Item ex p̄dicta conclusione intuli aliud correlarium quod fuit quartum. ꝙ legem hanc dedit christus discipulis suis principaliter ⁊ actualiter exequendū: non soluz habitualiter. ꝓbaui. quia dixit. Hec mando vobis: vt diligatis inuicē sicut ⁊ dilexi vos Joh. xv. Per istud correlarium intelligendo hanc legem amoris: auferentē omnez ꝓprietatem ⁊ dominiū prout conclusio dicit sic intellectum reputo falsum: erroneum: hereticum: ⁊ contra determinatōnem ecclesie. Dico etiam ꝙ auctoritas quam allegaui non est ad propositum. Item conclusio quarta et finalis mea fuit. ꝙ actualis abdicatio cordialis voluntatis ⁊ tēporalis potestatis dominij seu auctoritatis statum perfectissimū ostendit ⁊ efficit. probaui. quia hoc pro regula perfectionis a christo datuz est Math. xix. Si vis perfectus esse: vade ⁊ vende omnia que habes ⁊ da pauperibus. Idem Luc. xix. idem Marc. x. Vnde nō dixit. pone in arca vel in scrinio: s; si videas pauperes da. quia vt dixit christus Math. xxvj. Pauperes semper habebitis vobiscum: me autem non semꝑ habebitis. Et dicebam ꝙ ideo non dicat homo hanc regulā a deo esse dataz: sed animi preparatiōez. s. si opus sit. qr vbi semper opus est semper debz fieri. Sed quia reuera paruus color sufficit ad excusatōem agere volent. Isti volunt dare intelligere ꝙ auricalcum est aurum: ⁊ fel mel. sed si ex ignorantia crederent: tamen est qui querat ⁊ iudicet. quod probatiōes dicunt hanc cōclusionem esse positam vniuersaliter: ideo ipsam vniuersaliter intellectam dico falsam: erroneam: ⁊ hereticam. quia nec christus nec apostoli statum perfectissimum habuissent. Et auctoritates ad eam probandaz adducte non sunt ad propositū: vt patet per glosas ordinarias et doctores in hoc studio ⁊ alibi approbatos. Alias probatiōes vt probant istam conclusionē reputo falsas ⁊ erronēas. Et vltimam dico falsam: iniuriosam: ⁊ scandalosam. Ex predicta conclusione quarta inferebam primuz correlariū ꝙ christum non abdicasse huiusmodi possessionē ⁊ ius in temporalibus: non habetur ex noua lege: imo potius oppositū. quia Math. viij. Filius hominis non habet vbi caput reclinet. Item secundū correlarium est istud. ꝙ hāc legem pro regula perfectionis christus docuit ⁊ exemplo confirmauit. probaui per regulam nunc dictam. Vade ⁊ vende om̄ia que habes ⁊ da paupe. ⁊c̄. Etiaz quia vocati omnia dimiserunt: matheus theloneum: petrus ⁊ alij rhetia. Math. xix. Ecce nos reliquimus om̄ia. Ista duo correlaria reuoco tanq̄ falsa: erronea: ⁊ heretica. ⁊ contra determinatōem decretalis domini Johānis pape: que incipit. Quia quorūdam inter cetera dicentis. om̄is vir in cuiuscūq̧ ꝓprietate ⁊ in eꝰ vsu. Que quidē assertio continet multa falsa: cum nec christum expropriatōem predictā in se seruasse. nec etiam imposuisse apostolis: nec sub voto ab eis fuisse assumptū: euangelica seu apostolica doceat hystoria. sed contrarium euidentius manifestat hec decretalis. Dico etiam ꝙ auctoritates non sunt ad propositum vt li quide apparet intuenti textum ⁊ glosas ordinarias et approbatas. Preterea fuit correlariuz quartum qd̄ intuli. ꝙ abdicatio rerum temporaliū scd̄m animi preparatōem nullam aut valde imperfectam et fragilem ostendit ⁊ efficit perfectōem. probaui primo. quia semper habent pauperes. secundo quia non valet nisi ratione actus. igitur actualis est perfectior. Istum articulum reuoco tanq̄ falsum ⁊ scandalosum. nec probationes sunt ad ꝑpositum. Item respondendo ad quēdaz baccalariū de domo beati Bernardi. cum ille dixisset ꝙ christus talia non abdicauit: illud negaui. ⁊ dixi ꝙ christus nihil sibi retinuit. Ista duo dicta reuoco tanq̄ falsa ⁊ heretica. quia christus loculos habuit propter infirmos a fidelibus oblata conseruās: que ⁊ suorum necessitatibus ⁊ alijs indigentibus tribuebat. vt ⁊ christi euangeliuz ⁊ beatus Augusti. ac etiam determinatio romani pontificis hec testantur.

Vltimū correlarium quod posui fuit. ꝙ nō plus curauit christus de tēporalibus ꝙ̃ faciunt diuites de pauperibus. probaui. quia sitiuit ⁊ non habuit potū: ⁊ pro nobis nudus in cruce pependit. nunc dico ꝙ christus de temporalibus curauit. quia non om̄ia abdicauit vt superius dictum est. Qd̄ autem innui de diuitibus ꝙ non curant de pauperibus: hoc retracto tanq̄ iniuriosum illis diuitibus per quoruz elemosynas pauperes sustentantur. Hec igitur om̄ia male sonantia sic particulariter expressa in meo dicto sententiarū principio male posita reuoco ⁊ retracto vt dictuz est: ꝑmittendo bona fide ꝙ illa de cetero non tenebo: nec dogmatizabo. ⁊ ita iuro: veniā humiliter implorans de cōmissis. Hec om̄ia p̄dicta dictus frater Dionysius iteruz ōmo in presentia magr̄i Gillermi romani lectoris sacri palacij apostolici: ⁊ aliorum nouem magistrorum in theologia Parisius reuocauit. Et ad sancta dei euangelia iurauit se appellatiōem quam interposuerat non ꝓsecuturū: ac cōclusiones predictas ⁊ correlaria tanq̄ falsa erronea ⁊ heretica abiurauit scd̄m tenorez reuocationis alias percum facte Parisius: modo ⁊ forma superius annotatis. Hec autem reuocatio facta est Auinione in domo prefati magistri Guillermi romani Anno. M.ccclxx. die vltimo mensis Januarij. Inditōne tertia. pontificatus sanctissimi in christo patris ⁊ domini: domini nostri Vrbani diuina ꝓuidentia pape sexti. anno tertio.

Reuocatio articulorū predictorū facta per eundē fratrem Dionysiuz in disputatiōibus solennibus publice facta in ecclesia predicatorū. Parisius autē Anno domini. M.ccclxix. die Jouis post Quasi modo. de mandato reuerendissimi in christo patris ⁊ domini domini cardinalis Beluacensis cōmissarij ad hoc per sedem apostolicam deputati. Item cum debui exponere dicta mea in curia romana coram reuerendissimis patribus dominis cardinalibus Nemāsensi et Vabrensi: addidi ꝑpositiones que sequūtur: videlicet ꝙ christus in morte om̄ia simpliciter abdicauit. Istaz reputo tanq̄ falsam: erroneam: ⁊ hereticam. Item dixi ꝙ quādo corpus in sepulchro māsit: ibi charitas abstulit ab eo omnem ꝓprietatem ⁊ dominiū. Istam reuoco tanq̄ falsam: erroneam: ⁊ hereticam.

Itē dixi q̄ tunc vacauit sedes generalis[?] boni vsq̄ ad diem istam vt sequitur ex predictis seu ad sensuz predictarum. reuocaui et reuoco tanq̄ falsum ⁊ erroneū

Item quia aliqui dicunt q̄ dixi in pdicta declaratōne. primo q̄ lex amoris. i. charitas que statū perfectum facit est inseparabilis a nobis. ⁊ q̄ loquebar de charitate siue de lege amoris ex cuius obseruatōe seu obseruantia vniuscuiusq̄ status perfectio mensurat̄ loquendo de meritoria perfectōne in homine vsuz rōnis habente. secūdo quia cuilibet creature rōnali hec lex naturaliter est indita. et tercio q̄ deus ꝑm hanc legem viuit. Istas propositōnes non credo me dixisse neq̄ dixi. q̄a istas reputo falsas erroneas ⁊ hereticas predictas autē propositōnes per me reuocatas abiuro et promitto eas decetero. nec tenere nec dogmatizare publice vel occulte et veniam petiui et peto humiliter de cōmissis.

Reuocatio magistri iohannis de calore. Anno domini. M.ccc.lxiij.

Caplm. xxix.

Antequā descendaz ad

conclusiones habeo aliqua dicere. quia in prima articulo meorū vesperiarū posui duas propositōnes vnā scz q̄ summus legislator deus ipe dignus est infinitis perfectōnibus quas nec habuit nec habet nec habere pt. Nunc dico q̄ ista propositio male sonat. immo reputo eam in sensu cathegorico falsam quen sensum facit nec in illo sensu intellexi eam. sed in hypotetico scilicet q̄ si essent infinite perfectōnes imaginabiles quas deus non habet adhuc esset dignus perfectōnibus. Eodem modo de scda propositōe scz q̄ infinite perfectōnes simul in legislatoris essentia sunt dignitas ad infinitas alias Item quia ex predicta intuli vnū correlarium scz q̄ dictus legislator dignificauit se in carne ad suam assumptōnem hypostaticam. intellexi. dignificauit. i. manifestauit. Istud autem quod vltra addidi scz q̄ si alias non fuisset assumptus ꝑm hominem dignus esset q̄r frueretur [illegible] istud pluries reiteraui dico q̄ intellexi et protuli tanq̄ disputabile. nūc dico q̄ non est disputabile et q̄ est falsum.

Item quia preposui in mea conclusione tercij articuli q̄ subducta prerogatiua disparis acceptōnis veritatis sub falsitate staret vt verus cultor non amplius q̄ falsus mereretur et istaz pluries reiteraui. dico q̄ male sonat. quia procedit ex sua suppositōne impossibili aliquibus tamen posset apparere possibilis.

Fuerūt parisius quidaz

discipuli cuiusdam almarici nomine studentes parisius qui dixerunt mortuo eo q̄ illud q̄ alias est peccatum mortale vt stuprum factū in charitate non ē peccatum impunitatem peccatorū promittentes. deū bonum ⁊ non iustum dicentes. qui ab ecclesia propē huiusmodi condemnati a rege francie extra portas sunt combusti. Heresiarcha vero eorum almaricus a generali cōcilio rome condemnatus est et excōicatus et ex ciuitate exhumatus. et cinis [illegible] ossa per sterquilinium sunt dispersa et merito.

Articuli Lodowici reuocati.
Anno dñi. M.ccc.lxij.

Caplm. xxx.

Primo pbando primaz

partem prime suppositōnis arguitur sic. Ad quodlibet nomen velle vel nolle respectu cuiuslibet pducibilis ad extra sequit̄ necessario mutatio in voluntate pfecta. Deinde arguitur hypotetice sic. si deus de nouo aliquid vellet vel nollet ad extra. seu si in deo esset nouum velle vel nolle ad extra ipse intrinsice mutaretur igitur velle et nolle dicunt denominatōnem intrinsecam. et hec fuit mens mea per hoc q̄ dixi in secūda pbatōne huius q̄ tam velle q̄ nolle ad extra est act⁹ vitalis perfecte voluntatis ipsam immutans vitaliter non intellexi q̄ per velle et nolle deus mutaretur intrinsece. sed q̄ sunt opera vitalia. sed quia apud multos iste modus loquendi velle diuinum immutat voluntatem diuinam significat cū q̄ ipse intellect⁹ mutatur et non placet domino cancellario et facultati q̄ decetero in diuinis tali modo quis vtatur. dixi in secūdo correlario prime suppositōis q̄ licet perfecte voluntatis seu diuine essentie quodlibet intrinsecum sit absolute necessarium scdm suū esse reale. tamen ē aliquid intrinsecus contingens et non est necessariū ꝑm suum esse formale. patet de nolle ⁊ velle ductis ad extra. Istud sicut ex plano et dico q̄ nihil intrinsecum deo est contingens ꝑm intellectum quem facit tanq̄ catholice fidei dissonuz. Similiter illud qđ dixi in tercio correlario q̄ stat deum esse intrinsece aliqualem ⁊ ipsum posse non esse talem. et tamen ipsum esse talez immutabiliter. debet sic intelligi id est stat deuz aliqd velle ad extra et ipm posse hoc nunq̄ velle ⁊ tamē immutabiliter. Quod dixi in probatōne huius q̄ nō est inconueniens q̄ aliquid sit deus ꝑm suum esse reale. et tamen non [illegible] deus ꝑm suum esse formale debet sic intelligi. id est q̄ aliquid sit deus realiter et tamen aliqua formali denominatōne denominatur que sibi nō competit precise quia deus sed ratio alicuius effectus vnde supradicti damnant hanc ꝓpositōnem tanq̄ fidei dissonam ꝑm intellectum quem facit scilicet q̄ aliquid est deus ꝑm suum esse reale ⁊ tamen ipsum non est deus ꝑm suum esse formale.

Item dixi in nono correlario q̄ nō stat intellectuz perfectum cognoscere vera contingentia et illoruz ad extra non esse productiuam voluntatem.

Item dixi in decimo q̄ perfectus intellectus ad cē peccati vt peccatū cē nō potest immediate applicari cognoscitiuo et q̄ ex isto sequitur finaliter peccatū cē vel deformitatem anime non est proprie aliqua veritate verum. primum est maledictum et falsum q̄r ad hoc sequitur q̄ deus non cognosceret peccata aut voluntatem diuinam horum esse productiuam quoruz vtrūq̄ est falsum et ꝑm fuit alias condemnatum. Et alia correlaria pro eo q̄ primo conueniunt falsa sunt et male sonant. In secundo correlario secūde suppositōnis dixi q̄ stat aliquid esse actu miraculosum ⁊ tñ in illo q̄ sic actuat nullam ponere perfectōnez simpliciter. magistri nostri istum modum loquendi non approbant scz q̄ deus actuetur sicut nec illum q̄ de⁹ immutetur. Item in quarto et quinto correlarijs secūde suppositōnis dixi. q̄ perfecta voluntas non intensius diligit predestinatuz q̄ diligat prescitum. ⁊ q̄ nō plus intensiue diligit [illegible] q̄ diligat diabolum in esse naturali. non debui ista dicere quia in auribus audientium male sonant et falsa sunt cum ꝑm Augustinum aliquid diligere [illegible] ei velle bonum. ⁊ ideo intensius diligere est ei maius bonum velle et ita cōmuniter intelligunt homines. Correlarium octauum fuit tale q̄ quelibet volitio qua de⁹ vult a esse non minus distin

guitur formaliter a volitōne qua vult b esse ꝙ deus di-
stinguitur a materia prima realiter. probaui per hoc.
quia quelibet volitio qua deus vult a. esse immēse for
maliter distinguitur a volitōne qua vult b. esse. corre
lariū hoc est falsum. probatio erronea quia non ē ad-
mittendū qualitercūqꝫ ꝙ in deo sint plura immensa
aut plura immensa esse distincta.

Correlariū nonum fuit. nullum velle immensuꝫ ꝑ-
fecte voluntatis continet aliquid ad extra producibi-
le. hoc est falsum. quia velle dei est causa rerum. in pro
batōne autem correlarij scripsi ꝙ si potentie volitiue
angeli. volitio domini que est immensa esset actualis
volitio ꝙ non reputo impossibile. et tamē per huius-
modi volitōnem ꝛc. Predictum correlarium nunꝙ
putabam possibile nec credo dixisse esse possibile ⁊ est
erroneum quia alias fuit reprobatum ac etiam quic-
quid ex eo sequitur in quantū ex hoc sequitur est pos-
sibile. In tercio correlario tertie suppositōnis dixi
ꝙ peccatum esse perfecta volūtas deus nō potest im-
mediate nolle et in alio ꝙ peccatum non est immedi-
ate odibile a perfecta voluntate. Ista male sonant
et discordant scripture et dictis sanctoꝝ. hoc autē in-
tuli ex duobus correlarijs quorum vnū fuit ꝙ perfe-
cta voluntas quicquid extrinsecus potest immediate
velle. preter immediate nolle et econuerso. Aliud est
quicquid immediate ipsa potest nolle potest efficere.
que applicata ad peccatū formaliter sumptū falsa sūt
et male sonant. Item sextum correlariū fuit quod-
libet extrinsecum perfecta libertati seu volūtati eque
ab ipsa est odibile sicut diligibile et econtra. hec ꝓposi
tio est erronea et repugnare videntur voluntati diui-
ne. Secunda conclusio mea fuit Euidentie ad con-
tradictoria intellectu diuino formaliter immense for-
maliter repugnant. dixi in probatōne ꝙ quelibet earꝫ
immensa. nunc dico ꝙ illa conclusio cum suis correla
rijs et sua probatōne male sonant. Quātum ad hoc ꝙ de
signantur in deo esse plura ⁊ immensa distincta quod
iam fuit hic et superiu[redacted] reprobatum quantum etiam
ad hoc quod dicitur et immense repugnant male so-
nāt quia ad hoc datur intelligi quia repugnantia sit in
trinsece in deo.

Capitulum. xxxi.

Forma ⁊ modus reuo-

catōnis facta parisius per fratrem Guidonem ordis
heremitarum sancti augustini actu legētis Parisius
sententias in scolis dicti ordinis. Anno domini mille
simo tricentesimo quinquagesimoquarto. xvi. die mē
[illegible] maij. Et hoc anno legēdo ⁊ respondendo ambula
ui [illegible] magnis et mirabilibus super me. verbum veri-
tatis non recte tractando. sed verbis contendendo ꝓ
phanis et vaniloquis que [illegible] impietatem prouocant
⁊ audientium subuersionem ex quibus factus suꝫ oc-
casio scādali [illegible] sanctissima facultate ⁊ ordine meo qd
mihi displicet bono corde. idcirco iuxta piam ⁊ sanctā
ordinatōnem domini Cancellarij parisieñ. ac cetero-
rum magistrorum reuerendorum theologice faculta-
tis. quorum correctioni et ordinatōni me submisi ⁊ sub
mitto dicta mea scripta volo reuocare et intentioneꝫ
meam ostendere bonam non obstātibus dictis ⁊ scri-
ptis in forma que sequitur. Et licꝫ domini et magistri
reuerendi istas conclusiones posuerim non est inten-
tōnis mee nec vnꝙ fuit per dei gratiam eas sustinere
pertinaciter.

Reuocatio facta Parisius. Anno dñi. M. ccc. liiij.

Primo dixi istam cōclu
sionem. Charitas que semel labitur vel desperdit nū-
ꝙ fuit vera charitas et iam probaui contra baccalari
um beate marie de monte carmelo. hanc reuoco tan-
ꝙ falsam et hereticam. et etiam que eneruat effectum
sacramentorum. scꝫ baptismi et penitentie. et etiaꝫ cō
tra decretū ecclesie in capitulo fideli. extra. de summa
trinitate et fide catholica in clementis. etiam tanꝙ se
ipam intermentum qd eā nullo modo vere est. dese
ri non potest vt ait gratianus. et presumptuose posi-
tum esse. quia eam dixi valde probabilem ⁊ tamen est
contra conclusionem et doctorem opinionem. s. mgri
sententiarū gratiani ⁊ plurium aliorum. Si que vero
autoritates Augustini vel aliorum videantur ad op-
positum. intelligende sunt de charitate finali que ma
net in patria de qua loquitur apostolus. j. ad Corint.
xiij. Charitas nunꝙ excidit. Vel intelligendum est de
charitate scdm efficaciam vt magister met videtur glo-
sare. Secundo ex hoc intuli ꝙ prescitus existens in
charitate non potest mereri vel elicere actuꝫ merito-
rium vite iuxta scalam vite nostre. reputo falsum ⁊ cō
tumeliosum. Tercio dixi cōtra baccalariū predica-
torum conferendo cum ipso ꝙ homo meretur vitam
eternam de condigno. i. ꝙ si non daretur ei fieret sibi
iniuria. et scripsi ꝙ deus faceret sibi iniuriam et hanc
probaui istam reuoco tanꝙ falsam hereticam ⁊ blas-
phemam et mihi contradicentem in conclusione ista
recitanda. que dicit totum est a deo ita ꝙ nihil a volū
tate. Quarto dixi in disputatōne respondendo de q̄
libet ꝙ si nullum esset liberum arbitrium adhuc esset
peccatum. quod scripsi in hac forma. pono vnum pro
babile scꝫ si nullum esset intentum vel volituꝫ adhuc
esset peccatum tanti mali vel meriti. probatio fuit. qa
imaginato ꝙ nullum esset arbitrium adhuc esset in dī
contuitu maluꝫ. hanc reuoco tanꝙ falsam manifeste
erroneam [redacted] hereticam scandosam et blasphemam.

Quinto dixi ꝙ bonum meritum est a deo ita ꝙ ni-
hil est a voluntate quā in hac forma scripsi. tanti meri
ti est ex quanto beneplaciti intenti et voliti non ex quo
to. hanc reuoco tanꝙ falsam scandalosam ⁊ in fide su
spectam et mihi contradicentem in tercia propositio
ne superius reuocata.

Sexto dixi ꝙ deus potest aliquem necessitare pre-
ueniendo voluntatem ad bonū actum. quem erroreꝫ
scripsi in hac forma. deus quandoqꝫ preuenit ita vo-
luntatem puri viatoris ꝙ nunꝙ potest in non actum
meritoriuꝫ probaui sic aliter sequeretur ꝙ homo pos-
set mutare diuinū propositum. Secundo ꝙ hō posset
facere hominem mendacem. alia sententia probabilis
est ita ꝙ deus posset necessitare aliquē ad bonuꝫ actū
preueniendo hec sustineri potest. Probationē tamen
adduxi ad hanc scandalosam [illegible] in fide suspectam.

Septimo dixi ꝙ est dare plures vnitates et que nō
faciunt numerum. quod reuoco tanꝙ falsum scanda
losum et in fide suspectum quātum ad trinitatem in di
uinis. Octauo dixi et scripsi ꝙ nulla creatura rōna
lis specialiter est in se nisi quia deus est sibi esse. ⁊ ex h
intuli in eodem scripto. ꝙ in omni eo ꝙ non est deus
essentialius est non esse ꝙ esse ipm. has reuoco falsas
false positas et erroneas. Nono dixi et scripsi ꝙ ali
quid potest eē sine tempore in merito et peccato. et ꝓ
baui quia possibile fuit vel est aliquod esse in instanti

eternitatis [illegible] merito. et consequenter in instanti temporis [illegible] peccato et iterato in instanti eternitatis i merito hanc reuoco cum sua probatōne tanꝙ falsam [illegible] tue positam et in intelligibilē.

Reuocatio facta anno. dñi. M. ccc. lj.

Capl'm. xxxij.

Quia ego simō in respō

dendo in vespijs exponēdo vel declarādo terminos questionis. ꝙ hoc nomen iesus dictum est de deo accidentaliter et ex parte significat filium dei qui assumpsit naturam humanam. Ponendo conclusiones posui pro prima cōclusione ꝙ hec ꝓpositio est possibilis. iesus non est deus. probaui ex eo ꝙ hūanitate assumpta. per possibile deposita. iesus non est deus. et intuli ꝙ hec est possibilis. iesus potest non esse deus.

Secundo ꝙ iesus potest esse et non esse. Jesus expositionem et significatōnē huius nominis iesus. reputo insufficientem falsificantem conclusionē et correlarium. posito namq ꝙ hoc nomen iesus significat illud quod significat hec oratio filius dei qui assumpsit naturam humanam hec iesus non est deus. non ē possibilis. sicut nec ista. Filius dei qui assumpsit naturā humanam. non est deus.

Item posito eodem. hec. Jesus potest esse et nō eē deus est falsa. sicut illa filius dei qui assumpsit naturā humanam. potest esse et non esse filius dei qui assumpsit naturam humanam hanc conclusionē reputo sicut hereticam stante dicta positōne.

Item post secundam conclusionem intuli primū correlarium ꝙ iesus non potest esse deus. &m ꝙ iesus non pōt desinere esse deus. correlaria non fuerunt ponenda sine distinctōnibus itaq expono ea et dico ꝙ [illegible] terminus subiectus. iesus stat pro simplici persona q̄ dicitur iesus. correlaria sunt catholice tenenda. Siue ro idem terminus iesus pro vno xp̄o ex persona verbi et humanitate constituto. videlicet pro implicito ꝙ significat et pro quo stat in dicto prime conclusionis et in dicto primi correlarij et exclusione pma illati ipa correlaria non sunt catholica sed falsa nec etiam stāt cum conclusione prima. nec cum correlario primo ex cōclusione prima illato.

Item posui conclusionem secundam ꝙ nulla res q̄ est deus pōt non esse deus. et intuli correlarium tercium ꝙ nulla res est aut potest esse. que modo nō sit deus et aliquando posset esse deus. Correlarium quoq quartum ꝙ nulla res est aut esse pōt que possit incipere esse deus. conclusionem sic vniuersaliter intellectā ꝙ terminus subiectus distribuatur pro re que per cōmunicatōnem ideomatum est vel potest esse deus. reuoco sicut falsam et hereticam. correlaria etiā tali vniuersalitate intellecta. reputo sicut falsa erronea et heretica. Item posui conclusionem terciam ꝙ deus potest aliqualiter se habere qualiter se nō habet ac etiam esse aliqualis qualis non est. Et ad probandū hoc induxi pro exemplo. ꝙ deus pater potest esse homo et non esse homo. conclusio vt posita fuit non bene sonat in eo ꝙ ratōne relatiui reciproci sonat ꝙ substantie dei de nouo possit aduenire habitudo aut qualitas realis. et ideo intellectus quem habui potius fuit exprimendis in hisverbis aliqua creatura se potest habere aliqualiter ad deum qualiter se non habet Exemplum etiam ad conclusionē non conuenit quoniā adhuc posito ꝙ deus pater potest esse [illegible] et nō est hō ꝓprie sequit̄ quod deus potest esse aliquid qđ nō est sicut ex decretali arguitur extra de hereticis. cum xp̄s [illegible] non sequitur proprie ꝙ deus pater possit esse aliqlis qualis nō est. aut aliqualiter se habere qualiter nō se habet. Ex conclusione tercia intuli tercium correlarium ꝙ q̄uis iesus fuerit ab eterno semper patri coequalis tamen aliquando fuit deus quando non fuit iesus. Istud correlarium aliquando iesus erat deus quando non erat deus male sonat et erronee.

Item ex conclusione quarta intuli quartum correlarium ꝙ filius dei quando incipiebat esse filius virginis. non incipiebat esse aliquid. Istud correlarium prout in distinctōne positum fuit. reuoco sicut erroneum et hereticum quoniam filius dei quando incipiebat esse filius v̄ginis incipiebat esse aliquid &m ꝙ homo. et incipiebat esse aliquid quod prius nō erat.

Item ex conclusione quarta intuli vltimum correlarium ꝙ nunꝙ hic homo demonstrato qui ē christ⁹ fiebat christus et probaui ex eo ꝙ nec purus homo [illegible] ebat christus nec homo christus fiebat christus correlarium istud prout indistincte fuit positum reuoco sicut falsum et erroneum quādo in sensu quo homo demonstratus staret pro filio dei concedendum esset. ꝙ aliquando hic homo fiebat christus quoniā filius dei viui nūc est homo aliquādo fiebat homo dicente euāgelio. Verbum caro factum est &c.

Capl'm. xxxiij.

Isti sunt articuli in qui-

bus magister sententiarū non tenetur communiter ab omnibus. et primo primi libri. Primo ꝙ charitas qua diligimus deum et proximum est spiritussanctus distinctōn. xvij. ca. ij. vel ꝙ charitas que est amor dei et proximi no est aliquid creatum.

Secundo ꝙ nomina numeralia dicta de deo dicuntur solum relatiue. distinctōne. xxiiij. capitulo. Et si diligenter. vel hec nomina numeralia trinus et trinitas non dicunt positōnem sed priuatōnem tantum.

Tercio ꝙ simile et equale similiter dicuntur de deo priuatiue distin. xxxj. ca. Et hoc idem.

Quarto ꝙ deus semper potest quicquid aliquando potuit. et vult quicquid voluit. et scit quicquid sciuit. distin. xliiij. ca. Preterea queri solet.

In secundo libro.

Primo ꝙ angeli meruerunt beatitudinem per gratiam sibi datam sed ꝙ premium precessit meritum & postea meruerunt per obsequia fidelibus exhibita distin. v. capi. hic queri solet. vel ꝙ in angelis premium precessit et meritum respectu primi substantialis habet subsequi.

Secundo ꝙ angeli in merito respectu essentialis p̄mij et in ꝑso premio proficiunt vsq ad iudicium distinc. xj. capi. Preterea illud.

Tercio ꝙ charitas ē spiritussanct⁹. scilicet illa que anime qualitates informat et sanctificat. distin. xxvij. capi. Cum igitur.

Quarto ꝙ in veritate humane nature nihil transit extrinsecum. sed quod ab adam descendit per propagatōem auctum, et multiplicatum resurget in iudicō dist. xxx. capi. penul. Quibus respōderi vel ꝙ nihil de cibis transit in veritatem humane nature nec ꝑ generatōnem nec per nutritōnem.

In tercio libro.

Primo q anima a corpe exuta [illegible] persona dist.ij.c. hic apponitur a quibusdam.

Secundo q xps ꝯuenienter mortu⁹ ⁊ nō mortu⁹ dr passus ⁊ nō passus dist.xxj.capi.vlt.

Tercio q xps in triduo mortuus fuit homo.distin ctione.xxij.capi.j.

In quarto libro.

Primo q sacramenta legalia nō iustificabāt etiam in fide ⁊ deuotōne fierēt.dist.j.ca.Non igitur.

Secundo q homo sine medio videbat deum ante peccatum eadē dist.cap.Triplici.

Tercio q circūcisio non conferebat grām ad bene operandū nec virtutes ad augmentum sed solum ad pctā dimittēda valebat.eadē dist.ca.Quo igitur.

Quarto q paruuli ante octauū diem morientes in circūcisi pibant.⁊ q causa necessitatis poterant añ cir cūcidi.eadem dist.capi.Si vero.

Quinto q quedam sacramenta noue legis institu ta sunt in remediū tm̄.vt matrimonium.distin.ij.ca.j. Jam ad sacramenta.

Sexto q baptizati baptismo iohannis nō ponētes spem in illo.nō erant baptizandi baptismo christi di stin.ij.cap.vlt.hic cōsiderandum. vel aliter baptism⁹ iohannis cum impositiōne manuum equipollebat ba ptismo xpi.ita q baptizatus baptismo iohannis non erat baptizandus.

Septimo q deus potuit dare potentiam creature creandi ⁊ interius abluendi.i.peccata dimittendi di stin.v.ca.vlt.hic querit que sit. Vel sic q de⁹ poterat dare potestatē alijs baptizandi interius ⁊ q creatura potuerit suscipe ⁊ similiter q deus potest potestatem creandi creature cōmunicare ⁊ creare per creaturam tanq̄ p ministrum.distin.v.

Octauo q scismatici.degradati.precise ab ecclesia. heretici.excōmunicati nō habent potestatē consecrā di corpus xpi dist.xiij.ca.Illi vero.

Nono q brutū nō sumit verū corp⁹ xpi.⁊ ñ videat distin.xiij.ca.Illud etiam sane.

Decimo q scientia discernendi vt notat habitū sci entie sit clauis.distin.xix.cap.j.

Undecimo q epi symoniaci degradati nō possunt cōferre ordines.di.xxv.ca.de symoniacis.

Duodecimo q scds marit⁹ alicui⁹ mlieris incogni te carnaliter a primo fit bigam⁹ p cognitōnem illi⁹ ⁊ p hibet ab ordinib⁹.dist.xxvij.ca.vlt.

Decimotercio q cognoscēs sororē vxoris sue non tenet vxori petēti debitū reddere.dis.xxiiij.ca.de his.

Decimoquarto q ille qui vxore viuēte duxit aliaz in aliena patria qui rediens ad cōscientiā vult eam di mittere et nō pt.si cogit ab ecclis remanere ⁊ debitum reddere q2 sibi nō credit.dicit mgr q incipit excusare per obedientiā ⁊ timorē.⁊ tenetur reddere debitum si potatur distin.xxxiij.cap.vlt.

Decimoqnto q pctā deleta nō patefiāt alijs in iu dicio.dist.xliij.ca.Hic querit vtz electis.

Determinatio Parisius facta per almā facultatez theologicā.Anno domini. M.ccc.xviij.super qbus dam supstitōnibus noviter exortis.

Prefatio.

Niuersis orthodoxe fidei zelatorib⁹.Cācellarius eccie parisieñ. et facultas theologice in alma vniuersita te parisieñ. matre nostra cum integro di uini cultus honore spem habere in domino. ac in va nitates ⁊ insanias falsas non respicere. Ex antiquis latebris emergens noviter errorum feda colluuio re cogitare cōmonuit.q plerūq veritas catholica apud studiosos in sacris litteris apertissima ē.que ceteros latet.nimirū cum hoc propriū habeat omnis ars:ma nifestam esse exercitatis in ea.sic vt ex eis cōsurgat il la maxima.Cuilibet in sua arte perito credenduz est. Hinc est oratiorū illud qd Hiero. ad paulinum scri bens assumit. Qd medicoꝝ est promittūt medici.tra ctant fabrilia fabri.accedit ad hec in sacris litteris ali ud speciale quod nec experientia et sensu ꝯstat vt alie artes.nec possunt ob oculis circūuolutis nube vicio rum facile depchēdi.Excecauit enim eos malitia eo rum.Ait siquidem Apostolus q ꝓpter auariciaz mul ti errauerunt a fide.propterea non irrationabilit ido lorum seruitus ab eodez nominatur.alij ꝓpter ingra titudinem qui cum cognouissent deum.non sicut deū glorificauerunt.in omnem idolatrie impietatez (sicut idem cōmemorat) corruerunt. Porro Salomone ad idola.⁊ Dydonē ad magicas artes pertraxit dira cu pido.Alios postremo misera timiditas tota ex crasti no pendens in obseruatiōes superstitiosissimas impi asq depulit.quēadmodū apud lucanū d filio Pom pei magni.et apud hystoricos de plurimis notatū est. Ita fit vt recedens peccator a deo declinet in vanita tes ⁊ insanias falsas ⁊ ad eum qui pater est mēdacij. tandem impudenter palamq apostatiando se cōuer tat Sic Saul a domino derelictus phitonissaz cuius aduersabat consuluit.sic ochozias deo israel sp̄re to misit ad consulendū deum acharō.Sic deniq eos omnes qui fide vel opere absq deo vero sunt vt a do falso ludificentur necesse est. Hāc igitur nephariaz pestiferam mortiferamq insaniarum falsarum cū su is heresibus abominatōnem plus solito nostra etate cernentes inualuisse.ne forsan christianissimuz regnū quod olim monstro caruit.⁊ deo protegente carebit. inficere valeat tam horrende impietatis [illegible] pernicio sissime contagionis monstruz.Cupientes totis con tis obuiare.Memores insuper nostre ꝓfessionis.ꝓ. q legis zelo succensi paucos ad hanc rem articulos. damnatōnis cauterio (ne deinceps fallant incogniti) notare decreuim⁹ rememorantes inter cetera innūe ra dictū illud sapientissimi doctoris Aug.de supstitio sis obseruatōnibus.Qz qui talibus credunt aut ad eo rum domū euntes.aut suis domibus introducūt.aut interrogauit..sciant se fidē xpianam ⁊ baptismū pua ricasse.et paganū et apostatā.i.retroabeuntē ⁊ dei ini micuz.et iram dei grauiter incurrisse. nisi ecclesiastica penitentia emendatus dō recōciliet.hec ille. Neq ta men intentio nostra est in aliquo derogare quibusc q3 licitis ⁊ veris traditōnibus scientijs et artibus sed insanos errores atq3 sacrilegos. insipientiū et ferales ritus pro quāto fidem ortodoxaz ⁊ religionē xpianaz ledunt.contamināt.inficiunt radicitus quātum pbās nobis est extirpare satagimus.⁊ honorem suuz since rum relinquere veritati.

Est autem primus arti culus q p artes magicas et maleficia. ⁊ inuocatōnes nephariás querere familiaritates ⁊ amicitias et auxi lia demonū nō sit idolatria.Error.Qm̄ demō aduer sarius ptinax ⁊ implacabilis dei ⁊ hominis iudicatur nec est honoris vel dominij cuiuscunq diuini vere sus

pticipatiuē vel aptitudinaliter susceptiu⁹. vt alie creature rõnales non dampnate nec in signo ad placitū instituto vt sunt imagines et templa. deus in ipis adoratur. Secundus articulus ꝙ dare vel offerre vel ꝑmittere demonibus qualēcunqȝ rem. vt adimpleāt desiderium hominis. aut in honorem eorum aliquid osculari vel portare non sit idolatria. Error.

Tercius ꝙ inire pactum cum demonibus tacitum vel expressum nō sit idolatria vel species idolatrie vel apostasia. Error. Et intendimus esse pactum implicitum in omni obseruatōne supstitiosa. cuius effectus nō debet a deo vel natura rationabiliter expectari.

Quartus ꝙ conari per artes magicas demones in lapidibus annulis speculis aut imaginib⁹ nomine eorum consecratis vel potius execratis includere cogere ⁊ artare vel eas velle viuificare. nō sit idolatria. Error. Quintus ꝙ licitum est vti magicis artibus vel alijs quibuscūqȝ supstitionibus a deo ⁊ ecclesia ꝓhibitis pro quocūqȝ bono fine. Error. quia s̄m apostolū nō sunt facienda mala vt bona eueniant.

Sextus ꝙ licitum sit aut etiam ꝑmittendum maleficia maleficijs repellere. Error.

Septimus ꝙ aliquis cum aliquo possit dispensare in quocunqȝ casu vt talibus licite vtatur. Error.

Octauus ꝙ artes magice et similes superstitōnes ⁊ earum obseruatōnes sint ab ecclesia irratōnabiliter prohibite. Error.

Nonus ꝙ deus per artes magicas ⁊ maleficia inducatur compellere demones suis inuocatōnib⁹ obedire. Error.

Decimus ꝙ thurificatōnes et suffumigatōnes que fiunt in talium artiū ⁊ maleficiorum exercitio sint ad honorem dei ⁊ ei placeāt. Error ⁊ blasphemia. qm̄ deus alias nō puniret vel prohiberet.

Undecimus ꝙ talibus et taliter vti non est sacrificare seu immolare demonibus ⁊ ex consequenti damnabiliter idolatrare. Error.

Duodecimus ꝙ verba sancta ⁊ oratōnes quedam deuote. ⁊ ieiunia ⁊ balneatōnes et continentia corporalis in pueris ⁊ alijs. ⁊ missaruȝ celebratio ⁊ alia opera de genere bonoꝝ. que fiunt ꝓ exercendo huiusmōi artes excusāt eas a malo ⁊ nō potius accusent. Error nam per talia sacre res immo ipse deus in eucharistia demonibus temptatur imolari. et hec ꝓcurat demon vel quia vult in hoc honorari similiter altissimo vł ad fraudes suas occultandas. vel vt simplices illaqueet facilius ⁊ damnabilius perdat.

Terciusdecimus ꝙ sancti prophete ⁊ alij sancti per tales artes habuerunt suas prophetias ⁊ miracula fecerunt. aut demones expulerunt. Error ⁊ blasphemia

Decimusquartus ꝙ deus se immediate vel ꝑ bonos angelos talia maleficia sanctis hominibus reuelauerit. Error ⁊ blasphemia.

Quindecimus ꝙ possibile est per tales artes cogere liberum hominis arbitriū ad voluntatem seu desiderium alterius. Error. ⁊ hoc conari facere est impiuȝ et nephariū.

Sedecimus ꝙ ideo artes prefate bone sunt ⁊ a deo ⁊ ꝙ eas licet obseruare. quia ꝑ eas quādoqȝ vel sepe euenit sicut vtentes eis querunt. vel predicunt. vel qȝ bonum quādoqȝ ꝓuenit ex eis. Error.

Decimusseptimus ꝙ per tales artes demones veraciter cogūtur ⁊ compelluntur. ⁊ nō potius ita se cogi fingunt ad seducendos homines Error.

Decimusoctauus ꝙ per tales artes et ritus impios. per sortilegia. per carminatōnes ⁊ inuocatões demonum per quasdam insultuatōnes ⁊ alia maleficia nullus vnq̄ effectus ministerio demonū subsequatur Error. Nam talia quādoqȝ permittit deus contingere vt patuit in magis Pharaonis ⁊ alibi pluries vel quia vtentes seu consulentes propter malam fidem ⁊ alia peccata nephanda dati sunt in reprobum sensuȝ. ⁊ demerentur sic illudi.

Decimusnonus ꝙ boni angeli includantur in lapidibus ⁊ consecrent imagines vel vestimenta. aut alia faciant que in istis artibus continentur. Error ⁊ blasphemia.

Uicesimus ꝙ sanguis vpupe vel edi vel alteri⁹ animalis. vel pergamenum virgineum vel coriuȝ leonis ⁊ similia habeant efficaciam ad cogendos vel repellendos demones minist̄erio hmōi artiū. Error.

Uicesimusprimus ꝙ imagines de ere plumbo. vel auro. vel de cera alba vł rubea. vel alia materia baptisate exorcisate ⁊ consecrate seu potius execrate s̄m ꝑdictas artes ⁊ sub certis diebus habeāt virtutes mirabiles. que in libris talium artium recitantur. Error in fide ⁊ phīa naturali ⁊ astronomia vera.

Uicesimussecundus ꝙ vti talibus ⁊ fidem dare. nō sit idolatria ⁊ infidelitas. Error.

Uicesimustercius ꝙ aliqui demones boni sint alij benigni alij omnia scīetes. alij nec saluati nec damnati. Error.

Uicesimusquartus ꝙ suffumigatōnes que fiunt in huiusmodi operatōnibus conuertuntur in spirit⁹ aut ꝙ sint debite eis. Error.

Uicesimusquintus ꝙ vnus demon sit rex orientis ⁊ presertim suo merito. ⁊ alius occidentis. alius septētrionis. alius meridiei. Error.

Uicesimussextus ꝙ intelligentia motrix celi influit in aīam ratōnalem sicut corpus celi influit in corp⁹ humanum. Error.

Uicesimusseptimus ꝙ cogitatōnes nostre intellectuales ⁊ volitōnes nostre interiores immediate causentur a celo. ⁊ ꝙ per aliquam traditōnem magicam tales possint sciri. et ꝙ per illam de eis certitudinalit̄ iudicare sit licitum. Error.

Uicesimusoctauus articulus ꝙ per quascunqȝ artes magicas possimus deuenire ad visionem diuine essentie vel sanctorum spirituum. Error.

Acta sunt hec ⁊ post maturā crebramqȝ inter nos ⁊ deputatos nostros examinatōnem. conclusa in nostra congregatōne generali Parisius apud sanctum Mathurinum de mane super hoc specialiter celebrata. Anno domini. M.ccc.xcviij. Die. xix. mensis septēbris. In cuius rei testimonium sigillum dicte facultatis presentibus litteris duximus apponendum.

Originale huius determinatōnis est sigillatum magno sigillo facultatis theologice parisius.

Sequuntur excerpta principalium articuloruȝ tractatus cuiusdam contra errores fratris Johannis d̄ montesono ordinis predicatorum parisius condemnatos.

Prefacio.

Postolicis verbis edocti. parati semꝑ ad satiffactōem omni poscenti nos rōnem de ea que in nobis est fide ad tuitōnem eius quā ꝓfitemur orthodoxe. et vt ratōnabilis quorūdam errorū condemnatio parisius nuꝑ facta. ac iustificatio exorte suꝑ hoc cause ⁊ aduersantium oim quecunqȝ iniusta irrōnabilisqȝ cōquestio oblocutio atqȝ vexatio singulis innotescat. presentez tractatuz sub apostolice Petri sedis ⁊ sedētis in summi potificis correctōne duximus cōpilanduz. In quo vniuersis xp̄ifidelibus qui ipm lecturi vl' audituri sūt supplicam⁹ affectu. vt equo animo puraqȝ mētis acie prospiciant vniuersa nobiscū ⁊c. Ad honorē sancte et indiuidue trinitatis cuius fidei causam agim⁹. presentem tractatum aduersus errores fratris iohannis de montesono ordinis fratrū predicatorū nuper in parisieñ. studio condēnatos. ex deliberatōne vniuersitatis studij parisieñ. et specialiter doctorū baccalarioruz facultatis theologice cōpositum in tria capitula distinguemus. In primo ad fundandū ꝓcessum fratruz cōtra dictum fratrem per dictam facultatem theologice. ac etiā processum inde secutum corā dño epo parisieñ. ad instantiā vniuersitatis p̄dicte declarabit̄ qualiter ad dictos epm ⁊ facultatē theologie pertinet assertōnes hereticas vel in fide erroneas cōtra asserētes eas parisius cōdemnare. In scdo declarabit̄ tam rōnibus q̄ autoritatibus sanctorū et doctorū ꝓbabit̄ q̄ assertōnes dicti fratris per cedulam dicte facultat̄ dicto domino episcopo tradite. fuerūt rōnabiliter cōdemnate. In tercio qz magister ac ꝓcurator generalis et nō nulli dicti ordinis fratres cōtra dictū epm ⁊ sibi adherentes ad sedem aplicam appellauerūt. īmemoratas dicti fratris assertōnes. vt prefertur damnatas aliquas ad sancti Thome de aqno ꝑtinere doctrinam. quam asserunt per ecciam approbatā ido declarabitur doctrinā hmōi sancte thome nō sic approbatam esse q̄ ꝓpter eam oporteat antedictā cōdemnatōnem aut dicti epi ꝓcessum aliqualiter impedire.

Caplm. j.

Circa primum principale

est hec diuisio premittenda q̄ diffinitio circa ea que sunt fidei. i. approbatio veritatis alicuius tāq̄ catholice. vel reprobatio aut condemnatio opposite falsitatis tanq̄ heretice aut in fide erronee potest esse dupliciter. Uno mō scolastice et doctrinaliter. Alio mō autoritatiue ⁊ iudicialiter. Et hic scds modus est duplex scdm q̄ hec autoritas iudiciaria est duplex. Una ē simpliciter suprema. alia est inferior et subordinata. Iuxta hanc trimembrē diuisionē que clara e⁹. sunt tres cōclusiones principalis declarāde. ⁊ deinde ex eis quedaz alie subinferende. Prima erit de diffinitōne iudiciali et autoritatiua suprema. Scda de inferiori ⁊ subordinata. Tercia de doctrinali ⁊ scolastica. Et ipaꝝ ꝓbatio principaliter fundabit̄ in iure diuino.

Prima igitur cōclusio est. Ad sanctam sedē aplicaz pertinet autoritate iudiciali suprema circa que sūt fidei iudicialiter diffinire. et hec ꝓbatur quia ad illi⁹ tanq̄ ad supremi iudicis autoritatem pertinet in fide iudicialiter diffinire cuius fides nunq̄ deficit. Sz sancte apostolice sedis fides nūq̄ deficit igitur ⁊c. maior est nota. sed minor probatur. quia de hac sancta sede in persona petri apostuli et in ea presidentis dictum est. Petre rogaui pro te vt non deficiat fides tua. Luce. xxij. propter quod dicit Ciprianus. xciij. distinctio. Qui ⁊c.

Secunda conclusio est q̄ ad episcopos catholicos pertinet autoritate inferiori subordinata circa ea q̄ sunt fidei iudicialiter diffinire. Et hoc ꝓbatur. Quia ad eos ꝑtinet iudiciali autoritate inferiori et subordinata in fide diffinire ad quos pertinet consimiliter ecclesiam regere. Sed ad episcopos catholicos ꝑtinet scdm. igitur et primum. maior patet. quia ecclesie regimen maxime concernit fidem. ⁊ ideo cui iure diuino committitur ecclesiam regere. ei eodez iure cōmittitur de fide cognoscere et iudicare. Sed minor probat̄ autoritate Pauli. Actu. xx. ca. vbi dicit. Attendite vobis et vniuerso gregi in quo vos spiritussanctus posuit episcopos ecclesiam regere dei. Unde patet q̄ iure diuino et autoritate spiritussancti episcopi positi sūt ad regimen ecclesie dei. Regimen autem importat iudicialem autoritatem. ergo sequitur q̄ ad eos pertinet autoritate iudiciali inferiori et subordinata et supreme autoritati subiecta ecclesiam regere ⁊ p cōsequēs de fide cognoscere ⁊ in diffinire. Unde patet q̄ de tali regimine ad fidem pertinere loquatur apostolus ⁊c.

Tercia conclusio est q̄ ad doctores theologos ꝑtinet determinare doctrinali ⁊ scolastica circa ea que sunt fidei doctrinaliter diffinire ad quos pertinet sacram scripturam docere. ⁊ ex ea hereticas assertōnes ⁊ in fide erroneas reprobare ac veritates catholicas approbare. Sed ad doctores theologos ꝑtinet scdm igitur ⁊ primum probatōnes minoris et maioris vide si vis in dicto tractatu.

Ex predictis cōclusionibus patet responsio ad principalem articulum. s. q̄ ad episcopum parisieñ. et ad theologie facultatē pertinet assertōnes hereticas aut in fide erroneas et contra eas asserentes parisius cōdemnare. Quia per scdam conclusionem patz q̄ hoc ad episcopum pertinet diffiniendo iudicialiter. et per terciam conclusionem patet q̄ ad facultatem theologicam pertinet diffiniēdo doctrinaliter. Sed adhuc ad magis fundandum propositum tres alie conclusiones ex premissis sunt subinferende.

Quarta igitur conclusio est. q̄ ad dictos episcopū ⁊ facultatem theologie pertinet nō solum coniunctim sed ⁊ diuisim mōis predictis assertōes hereticas aut erroneas condemnare. Licet tamen quandoqȝ rōnabiliter cōsueuerint in huiusmodi condemnatōne cōiunctim ꝓcedere. Probatōnes dimittuntur hic causa breuitatis.

Quinta conclusio ad dictam facultatem theologie cōtra certas personas scilicet contra singulares magistros et Baccalarios eidem facultati iuratos. pertinet quandoqȝ non solum doctrinaliter sed etiam iudicialiter aliquo modo assertōnes hereticas aut erroneas condemnare. Et hec cōclusio probatur ex triplici radice. Prima ꝓbatio fundatur ex cōcessa eis ptā ⁊c. Secunda ꝓbatio fundat̄ in obseruata cōsuetudine ⁊c. Tercia eiusdem cōclusionis ꝓbatio fundat̄ in publica vtilitate ⁊c.

Hinc post filij eternitatem de spūsancto quantum deo donante ⁊c̄. Supra egit magister de generatione filij. hic autem agit de processione spiritussancti. Et quia gemina est ꝓcessio spiritussancti. eterna. ⁊ temꝑalis. primo agit de ꝓcessione eterna. sc̄do de temꝑali. j. di. xiiij. Preterea diligēter annotādum est. ꝙ gemina est ꝓcessio spūssancti ⁊c̄. Et qm̄ ꝓcessio spiritussancti tripliciter potest comparari. scȝ ad ꝑsonam ad quam est. ⁊ ad principium a quo est. ⁊ ad generatōnem a qua differt. ideo hec pars habȝ tres. In quarum prima magister agit de ꝓcessione spiritussancti q̄tum ad ꝑsonam que procedit. In secūda q̄tum ad principium a quo. j. dis. xj. Hic dōm est spiritumsanctum ⁊c̄. In tercia vō agit de seipsa ꝑ comparationem ad generatōnem a qua distinguit̄. infra di. xiij. Post hec ꝯsiderandum est quantum a talibus quales nos sumus. Item prima ps que ꝯtinet p̄sentem distinctōnem habȝ quatuor partes. In prima dicit ꝙ spiritussanctus ꝓcedit vt amor siue charitas vel dilectio. ⁊ hoc ꝓbat autoritate Aug. In secūda vō. qꝛ hoc erat dubium. ꝙ spiritussanctus erat charitas. mouet questōnem ⁊ soluit. ibi. Et in querenduȝ vtrum deus pater. In tercio vō solōnem ꝑ autoritatem ꝯfirmat. tum q̄tum ad distinctōnem que est ꝑ ꝯmunem acceptōnem ⁊ ꝓpriam. tum etiam q̄tum ad veritatem. ibi. Pluribus exemplis doceri ⁊c̄. In quarta vō ⁊ vltima p̄dicte solutionis assignat ratōnem. ostendēs ꝙ spūssanctus ꝓprie dicatur charitas. cum charitas sit nomē ꝯmune. et hoc ibi. Hic notandum est ꝙ sicut spūssanctus in trinitate.

Probat autoritate Aug. Q spūssanctus pcedat vt amor patris ꝛ filij. a

Unc post filij eternitatē. de spūsctō quātum deo donante videre pcedit dissera/mus.[a] Spūssanctus amor est siue chari/tas siue dilectio pris ꝛ filij. vn̄ Augus. in xv. li. de tri. ait. Spūssanct⁹ nec pris est soli⁹. nec filij soli⁹. ſ amboꝝ. ꝛ ideo cōem q̄ inuicē se diligūt pater ꝛ filius nobis insinuat charitatem.

Johānes aūt in epl̄a canonica ait. De⁹ charitas ē. non dixit spūssanct⁹ charitas ē. Q̄ si dixisset. absolutior est sermo ꝛ nō pua pars qōnis decisa. ſ q2 dixit. deus charitas est. incertū est.

Utrum de⁹ pater sit charitas. an filius. an spūssanctus. an ipsa trinitas. b

Et ideo querendū est. vtrū de⁹ pr̄ sit charitas. an filius. an spūssanct⁹. an de⁹ ipsa trinitas. q2 ꝛ ipsa nō tres dij. ſ vn⁹ de⁹ est. Ad qd̄ aug. in eo. lib. ita dicit. Nescio cur sicut sapiā ꝛ pater dr̄ ꝛ fili⁹ ꝛ spūssanct⁹. ꝛ simul oms. nō tres. ſ vna sapientia. nō ita ꝛ charitas dicat̄ pater ꝛ fili⁹ ꝛ spūssanct⁹. ꝛ simul omnes vna charitas. Non ideo tn̄ quisq̄ nos incōuenient estimet charitatē apellare spūsctm̄. q2 ꝛ de⁹ pat [illegible] deus filius pōt charitas nūcupari. sicut⁹ ppꝛie verbum dei. etiā sapiā dei dr̄ cū ꝛ pr̄ ꝛ. s. s. sit sapiā.

Si ḡ ppꝛie aliquis hoꝝ triū charitas nūcupari debet. quis aptius q̄ spūssanct⁹. vt scꝫ in illa summa simpliciq3 natura non sit aliud subā ꝛ aliud charitas. ſ suba ipsa sit charitas. ꝛ charitas ipsa sit sbstācia siue in pr̄e. siue in filio. siue in spūsancto. ꝛ tamē spūssanct⁹ ppꝛie charitas nūcupat̄. Ecce his vbis apte dicit Aug. q in trinitate charitas aliqñ refert̄ ad subam. q̄ cōis est triū psonaꝝ. ꝛ tota in singulis. aliqñ spālitер ad psonam spūssancti. sicut sapiā dei aliqñ p substantia diuina. aliqñ p filio accipit̄. ꝛ h̄ in multis fieri reperitur.

Exemplis ꝯfirmat r̄nsionem. scꝫ eadem nomina ppꝛie ꝛ vniuersaliter accipi. c

Pluribus eñ exemplis doceri pōt multa rerū vocabula. ꝛ vniuersaliter poni. ꝛ ppꝛie quibusdam rebus adhiberi. sicut legis noīe aliqñ simul oīa veteris instrumēti significant̄ eloquia. aliqñ aūt ppꝛie vocat̄ lex q̄ data ē p moysen. Multa alia suppetūt exempla. ſ in re apta vitanda est longitudo sermonis. Sicut ḡ vnicū dei verbum ppꝛie vocam⁹ noīe sapie. cum [illegible] vniuersaliter ꝛ spūssanct⁹ ꝛ pater ipsa sapiā. Ita spūssanct⁹ ppꝛio vocabulo charitas nūcupat̄ cum sit pr̄ ꝛ filius vniuersaliter charitas.

di. .X.

a. Aug.

Spūssanctus ppꝛie dicit̄ dilectio. et tamen trinitas est dilectio.

Questio

Rn̄sio

b

Spūssanctus proprie dicitur charitas

a Spūssanct⁹ amor ē siue charitas. Queritur vtrū charitas ꝛ dilectō differant. ꝛ q sic vr̄ p ysido. dicentē. Amor est rōnaliū ꝛ irratōnaliū. dilectio rationaliū tm̄. Sꝫ ꝯtra Dyo. de di. no. ca. iiij. Nibi videnṫ theologi cōmune q̄d dicere dilectōnis et amoris noīe. ꝛ ibidē reꝑhendit distinguentes. dicens q faciūt vim in leuib⁹ sonis q̄si nos n̄ possim⁹ q̄tuor per bis duo. ꝛ patriā p natale solum significare.

1 R⁹. Aliqui voluerūt dicere q differunt. q2 dilectio dicit̄ illa proprie q̄ est ex voluntate ordinata. sed amor est affectio libidinosa. ſ hec distinctio est ꝯtra dyoni. ꝛ contra Aug. sup Job. ꝛ contra canonē sacre scripture. q2 dn̄s p̄io q̄siuit a Petro. Symon Johis diligis me. et postea dixit amas me ꝛ ita p eodē accipiuntur. ꝛ hanc differentiam reꝑhendit Dyo. Pōt tn̄ nihilominus aliqua dr̄ia assignari. Q2uis eñ d̄ vna ꝛ eadem possint dici affectōne. tn̄ alia ꝛ alia ratione. Amor eñ dicit affect⁹ adhesionē respectu amati. Unde dyo. amorē mutuum dicim⁹. dilectio vō vltra hoc addit electionem. vn̄ dilectio ex diuersis electio. Unde Cañ. v. Dilect⁹ meus electus ex milib⁹. charitas aūt vltra illa addit magnā appreciationē. Carū eñ dicit̄ illud qd̄ magni preciȷ̄ estimat̄. bm̄ q aplus in eplis suis vocat fideles charissimos. ij. Thimo. j. ꝛc.

b Proprie verbū dei etiaꝫ dei sapiā dicit̄. Dubitat̄ de hac voce ppꝛie. [illegible] aut accipit̄ ppꝛie. q2 soli ꝯuenit. aut ppꝛie q2 appropriate. Quia si soli. h̄ est falsum. q2 sapiā nullo mō dicit ppꝛietatē psonalē. Si ppꝛie q2 appropate. hoc nihil facit ad ꝓpositū. q2 magl̄ vult inq̄rere ppꝛietatē. s. s. n̄ appro

2 patū. Et itez. charitas vr̄ magl̄ appropari pr̄i bm̄ q dr̄ in illa psa. charitas pr̄ ē. Itē h̄ vr̄ p rich. q amor ḡtuit⁹ est in pr̄e. in. s. s. debitus. in filio ex vtroq̄ ꝯmixt⁹. ḡ cū charitas dicat amorē ḡtuitū vꝫ ḡ appropriari pr̄i. R⁹. dd̄. q nō ē oīmoda silitudo. ſ in h̄ ē silitudo. nā ꝯgrue pt̄ appropari manēte vnitate vocl̄ vel significatōis. Pōt illr aliqd̄ nomē sil' dici p ppꝛietatē ꝛ p ēentiā manēte vnitate vocl̄ ꝛ significatōis. ꝛ tm̄ ē de se. cōe. ꝛ tale ē h̄

Filius ꝓprie dicit̃ sapientia

j. Joh. iiij.
De spũsancto testimoniũ querit et inuenit vbi dicat̃ esse charitas

Sed dei vbum .i. vnigenit' dei fili' apte dictus est dei sapiẽtia. ore apli dicentis xp̃m dei virtutẽ ⁊ dei sapientiã. Spũs aũt sanct' vbi sit dict' charitas. iuenim'. si diligẽter Johãnis apli eloquiũ scrutemur. q̃ cum dixisset. Diligam' inuicem. qꝛ ex deo est dilectio. adiunxit. Et om̃is qui diligit. ex deo nat' est. quia dilectio de' est. Hic manifestauit se dixisse eaꝫ dilectõnem esse deũ quã dixit ex deo. Deus ḡ ex deo est dilectio. ſ quia ⁊ fili' ex deo patre nat' ẽ. et spiritussanct' ex deo pr̃e natus est. ⁊ spũssanct' ex deo patre ꝓcedit. quẽ poti' eoꝝ hic debeam' accipe dictuꝫ esse dilectõnem. merito querit̃. Pater em̃ solus ita deus est vt nõ sit ex deo. ⁊ ideo dilectio q̃ ita de' est. vt ex deo sit. nõ ipse pr̃ est ſ aut fili'. aut spũssanct'. Sꝫ in ꝯsequentib' cũ dei dilectõnem cõmemorasset Joh. q̃ dilexit nos. ⁊ hinc hortat' eẽt. vt nos inuicẽ diligam'. atqꝫ ita de' in nobis maneat. qꝛ vtiqꝫ dilectionẽ deũ dixerat. statim volẽs de hac re aptius aliq̃d eloq̃. inquit. In h̃ cognoscim'. qꝛ in ip̃o manem'. ⁊ ipse in nobis. qꝛ de suo spũ dedit nob. Spiritus itaqꝫ sanct' de q̃ dedit nobis. facit nos in deo manere. ⁊ ip̃m in nobis. hoc aũt facit dilectio. Ipse est ḡ de' dilectio. Deus ḡ spũssanct' q̃ ꝓcedit ex deo. significat̃ vbi legitur. deus dilectio est. ⁊ dilectõ ex deo ẽ. Ecce his vbis apte dicit Aug'. spm̃sctm̃ esse charitatẽ pr̃is ⁊ filij. ⁊ intantũ ꝙ̃ sermonẽ ꝓduxit. vt videat̃ dixisse spm̃sctm̃ nõ solũ esse dilectõeꝫ patris ⁊ filij q̃ seinuicẽ ⁊ nos diligũt. ſ etiã q̃ diligim' deũ. Sꝫ vtrũ ipse sit charitas q̃ nos diligim' deuꝫ. in sequenti explicabitur.

Hiero.

Nũc vo q̃d incepim' oñdere curem'. scꝫ spm̃sctm̃ dilectionẽ eẽ siue amorẽ patris ⁊ filij. q̃ scꝫ pater diligit filiũ. ⁊ fili' patrẽ. De h̃ hiero. sup. xiiij. ps̃. ait. Spũssanct' nec pr̃ est nec fili'. ſ dilectio quã habet pr̃ in filiũ. ⁊ fili' in patrẽ. Aug. ꝙ̃ in. vj. li. de trinit. ait. In om̃ib' eq̃lis est patri fili'. ⁊ est vni' eiusdẽqꝫ substantie. Quapropter etiam spũssanctus in eadẽ vnitate substantie ⁊ equalitate consistit.

nomẽ charitas. Alit̃ põt dici ꝙ charitas ẽ cõe. ⁊ ꝓpriũ. ⁊ appropriatũ. Et aug. p̃mo ostẽdit 3 ꝙ est appropriatũ ꝑ silitudinẽ ad sapiẽtiaꝫ. ⁊ pm' oñdit ꝙ vere ⁊ ꝓprie infra ea. dis. Nũc vo q̃d incepim' oñdere ⁊c. Vñ ex hac auctẽ nõ hr̃ ꝙ charitas sit ꝓpriũ. ſ solũ ꝙ appropriatũ. Sꝫ tam̃ ex alijs vbis Aug. hr̃ ꝙ charitas nõ solum est appropriatũ ſ etiam ꝓprie ꝓpriũ spũssancti. Ad illõ quod obijcit̃. ꝙ charitas appropriat̃ pr̃i. dõm. ꝙ charitas hꝫ duplicẽ ꝯpatõnẽ ad vtutes alias. 4
Compat̃ em̃ vt inr̃. vt dicit Ambr̃. ꝯpat̃ vt vinculum. vt dicit apl's coll. iij. Charitas est vinculũ ꝑfectiõis. rõne p̃mi appropriatur pr̃i. rõne scdi. s.s. Ad illud q̃d obijcit̃. de rich. dõm. ꝙ ꝯstitutiua nõ dicit ꝓprietatem amoris siue amãdi. ſ ꝓprietatẽ persone q̃ dat ⁊ nõ recipit.

c Spũssanct' est dilectio q̃ pater ⁊ fili' seinuicẽ ⁊ nos diligũt. Querit̃ vtrũ pr̃ ⁊ filius diligãt nos spũsancto. 5 Vtrũ em̃ se diligant spũ. querit̃ distin. xxxij. vbi istã questionem spãliter mouet. ſ prima vr̃ om̃o falsa ⁊ impropria. Cum em̃ dicit̃ pater ⁊ fili' diligũt nos. ⁊c. ꝯstat ꝙ verbum diligendi tenet̃ essentialr̃. ḡ si diligant. s.s. sunt spũssã. Et iteꝝ dicit Aug. ꝙ hoc nullo modo cõceditr̃. pr̃ diligit se. s.s. qꝛ diligere tenet̃ eẽntialiter. ergo similiter in ꝓposito. R°. ꝙ quidam dicunt ꝙ ablatiuus ille exponit̃ per hanc p̃positõnẽ per cũ accusatio. i. 6 ꝑ spm̃sanctum. ⁊ regula est ꝙ hec p̃positio ꝑ cum verbis transitiuis dicit subauctem. cum absolutis autẽ auctoritatem. Vñ cum diligere sit transitiuum. sensus est ꝙ pater ⁊ filius diligunt nos per spm̃sanctum. q̃si diceret. pater opatur per filiũ. Sed hec expositio nõ videtur ꝯueniens. quia similiter potest dici pater et fili' puniunt siue odiũt nos. s.s. q̃d nõ vult dicere Aug. Propterea notandum ꝙ diligere aliquando tenet̃ pure eẽntialiter. 7 vt cum dicit̃ pater ⁊ filius diligũt se. Aliquãdo pure notionaliter. vt cum dicit̃. pater ⁊ filius diligũt se spiritusancto. sicut patebit. Aliquãdo partim essentialiter partim notionaliter. sicut cum dicitur. diligunt nos. s.s. ⁊ hoc patet. quia idem est patrem ⁊ filium diligere nos. s.s. scilicet spm̃sanctum nobis mittere siue inspirare. Mittere siue inspirare aũt importat actũ notionalẽ ⁊ eẽntialẽ. qꝛ sensus est ꝙ spm̃ ꝓducunt et donum eius nobis cõferunt. vnde dicit simul. s.s. ꝓductõnem ⁊ gratie collatõnem. ⁊ ꝙ̃uis respectu actus essentialis nõ recipiat̃ habitudo ablatiui. recipit̃ tamen ratõne notionis. sicut ⁊ hic pr̃ dicit se suo verbo. dicit etiam creaturas verbo. simili modo intelligendũ ẽ in ꝓposito.

[d] Siue eñ sit vnitas amboꝝ.siue sanctitas.siue charitas.manifestū est ꝙ nō aliquis duoꝝ ē q̄ vterq̧ ꝯiungit.q̄ genit⁹a gignēte diligat.genitoremq̧ suū diligat.[e]sintq̧ nō ꝑticipatōne.ꝫ essentia sua.neq̧ dono supꝛioris alicui⁹.sed ꝓpꝛio suo seruātes vnitatem spūs in vinculo pacis. Ecce hic habes spm̄ sctm̄ esse q̄ fili⁹diligit a pr̄e.ꝛ pr̄ a filio.et q̄ illi duo seruāt vnitatē pacis. Spūs ḡ sanct⁹.vt ait Aug⁹.in eodez.cōe est aliquid p̄ris ꝛ filij quicq̄d illud est. At ipsa ꝯmunio ꝯsubalis ꝛ coeterna ē.q̄ si amicicia ꝯueniēter dici pōt dicat.ꝫ apti⁹ dr̄ charitas.ꝛ h̄ q̧ suba:qꝛ de⁹suba est.ꝛ deus charitas est. Tria ḡ sūt ꝛ nō ampli⁹.vn⁹diligens cū qui de illo ē.ꝛ vn⁹diligens cū de q̄ est.ꝛ ipsa dilectio. Que si nihil ē.quō deus dilectio est? Si non est substantia.q̄mō deus substantia est.

Ratōnez p̄dicte r̄ſiōnis assignat.oñdens ꝙ spiritussanctus ꝓpꝛie dicat charitas q̄uis charitas sit nomen ꝯmune.

[d] Hic notandū est ꝙ sicut spūssanct⁹in trinitate spāliter dicit charitas.q̄ est patris ꝛ filij vnio.ita ꝛ nomen tenet ꝓpꝛie qḋ patri et filio coiter qḋdāmodo ꝯgruit. Vñ aug.in.xv.li.de tri. Si charitas inquit q̄ pater diligit filiū.ꝛ patrē diligit fili⁹ ineffabilē cōmunionē demōstrat amboꝝ.qḋ ꝯueniētius q̄ vt ille ꝓpꝛie dicat charitas.q̄ spūs est cōis ambobus. Hoc eñ sani⁹credit ꝛ intelligit.vt nō solū spūssanctus charitas sit in illa trinitate. Sꝫ nō frustra pꝛopꝛie charitas nūcupat ꝓpter illa q̄ dicta sunt.sicut nō solus in illa trinitate.vel spūs ē.vel sanct⁹.qꝛ ꝛ pater spūs.ꝛ fili⁹spūs.ꝛ pr̄ sanct⁹.ꝛ fili⁹sanctus:ꝛ tamē ipse nō frustra dr̄ spūssanct⁹.Qui[f] eñ est cōis ambob⁹id vocat ipse ꝓpꝛie qḋ ambo cōiter. Alioquin si in illa trinitate sol⁹spūssanct⁹ē charitas.ꝑfecto ꝛ fili⁹nō soli⁹p̄ris.sed etiā spūsscti fili⁹inuenitur. Ait eñ aplus de deo pr̄e. Transtulit nos in regnum filij charitatis sue. si ḡ nō est in ista trinitate charitas dei nisi spūssanctus.fili⁹est etiam spūssancti. Sed quia hoc absurdissimum est. restat vt non solus ibi sit charitas spiritussanct⁹.sed ꝓpter ista d̄ quib⁹satis disserui ꝓpꝛie sic vocat.

d Quid sit spiritussanctus.

f

Gal.i.

8 d Siue eñ sit vnitas. Querit q̄d dicatur ꝑ hoc nomen vnitas. Aut vnitas dicit vnitatem essentialez. aut notionalem. aut ꝑsonalem. Non eēntialem. quia tūc non esset amboꝝum. ꝫ triū. Non notionalē. quia.s.s. nō est cōmunis spiratio. Non ꝑsonalem.quia pater ꝛ filius nō sunt vnum in ꝑsona. Item queritur quō hec distinguant.vnitas. sancti
9 tas.charitas. R̄⁹.dd. ꝙ vnitas ꝑsonalit tenetur. Sed attendendum ꝙ vnitas aliq̄ꝑ dicit dupliciter. Aut qua aliqui sunt vnū. ꝛ sic patris ꝛ filij non est vnitas ꝑsonalis. Aut qua aliqui sunt vniti. ꝛ sic pater ꝛ filius vnica ꝑsona vniuntur. sicut persona spūssancti q̄ est amor ꝛ vinculum nectens. Ad illud quod queritur quō differunt illa
10 tria.dd̄m. ꝙ vnū addit supra alterū. Naz vnitas dicit conditōnem oīnis amoꝛis.q̄niam oīnis amoꝛ est vis vnitiua. Sanctitas dicit cōditionem amoꝛis casti ꝯtra libidinosum qui nō ē purus. Caritas dicit cōditionem amoꝛis p̄cipui. ideo eñ charitas dicit. qꝛ est amoꝛ inestimabiliter hab̄ēs charū amatum.
e Sintq̧ non ꝑticipatōne. videt nō bene dicere.quia seruare vnitatem spiritus est ꝓducere.s.s.ḡ ꝫm hoc pater ꝛ filius.s.s.sua essentia ꝓducūt.ꝛ ita videt essentialiter spirare. Item videtur
11 etiam falsum ꝙ dicit nō ꝑticipatōne.quia pater ꝛ filius ꝑticipatōne spiratōnis seruant vnitatem. R̄⁹.dd̄m ꝙ Aug.vult ostendere duplicem modum vnitatis esse inter patrem ꝛ filium.qui est inter membra xp̄i.s.alis nature ꝛ voluntatis.sed differēter.quia in nobis est vnitas nature ꝑ ꝑticipatōnem vni⁹ ꝯmunis essentie.sed nō sumus ipsa essentia. Pater eñ ꝛ filius nō ꝑticipant essentiam.q.diuersum.imo sunt ipsa essentia.similiter in nobis est ꝯformitas voluntatis ꝑ donum dei qḋ vnit nos.sed pater ꝛ filius vniuntur nō dono accepto ab alio.sed spiritu ꝓpꝛio.ꝛ sic patet responsio.
f Qui eñ ꝯmunis est ambobus. Contra.ḡ ꝫm hoc pari ratōne.s.s.dicit deus ꝓpꝛie.cum deus sit cōe ambo-
12 bus. R̄⁹.dd̄m. ꝙ equiuocatio est in cōitate. Nam aug.nō vocat ꝯmune qḋ est in pluribus ꝛ de plurib⁹.sed qḋ a pluribus.ꝛ ita ꝯmune dicit magis a ꝯmunione q̄ a cōitate.vt fiat vis in verbo. sicut fit inter vnionez ꝛ vnitatem. Et qm̄ charitas nō tm̄ dicit coitatem.quia in pluribus.sed coionem ꝑ vnitatez distinctoꝝ.ideo q̄uis dicat essentialiter.potest tamen nihilominus dici ꝑsonaliter.

D euidentiam eorum que dicunt de spiritu-
a sancto in hac pte duo principaliter queruntur.
tur. Primo querit de modo pcedendi ipsi⁹
spirit⁹. Scdo de pprietate ipsius. Circa primum que
runt tria. Primū est vtrum in diuinis sit necesse po
nere psonam pcedentem p modum liberalitat. Se
cundū vtrum sit necesse ponere psonam pcedentez
p modum amoris. Tercium si sit necesse ponere per
sonam pcedere p modū mutue charitatis.

Questio .j. a

Q2 sit necesse ponere psonam pcedentem p moduz
liberalitatis. ostendit hoc modo. pfectior est dilectō
mutua q̄ reflexa. z pfectior adhuc mutua pmunica
p q̄ non coicata. quia talis scz non coicata. videtur
sapere amorez libidinosum. g si in deo est summa di-
lectio. z summa delectatio. z summa beatitudo. non
est ibi psona que mutuo nō amet. nec cui amor mu-
tuus non coicetur. sed coicatio amoris mutui est per
liberalitatem. g zc. Item in his inferioribus du-
plex inuenit modus pducendi nobilis. scz p modū
nature. z p modum voluntatis. primo modo ema-
nat filius a patre. scdo modo donum a datore. Sed
omne qd nobilitatis est in creatura est attribuendū
deo. ergo zc. Item in deo est ponere naturaz z vo
luntatem. z sicut naturā pficit fecunditas. ita volun
tatem summa liberalitas. sed natura pfecta fecundi
tate psona pducit aliam psonam. ergo pari ratione
voluntate pfecta liberalitate pducit aliam psonaz.
z sic zc. Item omēs creature a deo pcedunt p co-
gnitōnem aut voluntatem. sed ante creaturaꝝ pro-
ductōnem ponere fuit in diuinis emanationē verbi
ab eterno in quo pater omīa fienda disposuit. g pari
ratōne necesse fuit emanare psonam in qua omnia
vellet z donaret. sed talis pcedit p modum liberali-
tatis. ergo zc. Contra. nō est similis modus pdu-
cendi in creaturis respectu dei z in psonis. Nam cre
ature sunt extrinsecus. psone vo in essentia vnū. sed
exitus creaturaꝝ a deo est p modum liberalitatis. er
go nō est ponere personā hoc modo pcedere.

Item exiens p modum voluntatis ab aliquo nō
assimilatur in substantia pducenti. nec equatur. nec
necessario pducit. sed psona si pcedit in diuinis. est
in substantia similis z in potestate equalis. nec po-
tens se aliter habere. g zc. Item in his inferiorib⁹
nō tm̄ sunt ista principia nobilia. scilz natura z volū
tas. verūetiam ratio siue operās per artem. g si po-
nunt due psone his duobus modis pcedentes. de-
bet poni tercia que tercio modo pcedat. sed illa non
ponit. ergo nec p modum voluntatis ponit aliqua
pari ratōne. Item quanto pluribus pmunicatur
dilectio. tanto pfectior. quia om̄e bonum in pmune
deductum pulcrius elucescit. g non solum est pone
re terciam psonam cui amor scde pmunicet. sed eti-
am quartam cui amor pmunicet tercie. z sic infini-
tum. sed hoc est impossibile in diuinis. vt ostensum
est supra. g est stare in prima psona pducente. g non
est psona pcedens p modum liberalitatis. Rº.
13 dicm. q sicut pbatum est in diuinis est ponere terci-
am psonam pcedentem per modum liberalitatis q̄
dicitur donum. Et ratio huius est pfectio dilectiōis.
pfectio emanatōnis. z pfectio voluntatis. qua existē
te liberalissima. nō pōt non pducere personam. sicut
natura existe fecūdissima. n̄ pt n̄ pducere psonā. z h
est ratio ppria huius emanatōnis. Ad illud quod
obijcitur in contrariū. q creature emanant per mo- 14
dū liberalitat. Dicm. q per moduz liberalitat ema
nare est dupliciter. Aut sicut volitum. Aut sicut ra-
tio volendi. Siue sicut datū siue sicut ratō donandi.
Primo modo emanāt creature que sunt extra. secū-
do modo emanat tercia in trinitate persona. Quia
ratio volendi z donandi est intrinseca pfectissime vo- 15
luntati. Ad illud quod obijcit. q voluntas nō est
principium assimilans nec necessario emanās. dicō.
q voluntas siue liberalitas. dupliciter est principium.
Uno modo distinctum in natura. et sic nō assimilat
in substantia. Alio modo cōmunicante natura. z sic
in substantia assimilat. quoniā ergo psona sic proce
dit p modum liberalitatis vt pmunicet natura. ido
similis est in substantia q̄uis ipse modus pcedendi
non sit p modum similis. z sic patet illud. Ad illd
quod obijcit quare non pcedit aliqua psona p mo-
dum ratōnis. dicm. q om̄is modus pducendi nobi-
lis ad istos reducit duos. quia omne agens aut agit
naturaliter. aut per voluntatem. Agens em̄ per vio
lentiam aut p fortunam est agens impfectum. z mo
dus pducendi minus nobilis. Un̄ ratio non distin-
guitur ptra naturam z voluntatem q̄tuz ad modū
agendi. z ideo non est persona tali modo pcedens.
Sed tamen hoc nō videtur plene soluere. quia nos
distinguim⁹ in his creaturis egressuz per modum li-
beralitatis. ab egressu per modum artis. Propterea 16
dicm. q pcessus per modum liberalitatis est duplici
ter. aut sicut ratio liberalitatis siue ipsa liberalitas.
aut sicut liberaliter factum. Similiter et in arte. aut
sicut ipsa ars siue ratio artificiendi. aut sicut artifici-
um. z primo modo potest cadere in diuina persona.
secūdo modo nō. z primo modo pcedit filius qui est
verbum z ars plena omnium rationū viuentium. s
iste modus emanādi nō distinguit a modo emanā-
di per modū nature. quia emanat vt oino similis p
per modū similitudinis pfecte. Alius aūt mod⁹ non
pōt esse. quia duas psonas necesse est pmunicare in
eadem natura. z quia necesse est q om̄is mod⁹ ema-
nandi qui est in diuinis. fit p modū nature principa
liter. vel illa pmunicante. vn̄ cum pcessus p moduz
voluntatis posset esse intrinsecus. sic pcedit amor
ab amante. Per modū vo artis semp est extrinsec⁹.
inq̄tum hmōi. ideo impossibile est q cadat in deo re
spectu psone. sed cadit solum respectu creature. 17

Ad illud qd vltimo obijcit. si est ponere terciā p-
sonam ob coicatōnem. pari rōne z quartam. dicm.
q om̄is ratio z natura pcordat q non fiat p plures.
qd pōt sufficientissime fieri per vnū. alioquin essz ibi
superfluum. Si ergo mutua dilectio non potest esse
minus q̄ ad vnum. z coicatio illius mutue nō min⁹
q̄ ad vnū. z i vno est mutua dilectio. z in altero mu-
tue dilectōnis coicatio pfectissime. cum vtrunq ac-
cipiat totum infinite. patet q non est vltra pcedere.
sed ibi est stare. Un̄ ipsa eadem ratio que ponit per-
sonarum pluralitatem. aufert infinitatem. et ponit
trinitatem.

Questio .ij. b

Utrum in diuinis sit necesse ponere personam pro-
cedentem per modum amoris siue charitatis. Et q
sit videtur. Non est enim perfecta cognitio sine di-
lectōne. ergo nec pfectum verbum sine amore. g nec
pfecta emanatio verbi sine emanatione amoris. er-

go necesse est ponere emanatōnem p modum amo-
ris.ergo rc. Item amor est donum in quo alia do-
na donant. Nihil enī ꝓprie donatur nisi ex amore. si
ergo psona pcedit p modum liberalitatis. cum ipsa
pcedat nō p aliud scd se.ergo modum amoris si
ue charitatis. Item omnis ⁊ summa pfectio plu-
ralitatis est in vnitate.ḡ ⁊ distinctionis in vnione.s
inter omnes vniones que sunt inter distantes. sum-
ma ⁊ iocundissima est vnio charitatis. si ergo est ibi
distinctō.est vnio.⁊ si vnio.est charitatis emanatio.
Item spūssanctus in nobis existens ⁊ habitās fa-
cit nos similes illi summe trinitati. sicut dicit domi-
nus Joh.xvij.vt sint vnum sicut ⁊ nos.sed spūssan-
ctus in nobis existens pducit primo amorem chari-
tatis. Roma.v. Charitas dei diffusa est in cordibus
nostris rc.ḡ necesse est in illa summa trinitate repe-
riri p prius emanatōem charitatis. Sed contra.
psone diuine sunt ypostases pfecte.vt pater ⁊ filius.
nullus autem amor dicit ypostasim sed eius ꝓprieta-
tem siue habitum.ḡ nulla psona in diuinis procedit
p modum amoris. Item amor est eius in quo re-
quiescit affectus.ergo semp accipit vt in alium ten-
dens. sed omnis psona est in se perfecte eis ⁊ distin-
cta.ergo nulla psona pcedit p modum amoris.
Item nō ob aliud ponit in diuinis emanatio per
modū amoris.nisi qr pater amat filium.cum ergo fi-
lius amet spm̄sctm̄.pari ratōne erit ponere vlteriorē
psonam emanantē p modum amoris.⁊ sic in infini-
tum.⁊ hoc est incōueniens. ergo rc. Item cum in
natura intellectuali ex pte motiue potentie sit acci-
pere irascibilem q̄ respicit honorem.sic ɔcupiscibilis
amorē.Questio est quare in diuinis nō accipit pso-
na ſm actum irascibilis.sicut ſm actū ɔcupiscibilis.
Item cum sint alie affectōnes in aia.vt gaudiū.
spes.⁊ hmōi.quare solū p modū amoris pcedit per-
sona in diuinis.Si tu dicas q amor nō tenet ratio-
nem affectōnis.tūc obijcio.quia sicut amor diuinus
nō est affectio.ita nec gaudiū. Item cum sint alij
habitus in aia importantes ɔplementū. cuiusmodi
sunt scz dona spūssancti.vt intelligentia ⁊ sapientia.
quare magis pcedit psona per modū amoris q̄ per
modū alterius habitus.q si nō alius.nec iste dz po-
ni.vt vr̄. Rñ.dōm.q sicut pbatuz est supra.neces-
se est aliquā personā in diuinis pcedere p moduz li-
beralitatis.⁊ illam dicim⁹ spm̄sctm̄.hāc autē necesse
est pcedere per modū amoris.qr si ponat in diuinis
emanatio p modū voluntatis.necesse est q int̄ om-
nes sit prima ⁊ nobilissima. emanatio aūt p moduz
amoris est hmōi.qd patet si respiciamus in anima.
Affectio enī amoris est prima inter om̄es affectiōes
⁊ radix omniū alioꝝ sicut dicit Aug.in pluribus lo-
cis.max.in.xiiij.de trinitate.Et ista affectio nobilissi-
ma est inter om̄es.qm̄ plus tenet de ratōne liberali-
tatis. Vñ hoc est donum in quo om̄ia alia dona do-
nant.⁊ in quo ɔsistunt om̄s delicie substātie intelle-
ctualis.vñ nihil in creaturis est considerare sic delici
osum sicut amorē mutuū.⁊ sine amore nulle sunt de
licie.ꝓpter hoc dicit phs q amicicia.aut est beatitu-
do.aut nō sine beatitudine. Si ergo emanatio est p
modum liberalitatis in diuinis.necesse fuit esse pri-
18 mam ⁊ summā.⁊ sic necesse fuit esse per modū amo-
ris. Ad illud ergo qd obijcit.q amor noiat habi-
tum nō subam.dōm.q est loqui de amore rōne eius
qd nominat.⁊ sic nō dicit subam.vel ratōne ei⁹ circa
qd ponit.⁊ quia ponit in deo in quo nullum est ac-
cidens.sed totum deo suba est.ideo nō dicit habituz
vel ꝓprietatem scd magis subam.⁊ cum dicat egres-
sum dicit ypostasim siue psonam.Similr dōm.e de
vbo. Ad illd qd obijcit q amor charitatis semper
in alium tendit.⁊ ita pcedit in alium.⁊ nō stat in se.
Dōm.q pcedere in alium est duplr. aut quia alium 19
respicit vt obiectum.aut quia in aliud tendit ⁊ reci-
pitur. Primo mō bene cōuenit psone in diuinis. qa
bene ɔuenit habere respectum ad aliam personam.
vñ spūssanct⁹ est amor quo pater amat filiū. Si aūt
dicat tendere scdo mō sic nō habet locum in ꝓposi-
to.quia qñ ego amo aliū.amor nō exit a me.ita vt re
cipiat in alio.sed tm̄ a voluntate pcedit.⁊ qr est acci
dens ideo non recedit.sed in voluntate subsistit. In
diuinis vo quia ypostasis est ideo in se subsistit.
Ad illud qd obijcit.q similiter filius amans spm̄ 20
sanctū.pduceret aliam psonā.dōm.q hoc nō tm̄ fa-
cit q pater ⁊ fili⁹ pducant aliam psonam q̄ e amor.
quia se amant.sed etiam qr in eis voluntas est fecū-
dissima.Ratio hui⁹ dicet.j.⁊ illa nō est in spūssancto
Nihilominus tm̄ pōt dici q status sit in primo amo
re. Nam primo amore pducto cum ille seipso amet
alium ⁊ amet.nō oportet illum amorem pduci sine
aliam psonam p modum amoris. Ad illud quod
querit quare nō est emanatio q̄tum ad actū irasci- 21
bilis.Quidam respondent q hec vis nō habet locū
in suba pure spūali.tamen supposito q sit in substā-
tia intellectuali.adhuc actus ei⁹ nō ɔpetit pductōni
psone.tum qr naturalr sequit actū ɔcupiscibilis.ira
enī est vindex lese ɔcupic. vt dicit Dam. tum etiam
qr actus ei⁹ ɔsistit aut respectu supioris.⁊ hoc nō pt
esse vbi nihil e superi⁹.aut respectu inferioris. ⁊ hoc
simpliciter nō.qr nulla e inferioritas in respectu pa-
tris.nō silr pōt esse in deo.qr sic e cū quadā discon
uenietia.in victoriosa repulsione. In psonis aūt diui
nis summā vnionē ⁊ ɔuenietiam ee necesse est.Et si
tu obijcias q nō ois actus irascibilis e respectu dis-
cōuenietis.qd pz in spe.⁊ qr in btis hebit irascibilis
actū.Dōm.q vel ɔsistit respectu discōuenietis vin-
cendi.vel respectu ardui aggrediēdi.⁊ ita vl gradū
vel discōuenietiā dicit.sed neutrū pōt ee in diuis p-
sonis. Ad illud qd obijcit de alijs affectib⁹ ⁊ habi
tib⁹ iam pz solo.qr amor est affect⁹ intim⁹. ⁊ primus 22
⁊ nobilissim⁹.qr origo oim alioꝝ.ideo ɔplectit in se
totā nobilitatē emanatōis p modū liberalitat.ideo
nulla psona debuit emanare p modū alteri⁹ habit⁹.
cum talis mod⁹ nō sit principalis.

Questio.iij.

Utrum sit necesse ponere terciam psonam pceden-
tem per modum mutue charitatis.Et q sic vr Joh.
xvij.Ut sint vnum sicut ⁊ nos.dominus orat ⁊ petit
discipulis vnitatem nō nature scd dilectōnis p ɔfor-
mitatē ad illā summā vnitatē.s mēbra xpi vniūtur
p amorē mutuū.ḡ in diuinis e exēplar hui⁹.sic rc.
Item hiero.sup ps.xiiij.Spūssanct⁹ e amor quez
hz pr̄ in filiū ⁊ fili⁹ in patrē.ḡ est amor mutuus.
Item rōne ondit hoc ipm.qr pfectior e dilectō q̄
est mutua.quia si nō e mutua.ex altera parte claudi-
cat.s in illa dilectōne e suma pfectio et nulla claudi-
catio.ergo rc. Item qui nō amat vicissim amātē
se recte ⁊ liberaliter.aut e iniqu⁹. aut ingratus. cum

ergo in diuinis nulla sit iniquitas. nl'la ingratitudo.
necesse est ibi esse amorem mutuū. Contra. si est
amor mutuus. ḡ filij in patrem. ⁊ p̄ris in filium. er-
go pater aliquid recipit a filio q̄d absurdum est.
Item qui amat amātem facit q̄d debȝ. quia h̄ est
debitum q̄d rependēduȝ est. ḡ si est in diuinis amor
mutuus. ergo est debitus. ḡ nō est liberalissimus. q̄d
absurdum est. Itē nullus amor mutuus est amor
vnicus. hec ꝑ se nota est. ergo si. s. s. est amor mutuꝰ.
vnicus nō est amor. Iteȝ si amor est mutuꝰ. ergo
est amor patris ad filium. sed iste vt dicit Richard.
est amor gratuitꝰ. ḡ similiter erit filij ad patrē. et ille
vt ipse dicit est amor debitus. ḡ si tercia ꝑsona proce
dit ꝑ modum amoris gratuiti ⁊ debiti. ḡ est amor ex
vtroq; ꝑmixtus. ḡ nō est amor purus. Et iterum. cū
iste amor sit filius. vr̄ ꝙ filius sit sp̄ussanctꝰ. quia vt
dicit in filio est amor ex vtroq; ꝑmixtus. Rꝰ. dd.
ꝙ cum amor ꝑfectōnem delectatōnis ⁊ vnionis ⁊ re
ctitudinis habeat ex mutualitate. aut nō est ꝑsonaȝ
23 ponere in diuinis ꝓcedere ꝑ modū amoris. aut si ꝓ
cedit. ꝓcedit ꝑ modū mutue charitatꝭ. Ad illō er
go q̄d obijcit in cōtrarium. ꝙ tūc filius aliquid dat
patri. Dōm. ꝙ ex hoc ꝙ amans amorem tendit in
amatū. nihil dat ei. alioquin nos daremꝰ aliquid deo
cum ipm̄ amamus.. Ad illud q̄d obijcit. ꝙ amor
mutuꝰ est debitus. dōm. ꝙ debitus est. quia rectꝰ. sed
tamē amor nō ꝯsiderat debitum. Vn̄ quātumcūq;
debeat. dum tamē debitum nō attendat. nō minuit
24 ratio liberalitatis. imo ostendit ratio rectitudinis.
Ad illud q̄d obijcit. si mutuus nō vnicus. Dōm.
ꝙ verum est in amantibus. quoruȝ affectus sunt di-
25 uersi. nō sic est in deo. Ad illud q̄d obijcit. ꝙ nō ē
amor purus. dōm. ꝙ ex vtraq; parte liberalis est. et
ideo oīno purus. Et ꝙ dicit ꝙ est amor debitus ⁊ ḡ-
tuitus. dōm. ꝙ iste ꝯditōnes nō dicūt modum amā
di circa amorem. sed dicunt modum emanandi siue
originis circa ꝑsonas.

Ecūdo principalr̄ querit de scd̄a pte. scȝ de ꝓpri
etate. s. s. ⁊ circa hoc querunt tria. primo queri-
tur vtrum amor siue charitas sit ꝓprium s. s. Secun
do vtrum sp̄ussanctus sit ꝓprie nexus. Tercio vtruȝ
sp̄ussanctus ꝓprie sit sp̄us. Questio. j. c

Ꝙ charitas sit ꝓprium sp̄ussancti sic ostendit Augꝰ.
xv. de tri. Sicut in illa trinitate. nō solus. s. s. est sp̄us.
tamē ꝓprie dicit sp̄ussanctꝰ. ita q̄uis pater sit chari-
tas. ⁊ filius charitas. tn̄ ꝓprie charitas dicit illa ꝑso-
na sicut ꝓprie dicit sp̄ussanctꝰ. Item hoc idē ostē
ditur ꝑ eundē sup canonicā Job. vbi intendit ꝓprie-
tatem. s. s. inuenire. ⁊ ad hoc ꝑducit sermonē ꝙ sp̄us
sanctꝰ est charitas. Item ratōne ostendit illō idē.
ꝙ illud est ꝓprie ꝓprium ꝑsone. q̄d dicit modū ema-
nandi ipsius. sed amor est hm̄oi vt ꝓbatum est. ergo
⁊c. Item sicut verbum se habet ad filium. ita amor
ad sp̄ūsanctum. sed verbum est ꝓprium filij. ergo et
amor ꝓprium. s. s. Contra. Aug. in. xv. li. de tri. Pa
ter est charitas. ⁊ filius est charitas. et sp̄ussanctꝰ est
charitas. ⁊ sil' oēs vna charitas. ḡ charitas nō dr̄ ꝓ-
prie de. s. s. Iteȝ amor nō ꝓcedit aliter q̄ȝ amādo.
ḡ cuȝ amor de necessitate insit amāti. ⁊ pater ⁊ filius
amando ꝓducant. s. s. impossibile videt ꝙ ei conueni-
at ꝓprie. Aut ergo sp̄ussanctꝰ nō est ꝑsona. aut nō est
amor ꝓprie. siue nō ꝓcedit ꝑ modum amoris. Itē
sicut se habet sapia ad filium. ita amor ad sp̄ūsctm̄.
sed sapia nō est filij ꝓprium. imo appropriatū solum.

ergo ⁊ amor similiter. s. s. ḡ ⁊c. Item omne illō q̄d
dicit ꝓprie importat aliquā relatōnem. ḡ si amor ꝓ-
prie dicit. importat relatōēȝ. Si ad amantē. ḡ amās
nō est amor. Similiter si ad amatuȝ. tūc ergo. s. s. aut
nō amaret. aut nō amaret. hoc aūt est impossibile.
Rꝰ. dōm. ꝙ dilectio in diuinis pōt accipi ⁊ accipi 26
tur necessario essentialiter. notionaliter. ⁊ ꝑsonalit.
Essentialiter. q2 quilibet diligit se. Notionaliter vo.
q2 pater ⁊ filius ꝯcordant in spirando sp̄ūsanctum
que ꝯcordia amor siue dilectio est. Personaliter vo.
quia ille q̄ ꝓducit ꝑ modum ꝑfecte liberalitatis nō
pōt esse nisi amor siue dilectio. vn̄ essentialiter dictū
dicit ꝯplacentiam. notionaliter vo ꝯcordiam inspi-
rando. ꝑsonaliter vo ꝓcessum in illa ꝯcordia. Huiꝰ
aūt exemplū potest poni in amore creato quo spon-
sus ⁊ sponsa se diligūt. Nam diligūt se amore socia-
li ad ꝯuiuendū. diligūt se vlterius amore ꝯiugali ad
ꝓlem ꝓcreandam. ⁊ illa si ꝓduceret ex sola ꝯcordie
voluntate amor esset. nūc vo est amatus nisi dicat
amor ꝑ emphaticum loquendi modum. In diuinis
vo vere ⁊ ꝓprie amor est habens ratōnem amoris et
ypostasis. Amoris ꝓpter hoc. q2 ex bonitate liberalis
sima primo procedit ꝑ modum ꝑfecte liberalitatis.
Ypostasis. q2 cum distinguat a ꝓducente ⁊ nō possȝ
distingui essentialiter. distinguit ꝑsonaliter. non sic
autem est in amore creato. Ex h̄ patet illud quod
obijcit primo ⁊ scd̄o. cum dicit ꝙ est ꝓprietas aman
tium siue producentium. quia accipit notionaliter.
Nam ꝓut ab eis ꝓcedit nō potest esse ꝓprietas. sed
ꝑsona distincta. vn̄ nō oīno est similis ꝓcessus amo-
ris creati ⁊ amoris increati. quia hic est ꝓprietas. ibi
ypostasis ⁊ suba. Ad illud q̄d obijcit de sapientia. 27
Dōm. ꝙ nō est simile. q2 sapia nō dicit respectuȝ ad
alium. ⁊ ideo semꝑ de se dr̄ ad se. et est essentiale nisi
approprict. h̄ amor respectum dicit ad eos q̄ amore
nectunt. vn̄ sicut verbū est ꝓpriū filij ⁊ nō appropria
tur. q2 ꝯnotat respectū ad dicēteȝ. sic ēt amor siue ca-
ritas nō tn̄ est appropriatū. verūetiā ꝓpriū. s. s. Et si
cut ꝓcedit filiꝰ a p̄re ꝑ modum vbi. ita. s. s. ꝑ modum
amoris. ⁊ ex h̄ est sicut meliꝰ patebit. ī. ꝙ h̄ admittit
p̄r ⁊ filiꝰ diligūt se. s. s. nō aūt ꝙ p̄r sit sapiens sapia ge
nita. Ad illud q̄d vltimo obijcit. ad quid dicit re- 28
spectū. dōm. ꝙ ad amātes s̄m hoc ꝙ est amātes te-
net notionalr̄ sicut ꝓtactū ē. Vno eni mō diligere se
idem ē ꝙ cōcordit spirare. h̄ mō sp̄us nō est amans.
q2 nō spirat. ipse aūt obijcit de eēntiali. quia nō dicit
egressum ab amāte. h̄ solū dicit ꝯplacentiā volunta-
tis q̄ quilibet amat ⁊ amat.
Questio. ij. d

Vtrum sp̄ussanctus ꝓprie sit nexus vel vnitas am-
borꝝ. Et ꝙ sic vr̄ hoc mō. Aug. vij. de trini. nō est ali-
quis duorꝝ q̄ vterq; ꝯiūgit. h̄ ꝯiūgit nexu. ḡ nexꝰ nō
est alicꝰ duorꝝ. ḡ est tercia ꝑsona ꝓprie. Itē amor
in creaturis est nexus. h̄ sicut ꝓbatuȝ est. s. s. est amor
ꝑfectissimꝰ. ergo ⁊c. Ꝙ aūt amor sit nexꝰ pȝ ꝑ Dyo.
Amorē siue diuinū siue intellectualem vnitiuā dici-
mus virtuteȝ. Item sp̄ussanctꝰ s̄m grecos ꝓcedit
a p̄re solum. s̄m latinos a p̄re ⁊ filio. Sȝ q̄cūq; isto-
rum modorꝝ ꝓcedit vniunt in sp̄ū p̄r ⁊ filiꝰ. h̄ ille ꝑ
q̄ vniūtur est nexus amborꝝ. ergo. s. s. est nexus.
Item aut sp̄us p̄ris est sp̄us filij. aut nō. Si nō. ḡ
cū nemo sciat q̄ sunt in hoīe nisi sp̄us eiꝰ q̄ ē in illo si
cut dicit aplūs. p̄r nō nouit volūtatē filij. nec filiꝰ p̄ris.
ergo si idē est sp̄us amborꝝ. in sp̄ū vniunt. Cōtra.

nõ est nexus nisi sepatorum. Que eñ nõ sepata sũt.
nõ indigent aliquo ꝯnectente. sed pater nõ est sepa-
tus a filio nec ecõuerso. quia filius in patre ⁊ pr̃ i fi-
lio. ergo ꝛc. Itẽ nex⁹ ẽ i q̃ duo aliq̃ ꝯueniũt. ſ pr̃ ⁊ fili⁹
nõ ꝯueniũt in ꝑsona. ergo nulla ꝑsona ẽ nex⁹ pr̃is ⁊ filij.
Item necti dicunt̃ illa que ꝯueniũt in aliquo in
quo vniunt̃. Si ergo filius ⁊ s.s. originaliter couenı-
unt in patre. ergo pater est nexus filij ⁊ s.s. non ergo
s.s. est nexus. Itẽ nexus dr̃ aut q: nectit̃. aut quia
nectit. Si ergo s.s. ẽ nexus. aut ergo q: nectit̃. aut q̃a ne
ctit. Non q: nectit̃. q: tũc similiter alia ꝑsona est ne-
xus. similiter pater esset nexus. Si q: nectit patrem
⁊ filium. ergo dat aliquid patri ⁊ filio. sed hoc est incon-
29 ueniens. ergo ꝛc. R°. dõm. ꝙ nexus ꝓprie dicit̃ de
s.s. siue vnitas amboꝝ. Ratio aũt hui⁹ est. quia pr̃ et
fili⁹ coicant in spũ. ⁊ ideo amboꝝ est vnitas. Et rur-
sum ille spũs est amor. ⁊ ideo coicant in eo vt in vno
amore. ⁊ quia amor ꝓprijssime nexus est. ideo s.s. ꝓ-
prie nexus est. q: amor mutuus est amor vnicus ⁊ sb
30 stantificus. Ad illud ergo qd̃ obijcit̃ incõtrarium. ꝙ
nõ est nexus nisi sepatorum. dõm. ꝙ sepatio dicitur
tripliciter. Scd̃m distantiã. ⁊ sic dicit̃ sepatio local̃.
Et ꝓm differentiã. ⁊ sic dicit̃ sepatio substãtialis. Et
ꝓm differentiã ꝓprietatis relatiue. ⁊ sic nõ dicit̃ sepa-
ratio ꝓprie. sed distinctio. In quolibet istoꝝ modoꝝ
ꝯtingit esse nexum. q: ergo pater ⁊ filius sunt distin-
31 cti. ⁊ ideo recte dicunt̃ ꝯnecti. Ad illud qd̃ obijci-
tur. ꝙ nexus est in quo aliqui duo ꝯueniũt. dõm. ꝙ
est ꝯuenientia essentialis. ⁊ ꝯuenientia originalis. ⁊
nexus vtroq; modo põt dici esse. ⁊ q̃uis pater ⁊ fili-
us nõ coicant formaliter in ꝑsona vna. tñ originali-
ter ꝯueniũt. quia vna ꝑsona oritur ab vtroq; vno et
32 eodem modo. Ad illud qd̃ obijcit̃. ꝙ filius ⁊ s.s.
ꝯueniũt in patre. dõm. ꝙ cõuenientia originis dicit̃
dupliciter. aut quia oriunt̃ ab vno. aut quia ab eis
oritur vnus. Si quia ab vno. sic non dicit̃ nexus. q:
nexus est vnio ꝯsequens distinctõnez. sed vnitas in
origine antecedit distinctiõez. Si vo quia vni⁹ origo
sit. cum ibi sit distinctio ⁊ ꝑñs vnio. ꝓprijssime est ne
xus. ⁊ sic est in patre ⁊ filio respectu s.s. Aliter tñ po-
test dici ꝙ nõ est simile. q: filius ⁊ s.s. nõ eodez modo
ꝓducunt̃ a patre. sed pater ⁊ filius eodez modo spi-
rant. s.s. ⁊ iterum patris ⁊ filij ꝯuenientia est in s.s. vt
in amore cui⁹ est nectere. sic nõ ꝯueniũt filius ⁊ s.s. ĩ
33 patre. Ad illud qd̃ obijcit̃ ꝙ nexus dicit̃. aut quia
nectit ꝛc. Dõm. ꝙ quedam sunt verba que in voce
actiua significant passionem. vt verba ad sensum ꝑ-
tinentia. vt video. audio. ⁊ similia. Quedam in voce
actiua significant actõnem. vt facio ⁊ ꝑcutio. simili-
ter in passiua. Dõm igit̃ ꝙ hoc qd̃ est nectere cũ ne-
ctere dicat̃ spũs. quia ab vtroq; ꝓcedit. recte in voce
actiua passionem significat. ⁊ in passiua actõnem. et
ideo nõ significat̃ ꝙ aliquid det patri ⁊ filio. ſ ꝙ ma-
gis recipiat.

Questio. iij. ⁊ vltima c

Utrum spũssanctus ꝓprie sit spũs. Et ꝙ sic videtur
hoc modo. quia ꝑsona spũssancti isto nomie ꝓprijssi-
me designat̃ ꝙ dicit̃ s.s. sed hoc nomẽ sanctus nõ co-
artat hoc ꝙ est spũs cũ sit eque cõe. ergo spũs ꝓprie
dicit̃ illa ꝑsona. Item spũs dicit̃ qd̃ spirat̃. ſ qd̃
spiratur nõ generat̃. nec ecõuerso. ergo cũ spirari nõ
ꝯueniat patri nec filio. ergo ꝯuenit s.s. Item ho-
mines ꝯcordes in vno malo dicunt̃ ꝯspiratores. nõ
quia idem cogitent. sed q: idem malũ appetũt. et ad
idem malum vltus omniũ est colligatus affectus. er
ho cum spiratio a spiratõne veniat. nõ dicit̃ spirari
nisi amor. ergo nec s.s. dicit̃ nisi amor. ergo ꝛc. Con-
tra. s.s. est deus. ⁊ eos qui adorant eum in spũ ⁊ veri-
tate oportet adorare Ioh. iiij. ſ tota trinitas ẽ ado-
randa. ergo tota trinitas spũs. hoc idem dicit Augu.
Item rõne ostendit̃ hoc idem sic. Spiritus diui-
dit̃ ꝯtra corpus. ergo qd̃ nõ est corpus est spũs. ergo est
nomẽ absolutum nõ relatiuum. ergo ꝛc. Itẽ spi-
ritus dicit̃ aut a spũalitate. aut a spiratõne. Si a spi
ritualitate. sic diuidit̃ ꝯtra corpus. ⁊ ꝯstat qd̃ ꝯueni
at trinitati. Si a spiratione. Contra. spirare actiue
dictũ conuenit toti trinitati. quia tota trinitas dicit̃
inspirare. ergo actiue dictum. nõ dicit̃ relatiue. ergo
nec passiue. Itẽ ꝓm qd̃ dicit̃ a spiratõne. videt̃ ꝙ
magis ꝓprie ꝯueniat filio. ⁊ hoc patet ꝑ autoritatem
Iob. xxxij. Inspiratio omnipotentis dat intellectuz.
sed hoc appropriat̃ filio. ergo ꝛc. Item spiratio ẽ
actus naturalis. sed solus filius ꝓcedit ꝑ modũ na-
ture. ergo solus filius spirat̃. R°. dõm. ꝙ hoc no- 34
men spũs reperit̃ in corporibus. in substantijs ratõna
libus. ⁊ in deo. ⁊ licet in deo sit ꝓprijssime. quia pro-
prijssime est in eo spũalitas ⁊ spiratio. tamẽ ratio co
gnoscendi ⁊ dicendi tanq̃ a posteriori incipit a sub-
stantia corꝑali. In suba aũt corꝑali spũs dicitur du- 35
pliciter. aut a spũalitate ꝯtra corpulentiã. et sic dicit̃
absolute. ⁊ vocat̃ spũs corpus subtile. sicut accipit̃ i
li. de differentia spũs ⁊ aie. Aut a spiratõne. ⁊ sic dici-
tur spũs flatus sicut accipit Cris. Ioh. iij. Spiritus
vbi vult spirat ꝛc. ⁊ in ps. Ignis grando spirit⁹ ꝛc.
Scd̃m modũ hũc duplicem accipit̃ in suba spiritua-
li siue ratõnali. aut a spũalitate ꝯtra corporeitatem.
⁊ sic suba ratõnalis vel ei⁹ potentia interior dicit̃ spi
ritus Eccl̃es. iij. Quis nouit si spũs filiorum ꝛc. Aut a
spiratõne. ⁊ sic affectus vel amor dicit̃ spũs. Et ratõ
hui⁹ est. quia actus spiratõnis in corꝑe est actus inte-
rius. actus cõtinuus. actus viuificus. ⁊ habet origi-
nem a calore. q: ergo egressus amoris vt amor venit
ab intrinseco. ⁊ amor est actus viuificus, q: amor ẽ
vita. ⁊ iterum amor est actus ꝯtinuus. q: ꝯtinue de-
bet reddi amor. ⁊ tũc est ꝑfectus qñ homo sic amat.
Rursus est calor spũalis. ideo solus amor dicit̃ spũ-
aliter spirari. ⁊ sic accipit̃. j. ad Thes. v. Ut integer
spũs ꝛc. Scd̃m hũc duplicem modũ accipit̃ in diui-
nis. Nã ꝓm ꝙ sps̃ dr̃ a spũalitate sic ꝯuenit toti trini-
tati. Naz tota trinitas caret corporeitate ⁊ mãlitate.
⁊ sic ẽ nomẽ absolutũ Io. iiij. Sps̃ ẽ de⁹. Scd̃m autez
ꝙ dr̃ a spiratõe sic ꝯuenit illi soli ꝑsone que ꝓcedit vt
amor rõne iã dicta. Spirare eñ in spũalib⁹ solius ẽ
amoris. ⁊ qñ amor põt spirari recte ⁊ ordinate. ⁊ sic ẽ
pur⁹. vel indirecte ⁊ imũde. ⁊ sic ẽ libidinosus. io ꝑso
na illa q̃ ẽ amor nõ tñ dr̃ spũs. ſ s.s. nõ sic fili⁹ dr̃ san
ctus. q: gñatio ẽ mot⁹ nãlis. circa quẽ nõ attẽdit̃ san
ctitas vel puritas. sicut attẽdit̃ circa amorẽ voluntat̃.
Ad illd̃ qd̃ obr. ꝙ spirare ẽ toti⁹ trinitat̃. dõm. ꝙ spi 36
rare dr̃ duplr. Uno mõ ẽ spirare idẽ qd̃ spm̃ ꝓduce-
re ⁊ sic nõ ꝯuenit toti trinitati. Alio mõ ẽ spirare idẽ qd̃
inspirare. ⁊ illa ꝯuenit toti trinitati. q: inspirare dicit ef
fectũ sps̃ q̃ ẽ a tota trinitate. dr̃ ei inspirari ꝙ i spũ nr̃o
spũalr̃ immittit̃ siue affectio siue cognitio. Ad illud
qd̃ obr. ꝙ mot⁹ ẽ nãlis. dõ. ꝙ sic ẽ i corꝑalib⁹ q̃ inspi-
rãt ꝓpẽ nature indigẽtiã. ſ nõ sic i spũalib⁹ sbstãtijs.
q̃ spirãt ex liberalitate voluntat̃. vnd̃ rõne hui⁹ non
transferunt̃, sed ratõne aliaꝝ ꝓprietatum.

Distinctio.xj.de eterna pcessione spussancti qtum ad principiu a q pcedit.

Je dicendum est spussanctum a patre esse z filio. Supra egit magister de processione spiritussancti in compatione ad ipsum pcedentem. Hec est secunda pars in qua agitur de eadem in comparatione ad principium a quo. Et diuidit hec pars in duas. In prima ostendit q spussanctus pcedit a patre z filio. In secunda determinat qualiter pcedit ab eis.j.distin.xij. Item querit cum spiritussanct pcedat a patre z filio. Prima pars habet quatuor. In prima ostendit magister [illegible] multas auctoritates q pcedit a patre z filio. In secuda vo ecotra p rationes grecoru ostendit q a solo patre.ibi. Greci tame dicut spussanctum tm procedere a patre. In tercia auctoritates z ratones grecorum soluit z determinat.ibi. Nos autem illa verba ita determinamus. In quarta odit pfessionem fidei grecor.implicite puenire cu nostra.ibi.Sciendu tamen q greci pfitent.

Di. XI.

Q spussanctus pcedit a patre z filio pbat multis autoritatibus. a

Je dicendu est spusctm a pre esse z filio. z pcedere a patre z filio.qd multi heretici negauerunt. Q aut de vtroq pcedat multis diuinor eloquior testimonijs co probat. Dicit ei apls. Misit deus spm filij sui i corda vra. Ecce hic dicit spus filij. Et alibi. Qui aute spm xpi no hz.hic no est ei. Ipse etia fili de spiritu sancto dicit in euagelio. Que ego mittam vobis a pre. Pris aut spus dictus est vbi legit. Si spiritus ei q suscitauit xpm a mortuis habitat in vobis. Et ipse xpc dicit. Non em vos estis qui loquimini.sed spus patris vestri qui loquit. Et in alio loco. Que mittet pr in noie meo. Et alibi ipse filius de spusancto ait.a pre pcedit. His z alijs auctoritatib pluribus ostendit. q spussanctus a pre z filio pcedit.

Gal.iiij.
Ro.viij.
Joh.xv.
Math.x.
Joh.xv.

Greci contendut spiritumsanctu pcedere [illegible] solo patre. b

Greci tame dicut spusctm pcedere tm a patre z no a filio. Qd ideo dicut.qz veritas in euagelio fidem integram ptinente.de pcessione spus loquens solu patrem pmemorat dicens. Spus qui a patre procedit. Et etia ideo.qz in principalibus pcilijs q apud eos celebrata sunt.ita simbola eor subiunctis anathematibus sancita sunt. vt nulli de trinitatis fide aliud docere vel aliter pdicare q ibi cotinetur.liceat. In quibus quidem simbolis cum spiritussanct pmemorat pcedere a patre et non a filio.quicunq inquiunt a filio eum pcedere addunt.anathema incurrunt.vnde et nos arguunt anathematis reos. Addunt etiam ad assertonem sue opinionis z in testimonium nostre damnatiois de simbolo fidei.qd fm traditonem pdictorum concilior.leo tercius rome transcriptu in tabula argentea post altare beati Pauli posita posteris reliquit p amore (vt ipe ait) z cautella fidei orthodoxe. In quo quidem simbolo in pcessione spiritus. solus pmemorat pater his verbis. Et in spussanctum dnm z viuificatorem ex pre pcedente. cu pre z filio coadoradu z glificadu zc. Illud e simbolu qd in missa cantat. editu in niceno pcilio.in fine cuius subiunctu est.b Qui aliud

Prima causa
Scda causa a
b

a In principalib pcilijs. Queritur que sunt illa quatuor pncipalia pcilia.z dom. q fuerut quatuor cocilia apostolor in ecclesia primitiua.vt dicit quedam glo.super actus. Primu fuit ad electionem Mathie. Actu.x. Scdm ad electione.vij.dyaconorum. Actuu.vij. Tercium fuit ad non imponenda legalia gentibus Act.xv. Quartum ad tolerandu legalia ad temp. Actuum.xxj. Concilia vo patrum principalia apud grecos similiter fuerunt quatuor scilicet Nicenu. Ephesium. Calcedonense et Constantinopolitanum. 1 2
b Qui aliud docuerit vel aliter predicauerit zc. exponit ista verba.i.contrariu docuerit. vel contrario modo zc. Non videtur ista expositio probabilis.eo q ipse qui contradicit articulis excomunicatus est ipso iure.ergo no oportebat p contrario dare sententiam.ergo videtur q pro diuerso tulerunt sententiam. Preterea vnd venit ista expositio p deo. quare non dixerunt. Quisquis contradixerit. Re.dicendum q

docuerit. vel aliter p̄dicauerit. anathema sit. Ideoq̃ʒ greci nos anathematizatos dicūt. q̄ꝛ dicim⁹ spm̄ sanctū a filio ꝓcedē. qđ ibi nō ꝯtinet. Quod eñ ſm nos ibi dicit̃. q̄ a patre filioqʒ ꝓcedit. alterum a latinis est additum scilicʒ filioqʒ.

Grecoꝝ auctes ꝛ rōnes soluit ꝛ determiat.

Nos aūt illa v̄ba ita determinam⁹. Qui aliud docuerit. vl̄ aliter p̄dicauerit. vel ꝯtrarium docuerit. vel ꝯtrario modo p̄dicauerit anathema sit. Aliud ergo posuit ꝓ opposito. qualiter ꝛ aplus in ep̄la ad Gal. Si quis aliud euangelizauerit. i. ꝯtrarium anathema sit. Non dicit. si quis addiderit. Nā si illud diceret. sibipsi vt ait Aug. p̄iudicaret q̄ cupiebat venire ad q̄sdā qb⁹ scribebat. sicut ad Thes. vt suppleret q̄ illoꝝ fidei deerant. Sʒ qui supplet qđ minus erat addit. non qđ inerat tollit. Qui autē p̄tergreditur fidei regulam. nō incedit in via. ſ recedit a via. Ad illud aūt qđ de euangelio opponūt respōdemus ita. quia cū dicat in eo veritas spm̄sanctum a patre ꝓcedere. nō addit solo. ꝛ ideo etiā a se ꝓcedere nō negat. ſ ideo patrē tm̄ noiat. quia ad eū solet referre etiā qđ ipsi⁹ ē. q̄ꝛ ab illo habʒ. — Gal. j. — Rationem grecorum soluit.

Grecos in sensu nobiscum ꝯuenire ꝛ si verbis differant. ꝓbat multis auctibus. d

Sciendū tamē q̄ greci ꝯfitentur spm̄scm̄ esse filij sicut patris. q̄ꝛ ꝛ apl's dicit. Spm̄ filij. Et veritas in euangelio. spm̄ veritatis. Sed cū nō sit aliud spm̄ sanctū esse p̄ris ꝛ filij. q̄ʒ esse a p̄re vel filio. etiam in hoc in eandē nobiscū fidei sn̄iam ꝯuenire vidētur. licet in verbis dissentiant. — Gal. iiij. — Joh. xiiij. — c

Un̄ etiā quidā eoꝝ catholici doctores intelligētes vnā eandēqʒ fore sn̄iam p̄dictoꝝ verboꝝ quib⁹ dicitur spūssanctus ꝓcedere a filio ꝛ esse filij. ꝓfessi sunt spm̄sanctū etiā ꝓcedere a filio. Un̄ athanasi⁹ i simbolo fidei. Spūssanct⁹ a p̄re ꝛ filio. nō fact⁹ nec creatus nec genit⁹. sed ꝓcedens. Ecce spm̄sanctū apte dixit ꝓcedere a p̄re ꝛ filio. Didim⁹ etiā eoꝝ maxim⁹ doctor in li. de spūsancto. spm̄sanctū a filio ꝓcedere dicit. Saluator inquit q̄ est veritas. Non eñ loq̄t a semetip̄o. hoc est nō sine me. ꝛ sine meo ꝛ p̄ris arbitrio. q̄ꝛ insep̄abilis est a me ꝛ a p̄ris voluntate. q̄ꝛ ex se nō est. sed ex patre et me est. Hoc eñ ipsum q̄ subsistit ꝛ loquit̃. a patre et a me illi est. Item spiri- — Athanasius — Didimus — d

sicut dicit Ansel. Ois veritas sacre scripture nō ꝯtradicit ꝓpter suaʒ generalitatem ꝛ dignitatē. ꝛ ideo p̄dicta expositō habʒ hic locū. Nec fuit incōueniēs exprimere excoicationē hereticoꝝ. q̄a sancti patres in cōcilijs ordinabant que iuris erant. et p̄terea ad terrorem est dictū. ꝛ maluerūt dicere aliud. q̄ꝫuis intellexerūt ꝯtrarium. vt mag⁹ cōpescerent ora presum ptuosoꝝ ne adinuenirent nouitates in fide. Scđm veritatem aūt excōmunicatōnis sententia nō se extēdit nisi ad ꝯtradicentes. quia nō fuit eoruʒ intentio precludēdi viam ad explanatiōem fidei faciendam maiorem. si de⁹ alios magis illuminaret. ꝛ si h̄ dixissent. cōstat q̄ nō bene moti fuissent. et sententia eorum merito abolēda esset.

c Sed cū nō sit aliud. Contra. aliud est dicere cappa fort̃ q̄ʒ cappa facta a forte. ḡ similiter videt̃ in proposito. Aut si nō. queritur ratio. R⁹. dōm.
4 q̄ genitiuus q̄uis denomicetur ab habitudine principij. tamen aliam habitudinē importat. vt possessiōis. sed cum in diuinis n̄ cadit diuersitas nec habitudo nisi origis. ratione materie i diuinis determinat̃ ad habitudinem principij. ꝛ ideo in deo idē est dicere spirit⁹ filij. quod spiritus ꝓcedit a filio. Preterea alia est ratio. quia spiritus ſm q̄ est nomen absolutum. sicut hoc nomen deus. nō habet ꝓprie cōstrui cum genitiuo. quia tūc idem esset dicere spiritus filij qđ de⁹ filij. ergo oportʒ q̄ accipiatur spiritus ſm q̄ dicit̃ a spiratōne. ꝛ sic est nomen importans originem. ḡ sicut sequtur fili⁹ p̄ris. ergo filius qui est a patre. ꝛ ita est dicere spiritus filij. i. spiritus qui est a filio.

formitas in natura solũ. non debẽt dici vnũ. nisi bm̃
quid. scilicet cũ determinatiõe diminuẽte. vt vnũ ge-
nere. vel specie. Si solũ in volũtate. tũc sũt vnus spi
ritus qui dicit amorẽ. Si vnuȝ in natura actione.
possũt dici vnũ cũ determinatiõe. vt fornicator cum
meretrice potest dici vnũ corpus. tamẽ nõ potest di-
ci vnũ simpliciter. sicut vir et vxor. nec viri mali ita
vnũ sicut viri boni. quia discõueniũt in volitis prin-
cipaliter intẽtis. quilibet enĩ malus bonũ ꝓpriũ q̃-
rit et non cõmune. Ex hijs patent quesita. Concedẽ-
dum enĩ est aliqua duo dici vnũ simpliciter. si habe-
ant cõformitatẽ sicut dictũ ẽ. sicut ꝓbãt prime rões
tres. Ad illud ꝙ quarto obijcitur. dõm. ꝙ non cõ 46
cludit. quia fornicator et meretrix non dicũtur vnũ
corpus rõe sb̃e corpalis. sed rõe operis carnalis in q̃
vniũtur. et ideo nõ sequit̃ ꝙ debeãt dici vnũ simpli
citer. Ad illud quod obijcitur de vno in numero. 47
dõm. ꝙ duplex est vnitas. scilicet indiuisionis. ⁊ con
formitatis. Unitas indiuisionis attẽditur i vno nu-
mero. et hec vnitas est simpliciter. Unitas vero con
formitatis non est in vno numero. sed in hijs qui-
bus cõtingit alijs conformari vt dictũ est. Ad illꝺ̃ 48
quod obijcit̃. Si ꝓpter cõformitatẽ in natura dicũ-
tur vnũ ⁊c̃. dõm. ꝙ ꝓpter conformitatẽ in natura ⁊
volũtate. et in natura nõ solũ. bm̃ qꝺ̃ est rei essẽtia. s
ex qua pullulat pullulans. hoc est in q̃tũ est opatio-
nis principiũ. sic patet ꝙ hõ et asin⁹ nõ dicũtur vnũ
Patet etiã ꝙ mali hoĩes nõ dicũtur vnũ. q̃ꝛ si cõcor- 49
dãt in fine ꝓpiquo ⁊ in ope. differũt tamẽ in remo-
to. quia quilibet querit qꝺ̃ suũ est. Iusti aũt econuer
so. si enĩ aliquãdo differẽtiãt volũtates coꝝ in fine ꝓ-
pinquo. cõueniũt in remoto. Ad illꝺ̃ quod obijcit̃ 50

q̄ vnitas meretricis nullo mō est a deo siue a prima vnitate. dōm. q̄ sicut [illegible] substātia est peccatū actōis. et hoc est a deo. et deformitas et hec non est a deo. sic in vnitate tali intelligēdum est rc.

Questio. iij. i

v De ratione appropriatōis triū noim p̄dictorum. et primo de vnitate. Et q̄ nō sit appropriabilis videt̄. quia vnū [illegible] ens conuertuntur. ḡ vnitas et essentia. sed eēntia nulli est appropriabilis. ḡ nec vnitas. Item si appropriat̄. cū sp̄s. sit amborū vnitas vt dicit Aug. videt̄ q̄ debeat appropriari p̄sone sp̄s. Itē obijcit̄ de equalitate q̄ appropriat̄ filio. Nihil eīm magis est indifferēs in reb⁹ eq̄libus q̄ ipsa equalitas. sed indifferēs nō est appropriabile. ergo nec equalitas est appropriabil'. Itez si appropriat̄ debet patri appropriari. q2 equalitas non est aliud q̄ vnū siue vnitas in quātitate. s; vnitas appropriat̄ patri. ḡ equalitas. Itē obijcitur de cōcordia que appropriat̄ sp̄s. Si eīm cōcordia plures reducit ad vnitatē. videt̄ potius de ꝓprio facere

§1 re cōmune. q̄ de cōmuni ꝓpriū. ḡ si appropriari ē de cōmuni facere ꝓpriū. cōcordia nulli est appropriabilis. Item videt̄ q̄ debeat appropriari filio. qm̄ filius ē pax nostra qui fecit vtraq̄ vnuz Eph. ij. Itē Col. j. pacificās p̄ sāguinē crucis ei⁹. siue que in terris sūt siue que i celis sūt. Itē obijcit̄ cōtra rōem Augu. Oia equalia ꝓpter filiū rc. ḡ pater est equalis ꝓpter filiū. ergo habet aliquid a filio. qd' falsū est. Item quero quā causā dicit ꝓpter. vtrū efficiētē. aut finalē. quācūq̄ harū dicit. est tota trinitas. et sic efficiens et finis oīs rei. tā vnitas. q̄ equalitas. q̄ concordia. est ꝓpter p̄rem. similiter ꝓpter filiū. ḡ nulla est ratio appropriādi. R° intelligēdum ē q̄ sicut appropriatio hylarij fuit ad explicādā p̄sonarū originem. sic ista ē ad explicādum ordinē. Qm̄ igit̄ p̄sona patris ē prima. ante quā nō est alia. et que nō est ex alia. ideo appropriat̄ ei vnitas q̄ est prima i numero. et ante quā nihil est in numero. Ex hoc patet respōsio ad duo p̄ma. q2 accipit̄ hec vnitas scdm̄ eādē rōem qua dicit primitatē. nō essētie sed indiuisiōis. quia sic cōuertit̄ cū ente. Aut volūtatis conformitatē. q2 sic appropatur similiter sp̄s. vt prima. Aut patri appropriat̄ similiter. quia p̄sona filij bm̄ rōem intelligēdi est secunde et p̄fecte exprimēs p̄rem. et hoc facit equalitatem. io equalitas rōe ordinis p̄mo reperit̄ in filio. Tūc eīm primo intelligit̄. cū filius intelligit̄ nasci. et ex hoc p; obiectū. Q2 eīm equalitas approp̄ct̄ hoc nō est rōne vnitatis. sed rōe prime associatōis et p̄fecte. Eq̄litas eīm tunc primo itelligit̄. quādo intelligit̄ associatō. et hec intelligit̄ primo in filio qui est scd'a persona. Similiter persona sp̄s. scdm̄ rōem intelligendi est tercia. Concordia aūt ponit duos cōcordabiles et eius concordātem. ideo primo incipit cōcordia. vbi p̄io intelligit̄ ouri p̄sona tercia. et sic patet illud q̄ cōcordia appropriat̄ alicui. non quia de cōmuni aliquid faciat ꝓpriū. sed quia distinctos cōnectit. et hoc bm̄ rōem sue emanatōis. quod nō cōuenit filio ratione emanatōis. sed rōe mediatōis. quia mediator dei et hoīs. Ex hijs patent oīa obiecta. Ad illd' vero qd'

vltimo querit̄. oīa sunt vnū ꝓpter patrez. dōm. q̄ si §2

oīa distribuat p̄ creatis. tūc ꝓpter dicit causā formalem exemplarē bm̄ rem et appropriatōem. quia oīs equalitas habet exemplar in equalitate filij. et sic de alijs. Si aūt distribuit p̄ creatis et increatis. tūc ꝓpt̄ dicit causā formalem exēplarem secūdum rationez intelligēdi appropriatā. quia intellectus noster non intelligit equalitatē in patre nisi ꝓpter hoc q̄ h; filiū p̄ oīa exprimentem naturā et potentiā. similiter et de alijs. et tūc ꝓpter non dicit causā exēplaritatis bm̄ rē sed bm̄ rōem intelligēdi. et sic non notat̄ q̄ pater h; aliquid a filio. sed q̄ intellectus nr̄ aliq̄d cognouit d' patre p̄ hoc q̄ cognoscit filium.

Distinctio. xxxij. Mouet et soluit dubitatōem ortam ex appropriatōe qua spirituisancto appropriat̄ cōcordia in fi. p̄cedētis di. ibi. Q' aūt in sp̄ūsācto.

b Hic oritur questio ex p̄dictis deducta. Supra posuit magister multipliciter appropriata. in quorū explanatione dixit sp̄s. esse cōcordiam. quia pater et filius diligūt se sp̄ūsācto. ideo hic mouet questiones de illa locutione. Et hoc facit in ista distinctōe. Habet aūt hec distinctio tres ptes. In prima mouet magister principalē questionē prius positam. scilicet vtrū pater et filius diligant se sp̄ūsācto. In scd'a vero mouet aliam questionē huic consimilem que facit ad eius explanatōem. et hoc facit ibi. Preterea diligenter inuestigari oportet. et est illa questio. Utrū pater sit sapiens sapiētia genita vl' sapiētia quā genuit. In tercia redit ad principalem questionē determinādā. et hoc facit ibi. Preterea diligēter notāduz est. Prima pars h; duas ptes. In p̄ia mouet magister q̄ōez et opponit. In scd'a rn̄det q̄ōni s; n̄ rn̄det obiectōi. ibi. huic q̄ōni cū altitudinē. Similiter scd'a ps in q̄ determiat magister questiōem annexā. sc; vtrū p̄r sit sapiēs sapiētia genita. vel sapiētia quam genuit. diuidit̄. Et q2 ad determinatōem huius questiōis tria alia dubia cōcurrūt. ideo habet hec pars quatuor ptes. scdm̄ quatuor dubitatōes quas mouet et determinat. et primo determiat istam questionē. Utrū filius sit sapiens sapiētia quā genuit vel sapiētia genita. quod idem est. Quā determinat in ptē negatiuā. Secūdo mouet hāc q̄stionē. Utrū filius [illegible] sapiens sap̄ia genita vel ingenita. Et determinat eam affirmatiue q̄tum ad primā ptem scilicet q̄ sit sapiēs sapiētia genita. ibi. Post hec queri solet rc. Tercio mouet hāc questiōem. vtrū filius sit sapiens p̄ seip̄m vel seipo quā determinat [illegible] distinctōem q̄ seipso potest teneri originalier et formaliter. et hoc ibi. Queri autē solet vtrū filius. Quarto mouet hāc questiōez Utrum pater duplicem habeat sapiētiam. quā determinat in ptem negatiuā. ostēdens hāc questionē et eius rōem non esse respōsione dignam. et hoc facit ibi. Post hoc queri solet a quibusdā. Utrū vna sit tātum sapiētia. Et determinat cū hoc q̄ in trinitate est dilectio que est trinitas. et tamen sp̄s. est dilectio que nō est trinitas Et hoc ibi. Et sicut in trinitate. Similiter tercia ps in qua redit magister ad questionē primo positā habet duas ptes. In prima obijcit contra rōez quā accipit ex determinatōe alterius questionis In secūda vero loco solutōis suam insufficiētiā ostendit. et hanc questionē determinandā lectori relinquit. et hoc ibi. Difficilimum mihi hāc questionē fateor.

Mouet principalem questionem prius positam. Utrum pater et filius sp̄ūsācto se diligāt cum diligere idem deo sit quod esse.

XXXII

b Ic oritᷣ q̄stio ex p̄dictis deducta. dictū ei ē supra atq̄ sāctoꝝ autoritatibꝰ ostēsū q̄ spūssāctꝰ ē coīo p̄ris ⁊ filij. ⁊ amor q̄ p̄r ⁊ filiꝰ seinuicē diligūt. iō q̄ritᷣ. Utꝝ p̄r ⁊ filiꝰ p spūmsāctū diligat? Qd vtiq̄ vīdᷣ oportere dici s̄m autoritates suppositas. qbꝰ oñdiᷣ spūmsāctū eē q̄ genitꝰ a gignēte diligaᷣ. genitorēq̄ suū diligat. Sz contra. si p̄r vl' filiꝰ dicaᷣ diligere p spiritūsāctū. videᷣ eē p spūm̄s. q2 nō ē aliud deo eē. ⁊ aliud diligere. s̄ idez. q2 vt ait Augu. in. xv. li. d̄ tri. Quicq̄d s̄m q̄litates i illa simplici natura dici viðᷣ. s̄m eēntiā ē itelligēdūz. vt bonꝰ. magnꝰ. imortaḷ. sapiēs. diligēs. ⁊ huiusmōi. Ideoq̄ si p̄r vl' filiꝰ diligit p spūmsāctū. p ip̄m spūm eē videᷣ. neq̄ tm̄ eēntia sua diligit. s̄ etiā dono.

Opponit contra questionē. Augu.

Respondet questioni sed nō respōdet obiectioni. b

Huic questioni cū altitudinē nimie p̄fūditatis cōtineat. id soluz r̄ndemꝰ q̄d Augu. significare videᷣ. scz q̄ pater ⁊ filiꝰ se diligāt ⁊ vnitatē s̄uēt nō solū essentia sua. s̄ suo dono p̄p̄o. q̄d licet suppositū sit. iterare tñ nō piget. q2 sic expedit. Ait ḡ Augu. in. vj. li. de tri. Manifestū ē q̄ n̄ aliqs duoꝝ ē q̄ vterq̄ cōiūgiᷣ. q̄ genitꝰ a gignēte diligaᷣ genitorēq̄ suū diligat. sintq̄ nō p̄ticipatiōe s̄ eēntia sua. neq̄ dono supioris alicuiꝰ. s̄ suo p̄p̄o s̄uātes vnitatē pacis. Ecce h̄ diē q̄ eēntia sua ⁊ dono s̄uāt vnitatē. Idē i xv li. de tri. ait. In illa trinitate qs audeat dicere p̄rē nec se nec filiū nec spūmsāctū diligere. nisi p spūmsāctū. Hic apte oñdit patrē. nō tm̄ p spūmsāctū diligere. Nō aūt simplr̄ dicit p̄rem s̄ diligē p spūmsāctum.

Augu. Aperte dicit q̄ p̄r et filius essētia et dono suo diligit se et pacem seruant.

Mouet aliā q̄ōnē p̄ori cōsimilē q̄ faᷣ ad eiꝰ explanatōez. Utꝝ scz p̄r sit sapiēs sapīa genita vl' sapīa quā genuit. sic diligi t amore q̄ ab ip̄o p̄cedit. c

Preterea diligēter inuestigari oportet. vtrū p̄r sapiēs sit sapīa quā genuit q̄ tm̄ filiꝰ ē? Qd videᷣ a sili posse p̄bari. Si eñ pater diligit amore q̄ ab ip̄o p̄cedit. cur nō ⁊ sapīa vl' itelligētia. quam ip̄e genuit. sapit. vl' intelligit? Hanc q̄ōnem vrgere videᷣ vt ait Aug. .l. vj. li. d̄ tri. q̄d scripsit ap̄ls dicēs xp̄m dei virtutez ⁊ dei sapiam. vbi q̄riᷣ. Utrum ita sit pater sapie ⁊ virtutis sue. vt [a] hac sapīa sapiēs sit quā genuit. ⁊ hac virtute potēs quā genuit? Sz absit vt ita sit. q2 si h̄. ē ibi eē q̄d sapē. nō p illā sapiam quā genuit sapiēs diciᷣ pater. alioquin n̄ ip̄a ab illo s̄ ille ab ip̄a ē. Si eñ sapīa quā genuit causa ē illi vt sapiēs sit. etiā vt sit ip̄a illi causa ē. q̄d fieri nō p̄t nisi gignēdo euz aut faciēdo. s̄ nec genitricē nec cōditricē patris vllo mō quisq̄ dixerit sapiaz. Quid eī est insaniꝰ? ḡ pater ip̄a sapia ē qua sapiēs est. filiꝰ vero diciᷣ sapīa patris. ⁊ virtus patris. nō q2 pater p eū sit sapiēs vl' potēs. s̄ q2 filiꝰ sapientia ⁊ virtus. est de patre sapiētia et virtute. Ex hijs ḡ p3 q̄ [b] pater nō est sapiēs sapiētia genita. sed se ip̄o sapiētia ingenita.

j. cor. j.

Hic determinat dicēs patrē nō esse sapiētez sapiētia quaz genuit.

a
1

a Hac sapientia sapiens ⁊c. Ex litera diciᷣ talis ratō Augu. Si pater ē sapiēs sapiētia genita quā genuit. ⁊ hoc est ei eē quod sapere. ergo est sapientia genita. Uideᷣ illud argumētū non valere. q2 illud non valet. hoc est patri esse quod operari. sed operatur per filium. ḡ ē per filiū. ergo nec similiter illō argumētū valet. Si tu dicas q̄ non est simile. quia operari cōnotat effectum. obijciᷣ. q̄ idem est patri esse. quod eē patrē. s̄ tñ illud argumētū nō valet. p̄r deitate ē deus. ḡ deitate ē p̄r. ergo filiꝰ n̄ valet h̄ argumētū. est sapiēs sapia genita. ergo est sapia genita. R̄ꝰ. dōm. q̄ argumētuz Aug. ē necessariū. q̄ñ eē sapiētē. ⁊ eē in diuis nō differūt mō dicēdi ⁊ a parte rei. s3 solū a p̄te nostra. nō sic āt ē eē et opari. q̄ñ ⁊ si opari q̄tū ad principale significatū sit idē q̄d eē. tñ q̄tū ad cōnotatū differt. ⁊ p̄t eē extraneū. ⁊ ita p̄t ibi eē accidēs. tñ h̄ q̄d ē eē deū. et eē patrē. q̄uis n̄ drn̄t q̄tū ad eēntiā vl' modū eēndi. drn̄t tñ q̄tū ad modū se h̄ndi. q̄d n̄ vere i diuis absolutū ⁊ cōpatū. ⁊ iō n̄ trāsit paternitas i s̄baz sicut sapia. iō h3 aliū modū dicēdi. q̄ p̄t eē extraneꝰ respectu alicꝰ attributi. iō ibi ē accidēs. n̄ āt i argum̄to Augu. b.

b

Augu. in li. lxxxiij. q̄ cum sapiens deus dicitᷣ. et sapiētia sapiēs dicitur sine qua eum vel fuisse aliquando. vel esse posse nephas est credere. non participatione sapiētie sapiens diciᷣ. sicut aīa que ⁊ esse ⁊ non eē sapiēs potest. sed q̄ ip̄e eam genuerit q̄ sapiens dicitur sapientiā. Aduerte lector patrem dici sapiētem gēita sapientia. quod tamen alijs obuiat testimonijs. verum hoc Augu. corrigit in li. retracta. inquiens. Dixi in li. lxxxiij. que

b Pater n̄ ē sapiēs sapia genita. s̄ seip̄o sapiēs igenita. Uideᷣ male dicere. q2 sicut eternitas 2

Utrū fili⁹ sit sapiens sapiētia ge-nita vel ingenita. d

Post hec queri solet a quibusdam vtrū fili⁹ sit sapiēs sapiētia genita vl' ingenita? Si eñ nō est sapiens sapiētia genita, nec seipo sapiēs est Si vero sapia genita sapiēs ē, nō videt sapiēs esse sapia ingenita. et ita nō videt eē sapiens a patre. cū a patre habeat omnia. Ad qd dicimus quia vna est sapiētia patris ⁊ filij ⁊ spūssācti sicut vna essentia. quia sapiētia in illius nature simplicitate ē essentia. ⁊ tamē filius tm̄ est sapiētia genita. ⁊ pater tm̄ est sapiētia ingenita. vel a sapiētia ingenita. Et cū ipe sit ibi esse quod sapiētez esse. relinquit vt⁹ sapiētia genita sit sapiens de sapiētia ingenita. d Non ergo fili⁹ dicitur sapiētia dei tanq ipe solus intelligens sit vel sapiens sibi ⁊ patri ⁊ spūisancto. quia vt ait Augu. i. xv li. de tri. Si sol⁹ ibi fili⁹ intelligit ⁊ sibi et patri ⁊ spūisancto. ad illaz reditur absurditatem vt parer non sit sapiens de seipo sed de filio. Nec sapiētia sapiētiā genuerit. sed ea sapiētia pater dicatur sapiēs esse quā genuit. Ubi eñ non est intelligētia. nec sapientia pt esse. Ideoq si pater non intelligit ipe sibi. sed filius intelligit patri. pfecto filius patrem sapiētez facit. Et si hoc est deo esse quod sapere. ⁊ ea illi est essentia que sapiētia. non filius a patre quod verum est. sed a filio poti⁹ pater habet essētia. quod absurdissimū atq falsissimū est. Est ergo deus pater sapiens ea que ipe ē sua sapiētia. et filius sapiētia patris est sapiens de sapiētia que est pater de quo est genitus filius. Ita ⁊ pater ē intelligens ea que ipe est sua intelligentia. Non eñ esset sapiens qui non esset intelligens. filius autē intelligētia patris de intelligentia genitus est que est pater. de q et intelligens est. Proinde pater est sapiētia ⁊ fili⁹ sapia. ⁊ᶜ vterq vna ē sapia. ⁊ tñ solus pr̄ est ingenita sapiētia. ⁊ fili⁹ sol⁹ genita sapiētia nec tñ alia sapia dat. alia sapiētia filius. sed vna eademq est. sicut pater est deus ingenitus. ⁊ filius est deus genitus. neq de⁹ genitus est deus ingenitus. non ideo tamē alius deus ē pater. alius filius. sed vnus deus vterq. non aūt vn⁹

stionū de patre. q ea genuit qua sapiēs dicitur sapiētiam. c Sed melius istam questionē postea i li. d trinitate tractaui.

Pater est sapiens ea sapiētia que ipse est. ⁊ d ea filius est genitus ⁊ sapiēs. illa ingenita. h vna tamē sapiētia. e

a pp̄bat pri. ita sapia filio. h eternitas n̄ dz dici gēita. sicut dicit Ans. i li. d icarnatōe dbi. g nec sapia dz nec pt dici ingenita. Itez si pt dici ingenita sapiētia pari rōe pt dici sapia pcedēs. ⁊ ita videt q sapia sit approp̄abil' sl'. sicut et filio. Iuxta hoc q̄rit q̄re n̄ dr potētia de potētia sicut sapia d sapia. R° dicēdum q sapiētia ē d noib⁹ medijs. q sūt nata supponere p p-sona. Et iō sicut dr d̄s d d̄s. ⁊ de⁹ genit⁹ ⁊ ingenit⁹. ita dr etiam sapia. nō tamē ita ppric. qz nomē abstractuz est quodammō. magis tamē dr sapia de sapiētia q eternitas de eternitate. quia eternitas significat i maiori abstractiōe q sapia. ⁊ idō magis abstrabit a rōe originis. Secūduz hoc etiā est cōcedēdū q possit dici sapia pcedēs. lz adhuc min⁹ ppe. Nec valz istud argumētū. Quis eñ sapia nō sit approp̄abilis spūisācto. tamē p determinatōem adiūctā pt trahi.
5 Ad illud quare nō dr potētia de potētia. dōm. q nō ita pric dicit sicut sapientia de sapiētia. Qm̄ sapiētia appropriat filio. qui est ab alio. et ab alio hz oē qd hz. g ⁊ sapiaz ab alio hz. iō sapientia genita ex sua appropriatōe p̄supponit sapiētiam ingenitā. sed potētia appropriat patri qui nō est ab alio. iō nō sic dicit potētia d potētia vel potētia genita c Sz meli⁹ istā questionem postea i li. de tri. tractaui. Uidetur Augu. ista verba in notula posita male ⁊ inconuenienter recitare. quia cum comparatio in vtroq extremorū presupponit rē sui positiui. sed si ibi melius. ergo vtrobiq bene. g si ibi dicit q pater est sapiens sapientia quā genuit. vdetur q dicat verum. R°. dōm q abusiua est pparatio. qm̄ in li. de trini. dicit contrariū huius. et ideo ibi bene. constat q hic male. Q̄tum ad hoc tamen q aliqua vera dixit in li. lxxxiij. q. de hac questione. ideo non omnino male. sed quodammō bene quodammō male. et ideo dicit q ibi meli⁹ inuenis q aliquid ibi s. t male dictum. qui cum vnum oppositorum astruit. per consequens destruit alterū.
d Sapientia genita sit sapiens de sapientia ingenita. Uidetur ista ratio non esse bona. quia non videtur respondere ad questionē. Nō eñ queritur de sapientia genita siue an filius sit de patre. sed hoc querit. vtr filius sit sapientia ingenita. R°. dōm. q magister respondet. licet in verbis paucis. in quibus innuit hanc distinctōem. q aliquem esse sapiētem aliquo. hoc est dupliciter. Aut ita q ablatiuus teneat formaliter. et sic filius est sapiens sapientia genita. et pater sapiētia ingenita. Aut ita q teneatur originaliter. et sic cum sapientia genita sit de sapientia ingenita. filius est sapiens sapientia ingenita. Sed quia ablatiuus vt plurimū cōstruitur in ratione forme. ideo magister caute locutus. dixit q filius qui est sapientia genita est de sapientia ingenita sapiens vt verbum non haberet calūniam. et ideo bene respōdet. e Uterq vna est sapiētia. et ta-

Alius est eñ genitus. alius ingenitus. sed nõ alius deus. immo vterqꝫ vnum siue vnus deus. Ita non ē sapientia genita sapiētia ingenita. sed alia est sapientia genita. alia ingenita. non tamen est alia sapientia. sed vna eademqꝫ sapiētia. Ex ꝑdictis constat ꝙ filius nõ est sapiens a se. neqꝫ de se. sed de patre ⁊ a patre.

An filius sit sapiens seipõ vel ꝑ seipm̃. c

Solutio ſm̃ q̃sdam.

Queri aũt solet. vtruꝫ filius sit sapiens seipõ vel ꝑ seipm̃? Quidam dicunt multiplicem hic fieri intelligentiã. ⁊ ideo distinguēdum fore ita. vt cum dicis filiũ eē sapiētem seipõ vel ꝑ seipm̃. Si sua natura ⁊ essētia sapiētē intelligas. verus sit intellectus. Si vero a seipõ vel de seipõ sapiētem esse intelligas. falsitati subiectã habes intelligētiã. Alij vero simpliciter ⁊ absqꝫ determinatõe concedũt hmõi locutões. filius est sapiēs [illegible] se. sed nõ a se vel de se. ⁊ filius est deus ꝑ se. ⁊ est ꝑ se sed non a se vel de se. Hoc confirmãtes verbis Hyla. qui filiũ nõ a se. sed ꝑ se agere in li. ix. de tri. ait. Nature inquit cui cõtradicis heretice hec vnitas est. vt [f] ita ꝑ se agat filius ne a se agat. ⁊ ita non a se agat. vt ꝑ se agat. Intellige filium agētem. ⁊ ꝑ eum patreꝫ agēteꝫ Non a se agit. cũ pater in eo manere mõstratur. Per se agit. cũ ſm̃ natiuitatem filij agit ipse que placita sũt Infirmus sit non a se agendo nisi a deo ipse agat. non sit vero in vnitate nature si que agit. ⁊ in quibus placet non [illegible] se agit. Sicut ergo inquiũt. filius ꝑ se agit. ꝫ non a se. Ita ⁊ filius debet dici sapiēs ꝑ se. sed non a se Sic ⁊ ipse ꝑ se deus est vel esse dicēdus ē. vt aiunt. sed non a se vel de se.

Hylarius.

Vtrũ pater duplicē nõ vnã tm̃ habeat sapiam. f

Quõ nitũtur q̃dam ꝓbare ꝙ non vna tm̃ est sapiētia patris.

Post hec queri solet a quibusdam. vtrum vna tm̃ sit sapiētia patris? Quod non esse nitũtur ꝓbare hꝫ modo. Filius inquiunt est sapiētia patris genita. qua pr̃ sapiens non est. Est igitur aliqua sapiētia patris. qua sapiens non est. Est aũt ⁊ sapiētia patris ingenita. et ea pater sapiens est. Est ergo quedam sapientia pr̃is qua sapiens est. ⁊ ipsa non est illa sapientia patris qua pater sapiens non est. Non est ergo vna tm̃ sapientia patris. Item sapientia ingenita est sapientia patris. ⁊ sapientia genita est sapiētia patris. Non est aũt sapiētia ingenita sapiētia genita. Non est igitur vna tm̃ patris sapiētia. Hec ⁊ hijs similia tanqꝫ sophistica ⁊ a veritate longinqua cũctisqꝫ in theologia peritis patētia abijcimus. respõso idigna aduertētes. id tamen adij-

Qꝫ respõsione indigna sint hꝫ et hijs similia.

men solus pater sapiētia ē ingenita. Videt̃ hic dicere duo opposita. qꝛ iste due ꝓprietates sapiētiam contrahũt. et cũ sint ꝓprietates distincte. distinguunt. et hoc pateꝫ. qꝛ solus pater est sapientia ingenita. quia si sapientia distinguit̃. ergo est alia et alia sapientia. ꝫ nõ vna. Itē videt̃ falsũ dicere cuꝫ dicit ꝙ solus pater est sapiētia ingenita. aut eñ dicit̃ sapiētia essētialiter. aut personaliter. Si ꝑsonaliter. ergo non vna sapientia ē genita ⁊ igenita. cuꝫ pater et fili⁹ non sint vna ꝑsona. Si vero essentialiter. nõ ꝫ sol⁹ pater est sapiētia igenita. R. ᵒdõm. ꝙ in hꝫ noie sapiētia duo ē cõsiderare. scꝫ significatũ et suppositũ. Et q̃tũ ad significatũ dicit essētiã. sed suppositũ est ꝑsõa. Et ille determinatões genita ⁊ igenita nõ respiciunt significatũ. sed suppositũ. et ita distiguunt suppositũ manēte eadem vnitate in significato siue in forma. ⁊ sapiētia genita ⁊ ingenita. ē alia et alia ꝑsona. ꝫ ñ ē alia ⁊ alia sapia. sicut nõ ē alia eēntia. ⁊ iõ mgr̃ bonũ ex̃ē pluꝫ ponit i hꝫ termio dūs. qđ significat eēntiã. ⁊ supponit ꝑsonã Qñ ꝫ q̃rit̃ vtrũ dicat̃ eēntialit̃ aut ꝑsonaliter. dõm. ꝙ q̃tũ ad significatũ dr̃ eēntialiter. ꝫ q̃tũ ad suppositũ dr̃ ꝑsonaliter. ⁊ ita nulla ē controuersia.

f Ita ꝑ se agat fili⁹. ne a se agat. Obijcit̃. nõ agit fili⁹ a se. ⁊ pr̃ i eo monstrat̃. ⁊ sic filius manet i pr̃e. ꝫ pr̃ ratiõe pr̃ a se nõ agit. Itē videt̃ fl̃m dicere cuꝫ dicit. īfirm⁹ sit nõ a se agendo nisi a deo ipse agat. qꝛ ſm̃ hoc cum omnis creatura agat a deo. tunc videtur esse agens infirmum. nec in hoc videtur filius differre ab alijs. R. ᵒdõm ꝙ hyla. duo intendit ostendere in hij[illegible] verbis domini in Joh. et illa duo ostēdit deducendo ad inpossibile. Ipse eñ dominus dicit Joh. xiiij. Verba que ego loquor. a meipso ñ loquor. pater vero in me manens. facit opera. ex hoc ergo arguit ꝙ filius non agit a se sed a patre manente in seaõ tm̃ vt ꝯsubstãtialis. sed vt principium. sic autem non manet filius in patre. sed tm̃ vt consubstantialis. Alia est autoritas domini Joh. viij. vbi dicit. Qui misit me non reliquit me solum. quia que pla. s. c. fa. sp. si ipse agit semper vna cum patre. ergo est vna virtus eius ⁊ patris. et sic agunt vna virtute. tunc ergo per se agit. hec duo ꝓbat per

deductōem ad impossibile. quia omnis potentia est a prima potentia. que primo residet in patre. ergo si filiꝰ nō potest a se. simpliciter est impotens vel infirmus. quia infirmus habet potentiam deficiendi a se. nō a deo. Itē si filius nō agit per se. non agit ꝑ virtutem ꝓpriam sibi cōnaturalē. ergo alia est virtꝰ patris et alia filij. A se enim ⁊ non a se. nō facit distinctionem in natura. sed solum in persona. quia dicit rōez principij vl' originis. Per se autē ⁊ non per se. quia per se. dicitur contra per accidens. per aliō ponit diuersitatem ī natura. ⁊ ideo filius agit per se ꝗuis non a se. g Una est tm̄ sapiētia patris sed nō vno modo dicitur. Videt' male dicere. qr sapiētia semper est essētialiter. g falsuz dicit cū dicit. non vno mō dicta. Rº. magister non vult ꝙ sapiētia sit dicta multipliciter. sed ꝙ sapiētia patris. qr genitiuus potest construi in ratione originis. ⁊ sic dicitur filiꝰ sapientia patris. vel ipa sapientia genita. sapientia patris. qr ē a patre. Vel potest ītelligi in rōe subiecti. vt dicatur sapientia patris. Sicut albedo p. ⁊ sic sapientia genita non dicitur esse patris s; filij. quia g ratō passiua importata ꝑ hoc adiectiuū genita. non est in ꝑsona pr̄is et filij vna. falsa est locutio rōe determinatōis nō ratione eius quod ē sapiētia. quia vna ⁊ eadez est sapiētia patris et filij ⁊ ss. et illa est sapiētia patris ⁊ filij ⁊ spūssācti.

dicentes quia g vna est tm̄ sapientia patris. sed nō vno modo dicitur. Nam sapientia patris dicitur illa quaz genuit. ⁊ sapientia patris dicitur ea qua sapiens ē. Diuersa est ergo ratio dicti. Illa enī dicitur patris. quia eā genuit. ⁊ ea dicitur sapientia patris. quia ea sapit. Una est tamen sapientia patris. quia sapientia genita est eadez sapientia. ⁊ ea qua sapiens est. siue ea qua sapiēs est intelligatur ꝑsona patris siue essentia pr̄is. quia ꝑsona patris que intelligitur cum dicitur sapientia ingenita. ⁊ ꝑsona filij que significatur cum dicitur sapientia genita. vna eademq; sapiētia est. que essentia diuina intelligitur cōmunis tribus personis. g

Qr in trinitate est dilectio que est trinitas. ⁊ tamen ss. est dilectio que non est trinitas. nec ideo due sūt dilectiōnes. ita et de sapiētia. g

Et sicut in trinitate dilectio est. que est pater. filius. et ss. que est ipa essentia deitatis. ⁊ tamen spūssāctus dilectio est que non est pater vel filius. nec ideo due dilectōes sunt in trinitate. quia dilectio que ꝓprie spūssanctus est. est dilectio que trinitas est. non tamen ipa trinitas est. sicut spūssāctꝰ ē essētia. q̄ trinitas ē. nō tm̄ ipe trinitas ē. Ita ī trinitate sapiētia est que est pater ⁊ filius ⁊ spūssanctus. que est essentia diuina. ⁊ tamē filiꝰ est sapientia que non est pater vel spūssāctus. Nec iō due sapientie ibi sunt. quia sapientia que ꝓprie est filiꝰ. est sapiētia que est trinitas. ipa tm̄ nō est trinitas sicut filiꝰ est essentia. q̄ est trinitas. ipe tm̄ nō est trinitas.

Redit ad principalem qōnem. obijciēs ex determinatōe secunde qōnis ꝙ qua ratione pater non dicitur sapiens ea sapiētia quā genuit. eadem videtur debere dici ꝙ non sit diligens pr̄ vel filius dilectione q̄ ab vtroq; ꝓcedit. h

Preterea diligenter notādum est ꝙ ea ratione qua pr̄ non dicitur sapiens ea sapientia quā genuit. videt' fore dōm ꝙ pater non diligat filium vel filius patrez ea dilectione que ab vtroq; ꝓcedit. s. que ꝓprie spūssanctus est. Sicut enī idem est deo sapere quod esse. ita ē ei idez diligere quod esse. Ideoq; sicut negatur pater esse sapiens sapiētia quā genuit. q̄ si ea diceret' sapiēs nō ipa ab eo s; ipe ab ea intelligeret' eē. Ita videt' non debere concedi ꝙ pater vel filius diligat dilectōe que tm̄ spūssāctus est. quia si ea diligit pater vel filius. nō spūssanctus videtur esse a patre ⁊ filio. sed pater et filius a spūsancto. quia idem est ibi diligere quod esse. At supra dictū est. atq; autoritate. Augu. sācitū. ꝙ in trinitate tria sunt. Unus diligens eū qui de illo est. et vnus diligens cum de quo est. ⁊ ipa dilectio. ⁊ nō est aliquis duorum quo genitus a gignente dilgitur ⁊ genitorem suū diligit. Quibus verbis aperte significat' patrem filium. ⁊ filiū patrem diligere ea scilicet dilectione que non est aliquis eorum. sed tm̄ spūssāctus. Augu. Cū idem ergo sit ibi diligere quod esse. quō dicitur pater et filius non esse ea dilectione qua alter alteruz diligit Cum ideo pater negetur sapere sapientia quam genuit ne ea esse intelligatur.

Loco solutionis insufficiētiam suam allegat. et hāc q̄ōnem determinādam lectori relinquit. i

Difficillimam mihi hanc questionē fateor. p̄cipue cū ex p̄dictis oriatur (que similem videtur habere rōem. quod mee intelligentie attēdens infirmitas turbatur. cupiens magis ex dictis sanctorum referre q̄ afferre. Optimus eñ lector est inquit hyla. in .j. li. d̄ trini. que dictorum intelligētiā expectet ex dictis potius q̄ imponat. et retulerit magis q̄ attulerit. neq̄ cogat id videri dictis contineri. quod ante lectōem p̄sūpserit intelligēdum. Cum ergo de rebus dei sermo est. cōcedamus deo sui cognitōem. dictisq̄ eius pia veneratione famulemur. Inuestiget ergo diligenter pius lector ratōem dictorum. si forte dictorum aliquam valeat reperire causam. qua nota. ipa premissa questio aliquatenus explicari valeat. Ego autem hanc questionē nō absoluens. sed errorem excludens profiteor nō esse dictum patrem diligere filium vel filium patrem ea dilectione que ab vtroq̄ procedit. que nō est aliquis eorū. sed tm̄ spiritussanctus tanq̄ ea dilectione pater sit vel filius. Sed sic ea pater diligit filium et filius patrē. vt etiam pater per se ea que ipe est dilectione diligat. sic et filius. non autem sic vt pater per se non diligat. et filius. sed per eam tm̄. Quis hec in illa trinitate inquit Augu. opinari vel affirmare presumat. Eam tamen questionem lectorum diligentie plenius diiudicandam atq̄ absoluendam relinquimus ad hoc minus sufficientes. Augu.

Ad intelligentiā presētis distinctionis duo principaliter q̄rūtur s̄m duas q̄ōnes quas determinat magister. Primo querit̄ de hac locutione. pater et filius diligunt se spūsancto. Secundo queritur de ista. an pater est sapiens sapientia genita. Circa primū duo querūtur. Primo queritur vtrum illa locutio sit admittēda. Secūdo querit̄ in qua habitudine cōstruat̄ ille ablatiu⁹.

Questio .j. a

Qr ista locutio pater et filius diligunt se spūsancto sit admittēda ostenditur autoritate et ratione. Primo auc̄te sic. Aug. vij. de tri. Nō est aliq̄s duorū q̄ genit⁹ a gignente diligitur. genitoremq̄ suū diligit. si ergo est aliquis. et non est pater vel filius. ergo est spūssanctus. Itē Hiero. super ps̄. xiij. Spūs est amor patris ad filium. et filij ad patrē. sed amore q̄ est patris ad filium pater amat filium et econuerso. ergo etc. Item Bern. de amore dei. Amas te inquit amabilis dn̄e cum a patre et filio p̄cedit ss. amor patris ad filium et filij ad patrem. et tantus amor vt sit vnitas. Itē idē ostēditur ratione sic. magister Hugo de sācto victo. facit talē rōem. in quadā ep̄la ad Bern̄. si recte diceris amare amore qui a te p̄cedit. cur nō pater et filius dicūtur amare amore qui ab ipsis p̄cedit. Et iterum ibidem. si spūssāctus eēt amor cordis tui ac patris et filij. quis queso posset negare spūsancto hoc est amore tuo te diligere. Itē aliāter formatur sic. Sicut se habet verbum ad dicere. sic amor ad diligere. sed pater verbo suo qd̄ ab ipo p̄cedit seipm̄ dicit. ergo pater et filius amore qui ab ipis p̄cedit seipsos diligunt. Item sicut filius nō potest p̄duci nisi generando. sic nec amor nisi diligendo. ergo pater et filius diligendo se p̄ducunt spm̄sāctū qui ē amor p̄sonal'. aut igit̄ diligēdo amore q̄ ē ss. aut q̄ nō ē ss. Si amore q̄ nō est spūssanct⁹. aut amor ille ē p̄sonalis. aut essentialis. Non p̄sonalis. quia tunc essent due p̄sone in diuinis quibus conueniret amor p̄prie. quod est impossibile. Similiter nec essentialis. quia ille est spūssāctus. Et iterum si essentialis. tūc ergo cum conueniat spūisancto. spūssanctus similiter p̄duceret. Restat igitur q̄ p̄ducunt spm̄sāctum diligendo se amore qui est spūssanctus. aut igitur diligēdo se. aut diligendo aliud a se. Non aliud. quia tunc aliud exigeretur ad p̄ductōem spūssancti. ergo diligendo se spūsancto p̄ducunt spm̄sanctum. ergo pater et filius diligunt se spūsancto. Sed contra. diligere idē est quod velle bonum. et velle idem quod [illegible]esse. ergo cum hec sit falsa. pater et fili⁹ sunt ss. hec similiter. diligunt se ss. Itē sicut se habet sap̄e ad p̄rem respectu filij. ita diligere ad p̄rem et filiū respectu ss. s3 hec est falsa. p̄r est sapiēs sapiētia genita. ergo et illa similiter. Itē omne singulare infert plurale. sed hec est falsa pater diligit se ss. ergo et p̄ma. Si dicas q̄ diligere tenet̄ notōnalit̄. Cōtra. nulla notiōe ptigit mutuo reflecti vnā p̄sonā sup aliā. s3 s̄m dilectōes ē mutua reflectio in p̄dicta locutione. ergo diligere n̄ tenet̄ notōnaliter.

ergo idem quod prius. Item nulla notio conue-
nit trib⁹. sed diligere spm̄sanctum conuenit tribus.
Nā pater diligit spūsācto. et fili⁹ diligit spūsācto. et
spūssāctus diligit spūsācto quia seipō. ergo non tenetur
notionaliter. ergo idem quod prius. Itē pater et
filius amore eodem diligūt se et nos. sed dilectio dei
ad nos est essentialis. cum connotet effectū in crea
tura. ergo similiter cum diligūt se. Itē si tenetur
notionaliter. quero pro qua notione. non est dare ni
si spiratōem. ergo aut passiue aut actiue Si actiue. ergo
idem est diligunt se ꝙ spirant. sed hec falsa spirāt spi
ritusancto. ergo et prima Si passiue. contra. illa no-
tio non predicatur de patre et filio. sed de solo spū-
sācto. Si dicas ꝙ denominatiue predicatur. Cōtra.
omnis ꝓprietas que de persona predicatur in diuis
in cōcretione. pdicat̄ ⁊ i abstractōe. ergo cū ꝓcessio
non conueniat patri et filio in abstractōe. ergo nec de-
7 nominatiue. R°. ad predictoꝝ intelligētiā est notā
dum. ꝙ quidam p̄dictam locutōem simpliciter ne-
gauerunt. et dixerūt omnes consimiles esse retracta-
tas a beato Augu. in sua simili in hac scilicet. pat̄ est
sapiens sapiētia genita. Sed hec solutio non potest
stare. quia non solum eam dicit Augu. sed etiā san-
cti alij quoꝝ dicta Augu. non retractat. Ideo fuerūt
alij qui eam simpliciter concesserūt. dicētes hanc lo-
cutōem debere intelligi per appropriationē nō per ꝓ-
prietatem. vt sit sensus pater et filius diligūt se amo
re qui appropriatur spūsancto. Sed ista solutio nō
p̄t stare. qr tūc similiter h̄ esset cōcedēda. pr̄ et filius
sūt boni spūsancto. cū spūsācto appropriētur boni-
tas. que tamē nullo modo cōceditur. igit̄ prima opi
nio non potest stare que simpliciter tales locutiōes
negat. cum multiplex autoritas eas dicat. Similiter
sequens. que eas simpliciter concedit non potest sta
re. cum multiplex ratio cōtradicat. Restat igit̄ elige
re opinionē mediam scilicet ꝙ vno mō sit vera. alio
8 modo falsa. Nam hoc quod est diligere potest tene-
ri essentialiter vel notionaliter. Secūdū ꝙ tenetur
essentialiter. sic dicit volūtatis cōplacentiā que com
munis est tribus. Secūdum ꝙ tenet̄ notionaliter.
sic dicit volūtatis fecūditatem ad ꝓducēdam perso
nam ex se. que quidem fecūditas solum est in duob⁹
q̄uis volūtas sit in tribus. Si ergo tenetur essentia-
liter. falsa est locutio. quia tunc sequitur ꝙ pater ⁊ fi
lius sunt ss. ⁊ in hoc sensu ꝓnomen cū verbo cōstrui
tur reciproce. Si aūt notionaliter. vera est sicut pro-
bant rationes ad oppositum. et in hoc sensu ꝓnomē
construitur cum verbo retransitiue. vnde sensus est
pater et filius diligūt se. id est pater diligit filium. et
filius patrem. et tunc vera est locutio. quia amor qui
est ss. est amor nectens patrem cum filio et econuer-
so. et tūc non licet inferre. ergo pater diligit se ss. Ex hoc
patent tria prima. Nam primum procedit s̄m ꝙ di-
ligere tenetur essentialiter. secundum similiter. Nā
sapere non dicitur notionaliter sicut diligere. sed vel
est cōmune vel appropriatū. Terciū similiter. quia
ꝓcedit s̄m ꝙ obliquus cōstruitur reciproce. ⁊ tūc di
9 ligere tenetur essentialiter. Ad illud quod obijcit̄
ꝙ non possit teneri notionaliter. intelligēdum est. ꝙ
sicut generatio dupliciter potest significari. Vno mo-
do vt dicit emanatōem. Alio modo vt dicit modū
emanādi superaddita expressione. et primo modo
hoc verbum generare. secūdo modo per hoc verbū
10 dicere significatur. Sic et spiratio dupliciter potest
significari. Primo modo per hoc verbum quod est
spirare. secūdo modo per hoc verbum quod est dili
gere. Queadmodum enim dicere importat genera-
tōem. et vlterius quādam expressionem circa psonā.
sic ⁊ diligere. Vnde sicut dicere importat actum ge-
nerandi et dicendi siue exprimēdi. et ratione act⁹ di
cēdi siue exprimendi. dicitur pater se dici verbo. hoc
est se dicendo siue exprimendo generat verbum. vel
generādo verbum. se exprimit verbo. Sic in ꝓposi-
to. diligere actum importat connectēdi siue concor-
dandi ⁊ spirandi. ⁊ ratione actus cōnectēdi. dicitur
pater et filius diligunt se ss. hoc est inuicem cōcordā
do spirāt spm̄sāctum. vel spirando spiritūsāctum in-
uicem connectūtur. Ex hijs patent obiecta. Quod eñ
obijcitur de mutua reflexione p3 responsio. quia hec
est rōne actus essētialis cōmuniter intellecti. Ad 11
illud quod obijcitur ꝙ diligere spm̄sāctum cōuenit
tribus et dicitur respectu creature. dōm. ꝙ non con-
uenit tribus ratione spiratōis quam importat. ⁊ ideo
q̄uis dicatur respectu creature. non tamen dicit̄ es-
sentialiter omnino. sed cōnotat aliquid essentiale. di
cit tamen notionem respectus quem importat ad p-
sonā. sicut supra dictum est de verbo ⁊ dono. Ad 12
illō quod obijcitur. ꝓ qua notione stat. patet ꝙ stat
pro cōmuni spiratōe. tamen non licet pro ea ponere
verbum spirandi. quia alio modo importat illā no-
tionem. Vnde sicut cōceditur hec. pater dicit verbo.
non tamen hec pater generat filio. et tamē dicere im
portat ipsam generatōem. sic in proposito intelligen
dum est.

Questio .ij. b

In qua habitudine ↄstruitur ille ablatiuus cū sic di
citur. pater et filius diligunt se spūsancto. Et ꝙ i ha-
bitudine forme videtur per simile. quia petrus dili-
git amore a se ꝓcedente formaliter. ergo pari ratio-
ne. pater et filius diligunt se formaliter. Itē nihil
denominat aliquid ad quod comparatur vt ad prin-
cipium solum. nisi comparetur vt informās. Nā q̄-
uis cursus sit a deo. nō tamen deus dicitur currere.
sed amor est a patre ⁊ filio. ergo dicūtur amare. igit̄
amor est in ratione forme. Itē omni nexu aliqui
nectuntur formaliter. sed spūssāctus est nexus. ergo
aliqui illo nectuntur. ⁊ ñ nisi pater et fili⁹ ⁊c. Itē
omni albedine aliquis est albus formaliter. ergo om-
ni amore aliquis ē amās formaliter. sed nihil amās
formaliter potest amare nisi ille cuius est amor. Cū
ergo spiritussanctus sit amor patris et filij. patet ⁊c.
Contra. oē quod diligit formaliter alio a se. habet
diligere solum per participatōem. ergo si pater ⁊ fi-
lius diligunt formaliter aliquo alio a se. ergo diligūt
per participatōem. sed hoc est incōueniens. ergo ⁊c.
Item si aliquis diligit aliquo formaliter. illo cir-
cumscripto. impossibile est intelligere amorem in eo
siue ipm amare. ergo si pater et filius diligunt se ss.
impossibile est intelligere patrem amare non intelle
cto spūsancto. sed hoc est falsum. ergo et primū. Itē
nulla ypostasis est forma. sed amor qui est spiritussā
ctus est ypostasis. ergo non est forma. ergo nullus il
lo amore diligit formaliter. Item nullum relati-
uum potest esse forma sui correlatiui. quia ex forma
et formato fit vnum. relatiuum autem distinguitur
a correlatiuo. sed amor qui est spiritussanctus corre-
latiue se h3 ad patrē et filiū. ergo ⁊c. Itē oīs forma est
añ illō c⁹ ē forma. ergo si pr̄ ⁊ fili⁹ diligūt se spūsctō for-

13 maliter. amor ille ꝓcedit diligere patris et filij. ꝗ h̄ ē
falſū. q̃ dilectio producitur. ꝗ ꝛc. R° dōm. ꝙ ali-
quoꝝ ratio fuit. ꝙ ille ablatiuus cōſtruiť in ratione
ſigni nō in ratione forme. Nam ſpūſſāctus ſe habet.
per modū ꝓducti reſpectu dilectōis patris et filij. iō
illius eſt ſignū. Vñ dicūt. ꝙ is eſt ſenſus locutionis.
pater et filius diligūt ſe. ⁊ huius ſignū ē ꝙ ꝯcorditer
ſpirāt ſpūſāctum. qui eſt amor vnicus ⁊ indiuiſus.
Sed hec poſitio eſt inſufficiēs. Naꝫ ſi ablatiu⁹ poſ-
ſet conſtrui vere in ratione ſigni cuꝫ verbo. hec eēt
vera. pater et filius diligūt ſe amore creato. q̃ amor
creatus ſignū eſt illius. quā null⁹ concedit. Si tu di-
cas ꝙ illd nō ē ſignū ꝓpinquū. obiciť. quia tūc h̄ eēt
vera ſimpliciť. pr̄ ē ſapiēs ſapiētia genita. cū ſapia ge
nita ſit maxie ſignū ſapiētie i p̄re generāte. Alioꝝ
poſitio fuit ꝙ ablatiuus ille conſtruiť in ratione for-
me. Dicūt eñ ꝙ diligere ſe. nihil aliud eſt dictū d̄ pa
tre ⁊ filio. ꝗ̄ inuicē connecti. ⁊ nexu formaliter con-
nectūtur. ⁊ ſſ. eſt ille nexus. ideo formaliter loquēdo
iſta eſt vera pater et filius diligūt ſe ſpūſancto. ſicut
hec formaliter eſt vera. pater ⁊ fili⁹ nectuntur nexu.
Sed hec poſitio nō poteſt oīno ſtare. quia cū diciť.
pater et filius nectūtur. aut nectūtur dicit aliq̄d qđ
ſit in patre et filio a ſpūſācto. aut qđ eſt in eis vt ꝓn-
cipiū ſſ. Si qđ in eis a ſpūſancto. ergo pater ⁊ filius
aliquid recipiūt a ſpūſancto. Si aliquid, cū non poſ-
ſit recipere partē. ꝗ totū. ꝗ ſunt a ſpūſācto. quod ē i-
conueniēs. Reſtat ergo ꝙ hoc quod eſt nectūtur di-
cat aliquid quod eſt in patre et filio vt principiū ſſ.
Q̄uis ergo ſit paſſiua ſm modū. actiua tamē eſt ſm
rem. Et ſi hoc. ſpūſſāctus cōparať ad connexionem
vt ad principiū. nō ergo vt ratione forme oīno. Pa-
tet ergo ꝙ prima poſitio dicit minus ſufficiēter. ſecū
da dicit nimis abūdanter. q̃ nimis exprimit. Et p̄-
ma fuit magiſtri ſimo. tornateſ. Secūda fuit magi-
ſtri vuilli. altiſiođ. Et licet neutra ſit oīno ſufficiens.
tamen vtraq; habet in ſe aliq̄d veritatis. Nam pria
dicit ꝙ ſpūſſāctus ſe habet ad patrē et filiū per mo-
dum ꝓducti. et hoc quidem verū eſt. Secunda dicit
ꝙ amor cōparať ad amantes vt in ratione forme. ⁊
hoc quidem verū eſt. Et ideo ex hijs duabus poſitio
nibus quarum vna eſt inſufficiens. alia excedēs. col
ligitur media poſitio ſobria et ſufficiens. ſcilicet. ꝙ il
le ablatiuus conſtruiť in ratione effectus formalis.
ſi licet nominare effectū. ꝙ ē ex principio. Et hec fu-
it poſitio magiſtri hug. de ſancto victo. qui hic clare
vidit veritatem. Unde redarguit illos qui reputant
hāc q̄ōeꝫ inſolubilem. Unde dicit ꝙ ſicut cū dicitur.
ego diligo te amore a me ꝓcedente. ibi eſt cōſtructio
in ratione effectus formalis. ſic i ꝓpoſito. In hoc ta-
mē eſt differētia. quia amor a re ꝓcedens eſt in re re
quieſcens vt vniens et inherēs. quia eſt accidens. ſꝫ
in diuinis amor a patre et filio ꝓcedens eſt in eis re
quieſcens vt vniens non tamen vt inherēs. quia nō
eſt accidens. ſed ſubſtātia ⁊ ypoſtaſis. et ideo adhuc
minus habet rōeꝫ forme. Concedēde ſunt igitur ra-
tiones ad hoc inducte. quia ablatiuus habet aliquo
modo rōem forme. Quod tamē vltimo modo obij-
14 citur non valet. quia omnis albedo eſt forma. ſꝫ ali-
quis amor ñ ē ypoſtaſis. Ad illud ergo ꝙ obijciť.
ꝙ formaliter diligunt. ꝗ per participatōem. dōm. ꝙ
diligere alio per eſſētiam facit participatōem. ſꝫ alie-
tas ꝑſonalis nō. Unde hug. Animus hūanus amor
non eſt. ſed ab ipſo ꝓcedit amor. ideo ſeipſo nō dili-
git. pater vero amor eſt. ⁊ ſſ. eius eſt amor. ideo dili-
git ſeipō. diligit etiam ſpūſſāctum. ⁊ ideo patet ꝙ nō
per participatōem. et ideo patet ſequēs. Quia enim
pater ſeipō diligit amore eſſētiali. ideo poteſt intelli-
gi amare pater. ſpūſancto non intellecto. non ſic aūt
eſt de amore notionali. Rationes ſequētes ꝓcedunt
de forma ſecundum ꝙ habet ꝑfectum actum forme.
Forme eñ eſt inherere. ⁊ ideo non eſt ypoſtaſis. iđo
etiaꝫ non diſtinguit. Ibi vero etiam ablatiuus cadit
ab actu forme qui eſt inherere. et tenet actum forme
qui eſt vnire. Ad illud qđ obijciť ꝙ forma ꝓcedit 15
illđ cui⁹ ē forma dōm ꝙ loqͥť đ forma ſm ꝙ hꝫ rōeꝫ
cauſe. quia ſic ꝓcedit. ſed ablatiuus cadit a ratione
cauſalitatis. quia conſtruiť per modum effectus for
maľ. patet ꝗ ꝙ quodāmodo ē ibi rō forme. qđam mō
ratio ſigni. et i hoc patet reſponſio ad oīa queſita.

Onſequēter eſt queſtio de hac locutione. pater
c eſt ſapiens ſapientia genita. ⁊ circa hoc querū-
tur duo. Primo queritur vtrum illa locutio ſit ad-
mittenda. Secūdo ad intellectum huius. vtrum ſit
hec admittēda pater eſt potens virtute quā genuit.

Queſtio. j. c

Q prima locutio ſit admittenda oſtēditur hoc mo
do. j. Cor. j. Xp̄m dicimus dei virtutem et dei ſapiē-
tiam. ſed vnuſquiſq; eſt ſapiens ſua ſapientia. ergo
ſi xp̄s eſt ſapientia patris. et ſapiētia genita, pater eſt
ſapiens ſapientia genita. Item Augu. vj. de trini.
Filius eſt ars quedam omnipotētis et ſapiētis dei.
vbi omnia nouit. ſed vnuſquiſq; artifex eſt ſapiens
ſua arte. ergo pater eſt ſapiens filio. ergo ꝛc. Iteꝫ
hoc videtur ratione per ſimile. quia omnis amās a
quo ꝓcedit amor. eſt amans amore a ſe procedente.
ergo omnis ſapiens a quo procedit ſapientia. eſt ſa-
piens ſapientia a ſe emanante. ſed pater ē huiuſmo-
di. ergo ꝛc. Item Augu. xv. de trini. Nouit deus
pater omnia in ſeipſo. nouit et in filio. ſed idem eſt
noſſe omnia vt ſapiētem eſſe. ſi ergo omnia nouit in
filio. non tm̄ ſeipſo ſed etiam filio eſt ſapiens. Itē
de⁹ pater omnia dicit verbo ſicut dicit Augu. xj. cō-
feſſ. Uerbo tibi coeterno. diciſ quecunq; dicis. Sed
dicere vt dicit Anſ. eſt intelligere. ergo pater omnia
intelligit verbo mediante. ergo cum idem ſit eſſe ſa-
piētem ⁊ intelligere. patet ꝛc. Contra. in diuinis
ſapere ē eē. ꝗ ſi pr̄ eſt ſapiēs ſapiētia genita. ꝗ ē ſapia
genita. hoc autem falſū. ergo ⁊ primū. Itē non in-
tellecta generatōe. adhuc eſt intelligere deum ſapiē-
tem. ergo ſapiētia genita non eſt ratio ſapientie dei.
R° dōm. ꝙ ſine diſtinctōe cum eſſe ſapientem di-
catur eſſentialiter. ꝙ locutio eſt ſimpliciter falſa. ⁊ ſi 16
alicubi legitur ab aliquo ſancto eſt exponenda. Vñ
Augu. in li. retractō. illa retractat dicens. ꝙ meli⁹ il-
lam queſtionem in li. de trini. tractauit. vbi ſcilicet di
cit contrarium. oſtendens illam rationem non vale-
re. ſi pater fuit ſine filio. cum filius ſit eius ſapientia.
pater fuit inſipiens. quia ſapientia non tm̄ conuenit
filio. ſed patri. et filio. et ſpirituiſācto. et hoc ipm̄ de
trini. dicit in pluribus locis. ſed maxime in. vj. et. xv
Ad illud ꝗ qđ obijciť ꝙ filius eſt ſapientia et vir-
tus patris. dicendum ꝙ iſta cōceditur filius eſt ſapi
entia p̄ris ſapiētis. nec tū iſta. pr̄ eſt ſapiēs ſapientia.
genita. Vñ notādū ꝙ cū diciť ſapiētia alicuius. hoc
diciť dupliciť. aut ſicut ſubiecti vt albedo petri. aut 17
ſicut principij. genitiuus eñ originem importat. qm̄
ergo filius eſt ſapia habēs originē a p̄re. io h̄ eſt vera

fili⁹ est sapiētia patris. Cū aūt ðr pater est sapiēs
sapiētia genita. ablatiuus ꝯstruit̄ in rōe alic⁹ causa-
litatis. vł in habitudine forme. vel principij. ⁊ maxi-
me forme. et ideo falsa. quia filius nec forma nec pn̄
cipiū ē pris. Si tu queras. quare nō cōstruit̄ in rone
formalis effectus. sicut amor cū amāte a quo ꝓcedit
dōm. ꝙ non est simile. ⁊ huius duplex est rō. vna cō
munis et alia special'. Cōmunis que sūpta est a crea
turis. qm̄ quidā sūt actus qui dicūt motuꝫ a reb⁹ ad
aiam vt sapiētia. quidā ab aia ad res vt amare. ideo
compatio amoris est ad amātem in rōe existētis. nō
in rōe impertiētis. ⁊ iō amor de se importat formaꝫ
et effectū. Sed sapiētia quia dicit̄ vt ad intelligētē.
nō vt ab intelligēte. ideo ablatiu⁹ tm̄ importat for-
mā. nō effectū. et ideo est locutio falsa. Et alia rō est
specialis in diuinis. qꝛ amor ꝓcedēs est amor ꝓprie
nō ꝑ appropriatōem. Et diligere est similiter dictuꝫ
notionalit̄. vnde importat originē vt supra mōstra-
tū est. sed sapiētia semꝑ essētialiter. ⁊ hoc qđ est esse
sapiētem nullo mō ðr notionaliter. qꝛ nullo mō im-
18 portat originē. ⁊ ideo est locutio falsa. Ad illđ qđ
obijcit̄ ꝙ pater nouit oia in filio. dōm. ꝙ differūt di
cere. nouit filio. et in filio. Nā cū ðr. nouit filio. abla
tiuus importat rōem forme vel principij cognoscen
di. ⁊ ideo falsa est simplicit̄. Hec tamē est distinguē-
da nouit i filio. quia prepositio cū suo casuali potest
determinare hoc verbū nouit in compatōe ad subie
ctū ⁊ tūc est locutō falsa. Est eñ sēsus. ꝙ filius sit pa
tri ratō cognoscēdi. Uel potest verbū determinare i
comparatione ad obiectū. ⁊ tūc vera est. ⁊ est sēsus. ꝙ
fili⁹ sit reb⁹ cognitis rō. et exēplar. ⁊ causa exēplādi.
Et ꝙ iste possit esse sēsus locutōis. ꝑtꝫ. Qui eñ ꝑfe-
cte cognoscit aliquid. cognoscit oē qđ est in illo. si ḡ
pater ꝑfecte cognoscit filiū. ⁊ in filio sūt oia. ḡ omīa
cognoscit in filio. nec tamē ex hoc sequit̄ ꝙ sit sapiēs
filio. qꝛ tūc significat̄ ꝙ fili⁹ sit rō cognoscēdi ipi pa-
19 tri. Ad illud ꝙ obijcit̄ vltimo ꝙ pater dicit omnia
verbo. dōm. ꝙ h̄ ꝙ est dicere. importat originē. im-
portat etiaꝫ effectū i creatura. quē dicit ꝑ verbū siue
efficit. sed intelligere non importat de se nisi solūmō
actū essentialē. ita ꝙ nec importat de se respectū ad
ꝑsonā. nec ad creaturā. ideo nō oino idē est dicere. di
cit oia verbo. ⁊ intelligit oia verbo. dicere eñ idē est
ꝙ intelligere. sed amplius importat.

Questio. ij. d

Utrū hec locutio sit admittēda. pater est potēs potē
tia quā genuit siue virtute. Et videt̄ ꝙ sic. Quia qui
cunqꝫ opat̄ ꝑ aliquē et nō potest sine eo. habet potē
tiā ab eo. sed pater opat̄ ꝑ filiū ⁊ nō potest opari si-
ne filio. ḡ ⁊c. Itē in diuinis idē est virt⁹ et opatio.
ḡ cū pr̄ opet̄ ꝑ filiū. ꝑt ꝑ filiū. sed quicunqꝫ ꝑt per al
terū. est potēs potētia illi⁹. ḡ pater est potens geni-
ta. Itē sicut se hꝫ nosse ad sapiētiam. ita opari ad
potētiā. sed bene sequit̄. iste nouit ꝑ illū. ḡ est sapiēs
per illū. ḡ bene sequit̄. iste opat̄ per filiū. ḡ hꝫ poten-
tiā ab illo siue per illū. ḡ ⁊c. Itē cū dicit̄ pr̄ operat̄
per filiū. hec prepositio ꝑ. aut importat causā. aut i-
strumētū. Nō instr̄m. qꝛ tunc fili⁹ nō vere coopatur
patri. Itēqꝫ. eēt indigēs si ageret ꝑ instr̄m. ḡ in rōne
cause. ⁊ si hoc. ḡ fili⁹ dat operari patri. ḡ et potētiaꝫ.

Si tu dicas ꝙ nō dicit rōem causalitatis sed subau-
toritatē. cū ergo similiter habeat sp̄s. subauctoritatem
in operādo sicut fili⁹. qua rōe dicit̄ pr̄ opari ꝑ filiuꝫ.
eadē rōe ꝑ sp̄s. Si tu dicas ꝙ hoc ē dictū ꝑ appropria
tōeꝫ. quero rōeꝫ appropriādi. Cū eñ opatio sit per
potētiam. ⁊ potētia appropriet̄ patri. nō filio. non ḡ
pr̄i poterat appropriari opari per filiū. Itē cū im
mediata causa opatōis sit volūtas. ⁊ illa appropriet̄
sp̄uisācto. videt̄ ꝙ magis debeat dici opari per sp̄m
sāctū ꝙ̄ ꝑ filiū. Cōtra. idē est esse potēteꝫ qđ esse.
ergo si pater est potēs potētia genita. ergo hꝫ eē ab
illo. Itē potētia appropriat̄ pr̄i. ergo nec per ꝓprie
tatē nec per appropriatōem cōuenit filio. ergo talis
locutio magis est impropria ꝙ̄ ista pr̄ est sapiēs sa-
pia genita. Itē potētia q̄ aliquis est potēs ſm or-
dinē intelligēdi antecedit posse. sed generatio ordie
intelligēdi sequit̄ posse. ergo hec oino falsa. pr̄ est po
tēs potētia genita. R°. dōm ꝙ hec est falsa simpli- 20
citer pr̄ est potēs potētia genita. ⁊ magis impropria
ꝙ̄ aliqua predictaꝝ. Ad intelligētiam aūt predicto-
rū notādū. ꝙ hec regula cōsueuit dari de hac ꝓpo-
sitōe per. ꝙ cū verbo absoluto importat autoritatē
vt cū ðr. iste est bonus per illū. vel sapiēs vel potēs.
Cū vero vbo trāsitiuo. iportat subautoritatē. vt rex ꝑt
per balliuū. dōm est igit̄ ꝙ hec est falsa. pr̄ est potēs
per filiū. hec est vera pr̄ operat̄ per filiū. Et non va-
let argumētū. Operat̄ per illū. ergo ꝑt per illū. quia
primo importat causalitatē respectu effect⁹. ⁊ post-
modū respectu patris. Ad illud ḡ qđ pr̄io obijcit̄ 21
ꝙ qui operat̄ per aliquē ꝑt per illū. dōm. ꝙ falsū ē.
qꝛ hoc nō est ꝙ habet potentiā ab illo. sed ꝙ habeat
potētiam cū illo indiuisam. ⁊ dat illi posse. ideo per
illū operat̄ ⁊ nō potest sine illo. Ad illđ ꝙ obijcit̄ 22
ꝙ non differt operatio ⁊ potentia in deo. dōm. ꝙ ve
rū est per cōparatōem ad deū. Differt aūt q̄tum ad
effectū cōnotatū. Ad illud qđ sequit̄. nouit per fi- 23
liū. ḡ ⁊c. dōm. ꝙ nō est simile d nosse ⁊ operari. q̄uis
eñ nosse sit verbū trāsitiuū. tamē ñ cōnotat effectuꝫ
sicut operari. et iō prepositio per nō potest cū ipso i-
portare subautoritateꝫ. vbi eñi est subautoritas. no- 24
tat̄ ꝙ aliquid fit a duobus. ⁊ ab vno per alterū. ⁊ sic
patet illud. Ad illud qđ obijcit̄ vtrū dicat rationē 25
cause vel instrumēti. dōm. ꝙ neutrū dicit ꝓprie. ſ; sb-
autoritatē q̄ iportat rōeꝫ vtriusqꝫ q̄tū ad illđ qđ est
ibi completōis. Quod obijcit̄ ꝙ filio appropriat̄
operari per ipsum. R° ꝙ operatio est per virtutē. ⁊
virt⁹ appropiat̄ filio. sicut dicit̄. j. Cor. j. Christū dici
m⁹ dei virtutē. ⁊ dei sapiam. Rō aūt quare virt⁹ fi- 26
lio appropriat̄ est. qꝛ virt⁹ est vltimū potētie. siue est
potētia vltimata. qm̄ igit̄ fili⁹ ꝓducit̄ a pr̄e ſm oi-
modā perfectōeꝫ potētie. qꝛ generare ē act⁹ perfectē
potētie. perfectū est eñi vnūquodqꝫ qñ potest gene-
rare. ⁊ tale quale ipsū est. qꝛ igit̄ fili⁹ accipit potētiā
ꝓducēdi eqꝫ perfectā sicut ipse. ⁊ pr̄ est vt sp̄ussanct⁹.
iō virt⁹ ei appropriat̄. iō ðr virt⁹ pr̄is. ⁊ brachiuꝫ. et
dextra. ⁊ potest operari per filiū. Aliter potest dici ꝙ
virt⁹ dicit immediatiorē ordinē ad actuꝫ ꝙ̄ potētia.
qꝛ potētia ordinat̄ ad op⁹ per dispositōem. ⁊ filio ap
propriat̄ dispositio. iō ⁊ potētia disposita. ⁊ sic patet
omnia quesita.

Distictio. xxxiij. d noib⁹ sbalib⁹ ⁊ ꝓpetatib⁹ i cōpatōe ſm ꝯueniētiā ⁊ ðfaꝫ ad eētiā ⁊ ꝑsōas.

Ost supra dicta interius considerari ⁊c. Supra egit magister de nominibus substātialib⁹ ⁊ ꝓprieta-
p : tib⁹ per se ⁊ sigillatiꝫ. Hic tercio loco agit de hijs i cōparatōe. ⁊ ſm ꝯueniētiā ⁊ diāꝫ. ⁊ hꝫ ꝑs ista du
as partes. In prima querit mgr̄ de ꝓprietatib⁹ in cōparatōe ad eētiā ⁊ personas In scđa vero agit
de cōp: ratōe persōe. siue rei nature ad naturā. j. dis. xxxiiij. predictis adijciēduꝫ est ⁊c. Prima ꝑs habet duas

fm duo opa sapiētis. quorū primū est non mentiri de quibus nouit. et secundum est mētientem posse manifestare. Unde in prima pte. primo ostēdit ꝛ ꝓbat veritatē. In secūda eam defēdit cōtra falsitatē. ibi. hoc aūt aliqui negāt. Prima pars habet quatuor ptes. In prima ostēdit ꝙ ꝓprietates sūt psone. et in psonis per naturā ipsius ꝓprietatis. quia eterna ē ꝛ distincta. In secūda ostēdit illud idem p violētiam autoris sabellij ibi. Sabellij heresim declinātes. vbi ponit autoritates Hiero. In tercia ostēdit hocipm p naturā diuine simplicitatis. ibi. Cūq3 de simplicitate diuinitatis. In q̄rta ostēdit. ꝙ ꝓprietates nō tm̄ sunt psōe. sed etiā diuina essentia. et hoc ꝓbat efficatia autoritatis. ibi. ꝙ vero ꝓprietas etiam diuina natura sit. vbi ponit autoritatē Hyla. Similiter scda ps in qua ponit magister veritatis ꝓbate defēsionem. ponēdo aliorum rationes et suas respōsiones. s̄m ꝙ duplex est modus impugnādi veritatem. scilicet p rōes ꝛ autoritates. ita hec ps habet duas partes. In prima ponit rōes ꝛ respōsiones. In scda autoritates. ibi. verūtamen nōdum desistunt ꝛc. Prima pars habet quatuor partes. In prima ponit obiectōem ꝙ ꝓprietates nō sint psone. et qꝛ rōnalis erat. respōdet ad veritatem. Secūdo vero subiūgit aliā rōem. et quia curiosa videt̄. respōdet ad hominē nō ad rōem. ibi. sed itex addūt ꝛc. Tercio adhuc resumit rōez illoꝝ ꝛ respōdet ad veritatem. ibi. Ceteꝝ hereticoꝝ improbitas, ꝛc. Quarto et vltimo subiūgit coꝝ interrogatōem. ꝛ quia curiosa erat. prefigit terminum huic inquisitōi. ibi. Sed forte queret̄. cū hc ꝓprietates ꝛc. Et quelibet istaꝝ partiū posset subdiuidi. scilicet. ꝙ primo ponit oppositōem. et secūdo respōsiōem. et illud manifestū in littera est. Ultima pars in qua respondet magister autoritatibus quas inducūt. similiter habet duas partes. s̄m duas autoritates Augu. quas induxit. et prīa sūpta ē ab expositōe. pō. scda vero sūpta ē ab Augu. vj. ꝺ trini. Prima ps ponit̄. ibi. verūtamē nōduz desistunt. Et scda ponit̄. ibi. Item illis verbis Augu. Et quelibet harū potest subdiuidi. qꝛ primo ponit autoritatem siue rōem. scdo vero dissoluit.

Ostendit ꝙ ꝓprietates sūt ipse persone ꝛ in psonis per naturam ipiꝰ ꝓprietatis. quia eterna est et distincta. a

F

Est supra dicta interius considerari atq3 subtiliter inquiri oportet: vtrum ꝓprietates psonarum quibus ipe persone determinant̄ sint ipse psone et sint deus. id est diuina essētia. an ita sint in psonis. vt ñ sint psone. ac per hoc nec diuina essentia? Qꝛ eñ in personis sint ꝓprietates. nemo inficiari audet. cum aperte clamet autoritas ꝙ in personis ē ꝓprietas et in essentia vnitas. Superius quoq3 multis sāctorum testimonijs astruximus personas per ꝓprietates distingui atq3 determinari. ipsasq3 proprietates. tres scilicet. ꝓprijs expressimus vocabulis. Cum ergo ꝓprietates ipe ab eterno fuerint. quibus ipe persone determinātur ꝛ differunt. quō essēt ñ in eis non essent. ꝛ quō in eis essent. ꝛ ipe persone non essent quin ibi esset multiplicitas. Quocirca sicut proprietates esse in personis. ita et eas personas eē confitemur. sicut supra autoritate Hiero. vt non pigeat reuocare ad mētez. protestati sumus in expositōe fidei ita dicētia

Qꝛ ꝓprietates sint psone.

Concludit idem per violētiam sabellij. b

Sabellij heresim declinātes. tres personas expressas sub proprietate distinguimus. Nō eñ nomina tātūmodo. sed etiam noīm proprietates. id est personas. vel vt greci exprimūt ypostasēs. hoc est sbas. confitemur. Ecce aperte dicit psonas proprietatibus distingui. ꝛ ipsas proprietates esse personas cuius hic verba ꝯstringimus. qꝛ supra latius posuimus.

Concludit hocipm p naturam diuine simplicitatis c

Cūq3 de simplicitate deitatis supra dissereremus autoritatibꝰ sāctorum. scilicet Augu. Hyla. Isiō. necnō ꝛ Boetij. euidēter monstrauimus deum hoc eē omnino quod in se habet. excepto ꝙ pater habet filiū nec est filiꝰ. ꝛ filiꝰ h3 patrem nec est pater. ꝛ sic est in natura trium. vt qui habet hoc id quod habet. et totū quod ibi est vnum esse. vnā vitam esse. quod mō non iteramus ne fastidiū lectori ingeramus. Si ergo proprietates ibi sūnt. singula earum est id in quo est. ꝛ vnum eademq3 vita singule sunt. Fateamur ergo et ꝓprietates esse in tribus psonis. ꝛ ipsas esse psonas atq3 diuinam essētiam.

Et predictis cōcludit ꝓprietates esse psonas et vnā essētia3.

Autoritate astruit ꝙ ꝓprietates non tm̄ sint persone. sed etiam diuina essentia seu natura. d

Qꝛ vo ꝓpetas etiā diuīa natura sit. ostēdit Hyla. dicēs natiuitatē filij eē naturā. Uñ in vij. li. ꝺ tri. ait. Utriusq3 natura ñ differt. vnū sūt pr̄ ꝛ filiꝰ. H3 ꝗ in sacramēti natiuitas id cōplectat̄ in se. ꝛ nomē ꝛ naturā ꝛ ptātē. qꝛ natiuitas

Hylarius.

non potest nõ esse ea natura vnde nascatur filius. Idem in. vj. Natiuitas ꝓ
ꝓprietas est. veritas est. Idem in. vij. dicit. ꝙ nature natiuitas sit intelligenda
esse in natura dei. Supra enĩ dixit ꝙ ꝓprium patris est ꝙ semper pater ē. ꝛ ꝓ
prium filij est ꝙ semper filius est. significans ꝙ ꝓprietas patris est pater. ꝛ ꝓ
prietas filij est fili⁹. Hijs alijsq₃ pluribus autoritatibus aperte significari vi
deť. ꝙ ꝓprietas filij fili⁹ sit sic ꝛ de⁹. ita ꝛ ꝓprietas p̃ris ꝛ ꝓprietas spũs sãcti.

Ponit obiectõem ꝙ ꝓꝑetates nõ sũt ꝑsone. et q₂ rationalis videť. respõ det ad veritatem.

Hoc autē₃ aliqui negant. dicẽtes quidem ꝓprietates in ꝑsonis esse. sed non esse ꝑsonas ip̃as. quia ita dicũt esse in ꝑsonis vel in essentia diuina. vt nõ sint interius. sicut ea sunt que ẜm substãtiam dicũtur de deo. vt bonitas. iusticia. sed extrinsecus affixa sũt. atq₃ ita esse ratõibus ꝓbare contendunt. Si enim inquiunt ꝓprietates sunt ꝑsone. non eis ꝑsone determinãtur. Contra quod dicimus. quia etiã seip̃is ꝑsone differunt. sicut supra Hiero. loquens de p̃re et filio ꝛ spũsancto dicit. substantia vnum sint. sed personis ac nominibus distinguũtur. R°.

Ponit aliam obiectõem. Et q₂ curiosa est r̃ndet homini nõ rationi. f

S₃ iterum addunt. Si ꝓprietates ipse diuina essentia sũt. cũ essẽtia nõ differãt tres ꝑsõe. nec ꝓꝑetatib⁹ differũt. Quõ enĩ differt p̃r a filio. eo ꝙ diuina essẽtia ē cũ i essẽtia vnũ sint.[a] Horũ doctrinis nouis ꝛ hũanis cõmẽtis xbo hylarij respõdo Immẽsũ ē qđ exigiť ꝛ incõꝑhẽsibile. extra significãtiã est sermõis. extra sẽsus intẽtõem. nõ enũciať. nõ attingiť. nõ teneť. verborũ significãtiã rei ipsiue natura cõsumit. Sẽsus cõtẽplatõem inꝑspicabile lumẽ obcecat. itelligẽtie capacitatẽ qđ fine nullo cõtineť excedit. Mihi ergo in sẽsu labes est. in intelligẽtia stupor est. in sermõe vero nõ iam infirmitate₃ ẜ silẽtiũ ꝯfitebor. ꝑiculosũ nimis est ď rebus tãtis ac tã recõditis aliqđ vltra prescriptum celeste ꝓferre. vt vltra ꝓ̃finitõem dei sermo de deo sit. forma fidei certa ē. Non ergo aliquid addẽdum est. sed modus cõstituẽdus audacie. quicqđ vltra queriť nõ intelligiť. a R°.

Resumit rõem illoꝝ ꝛ respõdet ad veritatẽ.

Ceterũ hereticorũ improbitas ĩstinctu dyabolice fraudulẽtie excitata nõdum quiescit. sed in tãta rerũ q̃stione addit. Si paternitas ꝛ filiatio in deo siue i diuina essentia sunt. eadem ḡ res sibi pater est ꝛ filius. Nam i quo paternitas est. pater est. ꝛ i quo filiatio est. filius est. Si ergo vna eademq₃ res habet i se paternitatem et filiatõem. ip̃a generat ꝛ generatur. quod dicẽtes in sabellianã heresim ꝑtrahũtur. extẽdentes patrem i filium. cum ip̃m sibi filium. ip̃m ꝓponant ꝛ patrem. Si vero neggauerint in vna dei essentia paternitatem esse et filiatõem. quõ ergo dicunt esse deum. Hijs atq₃ alijs argumẽtorum aculeis vtũtur i sue opinionis assertõe vt veritatl formã dissecẽt.[b] Quoꝝ audacie resistẽtes atq₃ ignorãtie ꝓuidẽtes audebimus aliquid sup b

a Horu₃ doctrinis nouis et hũanis ꝛc̃. videť insufficiẽter respondere. quia nõ soluit argumentũ sed dicit ꝙ est incõprehensibile. et videtur ꝙ ista euasio nulla sit. aut enĩ argumẽtũ necessario cõcludit. aut sophistice. Si necessario. tũc ergo cũ ꝓcedit ex veris. conclusio est vera. Si nõ necessario. tũc ḡ sophisticũ ē. ẜ vnũ₃ sophisma nõ est incõprehẽsibile. ꝛ ita videtur ꝙ male applicet autoritatẽ Hyla. R°. dicẽdũ. ꝙ ad argumentũ facile est respõdere quia ibi est sophisma ẜm accideñ. ꝓprietas est essentia. ꝛ essentia non distinguiť. ḡ nec ꝓprietas. ẜ hoc magister nõ dicit incomprehẽsibile. ẜ dimittit tanq̃ sophisticũ et indignũ discussionẽ maiorum. Sed illa q̃stio veritatl que sequiť i cõprehẽsibilis est ẜm statũ vie. qm̃ si ꝑ omnimodã idẽptitatem predicať essentia ď ꝓprietatib⁹ et econuerso. hec distinguiť. ꝛ illa nõ. ꝛ hoc est nobis incõprehẽsibile. Q₂ enĩ videmus per speculũ. intelligimus ꝑ similitudinẽ sũptã a creaturis. et hoc nullã sub celo habet simile. immo solius dei ꝓpriũ. ꝓpter summã simplicitatẽ. ideo dicit magister esse incõprehensibile. Nec est simile de genere et differentia. q₂ genus predicať de differẽtia. et hoc distinguit et illud nõ. quia nõ predicať per idẽptitatẽ. ideo cũ hyla. dicit ꝙ est incõprehẽsibile. et describit incõprehensibilitatẽ q̃tum ad triplicẽ vim. q̃tũ ad receptiuã. cũ dicit incõprehẽsibile ꝛc̃. q̃tum ad expressiuã cu₃ dicit extra sermonis significatõem. q̃tum ad indicatiuã. cũ dicit extra sensus intentõem. ꝛ alia que sequũtur hijs minus aptãtur. vt patet inspicienti. b Quorũ audatie resistentes ꝛc̃. dicit ꝙ ꝓprietates que sũt i ypostasib⁹.

R' q̄ ꝓprietates nō penitus ita sūt i dei eēntia sicut in ypostasibus dicūt.

hoc loqui. paternitas et filiatio nō ita eē oīno i diuina substātia dicūt. sicut i ipis ypostasib⁹. in qb⁹ ita sūt q̄ eas determināt vt ait Joh. dam̄. Caracteristica ideomata sunt. i. detminatiue ꝓprietates ypostaseos ꝛ nō nature. etem̄ ypostasim determināt ꝛ nō naturā. Jdoq̄ꝫ lꝫ paternitas ꝛ filiatio sint in diuina eēntia. cū eam nō determinēt. nō iō ꝑt dici q̄ diuina eēntia ꝛ generet ꝛ generet. vl' q̄ eadē res sit sibi pater ꝛ filius. Ita eim̄ ꝓprietas determinat ꝑsonā. vt hac ꝓprietate ypostasis illa sit generās. ꝛ alia ypostasis sit genita. ꝛ ita nō idem generat ꝛ generatur. ſ alter alteꝝ.

Subiūgit eoꝝ iterrogatōnem quō .s. ꝓprietates pſit esse in natura. nec eā determinēt. Et q꜄ curiosa ē. prefigit terminū humane inquisitioni. b

Sed forte q̄res cū he ꝓꝑetates nō pſit eē i ꝑsonis q̄n eas determinēt. quō i dina eēntia eē possint. ita vt nō eā dterminēt? Rñdeo tibi ꝛ hic cū hyla. Ego nescio. nō reqro. ꝛ ꝯsolabor me tñ. archāgeli nesciūt. āgeli nō audierūt. seculaq̄ nō tenēt. ꝓpheta nō sensit. aplus non interrogauit. fili⁹ ipe nō edidit. Cesset ḡ dolor q̄relaꝝ. nō putet hō sua itelligētia generatōis sacm̄ posse ꝯseq. Absolute tñ itelligēd⁹ ē pr̄ ꝛ fili⁹ ꝛ s.s. Stat i hoc fine intelligētia vboꝝ. Est fili⁹ a pr̄e q̄ ē vnigenit⁹ ab ingenito. ꝓgenies a ꝑente. viu⁹ a viuo. nō natura deitatis alia ꝛ alia. q꜄ ābo vnū. Hoc credēdo icipe. ꝑcurre. ꝑsiste. ꝛ si nō ꝑuēturū sciā. tñ gratulabor ꝓfecturū. Qui em̄ pie infinita ꝓseqt. ꝛ si nō ꝯtingat. tñ aliqñ ꝓficiet ꝓcedēdo. Sꝫ ne te inferas i illud secretū ꝛ archanū inopinabilis natiuitatis. ne te imergas summā intelligētie cōꝑhendere ꝑsumēs. sed itellige incōꝑhēsibilia eē. His aliisq̄ꝫ multis euidēter ondit nobis nullatenus licere maiestatē ꝑscrutari. ius ponere potestati. modū circūscribere infinito.

Rñdet aucti Aug. q̄ sumpta ē ab expositōe psalmi. qua opinionē suā. s. q̄ ꝓꝑetas pr̄is vel filii nō sit deus muniunt. i

Uerūtñ nōdū desistūt impatiētie spū agitati. sꝫ opinionē suā etiā sctōꝝ autoritatib⁹ mūire conāt. qb⁹ ostēdere volūt ꝓꝑetatē q̄ pater ē pater. ꝛ ꝓprietatē q̄ fili⁹ ē fili⁹. nō eē deū. ad hoc iducētes verba aug. sup illuꝫ locū ps. Et nō ē suba. ita dicētis. De⁹ em̄ q̄dā suba ē.

Ps. lxviii.

Uñ etiā i fide catholica sic edificamur. vt dicam⁹ patrē ꝛ filiū ꝛ s.s. vni⁹ eē sbe. Quid ē vni⁹ sbe? Quidq̄d ē pr̄ qd de⁹ ē. hoc ē fili⁹. hoc ē s.s. Cū aūt pr̄ ē. nō illud ē qd vl' q̄ ē. Pr̄ ei n̄ ad se sed ad filiū dr̄. ad se āt de⁹ dr̄. Eo igit qd vl' quo de⁹ ē. suba ē. Et q꜄ eiusdē sube ē filius. ꝓculdubio ꝛ fili⁹ ē de⁹. At vero qd pr̄ ē. q꜄ nō sube ē sꝫ refert ad filiū. nō sic dicim⁹ filiū prēm eē sicut dicim⁹ filiū deū eē. Ex his verbis significari dicūt. q̄ proprietas pr̄is vl' ꝓprietas filii nō sit de⁹ vl' eēntia dina.

Qualiter retorquēt vba aug. ad suam prauitatem.

Cū ei dicit eo q̄ de⁹ ē suba ē. sed q̄ pr̄ ē. suba nō ē. apte inquunt ondit id eē subam quo de⁹ ē. id vero quo pater est. nō eē substātiā. Item cū ait pater nō illud ē qd ē. ondit eū nō esse prēm eo q̄ suba ē. Nō em̄ simplr̄ dixit. pater nō ē illud qd ē. sꝫ ait. cū pater ē. nō illud est

ꝛ eas determināt. in essentia sunt. ſ eā nō determināt. Ur esse oppositio. q꜄ omnis ꝓprietas ē determinatiua eius in quo est. alioq̄n in illo nō ē. ḡ si ꝓprietates nō determinant essentiaꝫ. nō sunt in eēntia. R⁹ dicendū q̄ mgr̄ bñ rñdet. q꜄ hec ꝑpō in notat diuersas habitudines. Alit em̄ dē pr̄ in filio. alit p̄nitas i pr̄e. Pr̄ em̄ in filio eē dicit. non sicut proprietas distinctiua ſ sicut ꝑsona cōsubstātialis. paternitas in patre sicut ꝓprietas distinctiua. Sic vult dicere magister q̄ aliter sunt siue dicitur esse proprietates i essentia q̄ in persona. Nam in essentia dicuntur esse ꝓpter idēptitatem. ita q̄ in oino dicit idēptitatem. In ꝑsonis dicunt eē sicut vere ꝓprietates in ypostasibus. ꝛ determinationes in determinatis. In creaturis autem non est vn⁹ mod⁹ sine alio. quia ꝓprietas nō oino idem est cū eo cuius est proprietas. et ideo in creaturis nō dicitur esse proprietas i aliquo nisi i eo cui inheret. non sic i dinis. c Rñdeo tibi ꝛ hic cum Hyla. ꝛc. Ur falsum qd dicit. q̄ solutōem isti⁹ questionis archāgeli nesciūt. cuꝫ em̄ sint cōprehensores. ꝯstat q̄ omnia cognoscūt q̄ sunt de suba glie. ḡ cognoscūt distictōeꝫ ꝑsonaꝝ ꝛ eēntie vnitatē ꝛ modū. ḡ vidēt q̄re ꝓprietates determināt ypostasim ñ eēntiā. Et iteꝝ si cōꝑhēsio erit de qbus ē mō fides. ꝛ nos mō fide tenem⁹. ḡ in pr̄ia cognoscemus. R⁹ dōm q̄ sicut dicit augu. de tri. sicut fouea dr̄ esse

quod ē. significās quo pater ē nō eē illud quo ē.id est eēntiā. Hec illi ita exponētes sua cōmēta simplicibus ⁊ incautis vera videri faciūt b Nos aūt aliter fore ista intelligēda dicimus. Dicēs em̄ eo q deus ē suba ē. sꝫ q pater ē. sube nō ē. hoc intelligi voluit. quia essentia deus ē. ⁊ deitate suba ē. Eo em̄ suba ē quo deus est. ⁊ ecōuerso. cui⁹ ea ē deitas q̄ est suba. ⁊ suba q̄ deitas. ꝫ q pater ē nō ē sube. i. nō quo pater ē eo suba ē. q̄ pro-prietate generatōis pater ē. q̄ subā nō ē. Ipam tn̄ ꝓ-prietatē subām eē nō negauit. Ita etiā illud intelligē-dū ē quod ait. Cuꝫ pater ē. nō illud ē quod ē. i. nō illo pater ē quod vel quo ipe ē. i. essentia. sed notione.

Rn̄det alie auctoritati aug. q̄ sumpta ē ex. vj. d tri. q̄ nitūt ꝓbare ꝓprietates ꝑsonaꝝ nō esse dei substan-tiam. k

Item illis verbis Aug. vehemēter insistūt supi⁹ posi-tis. s. q verbū ſm q sapia ē ⁊ eēntia. hoc ē q pater ſm q verbū nō hoc ē qd pater. Si inqūt verbū nō est hoc quod pater ſm hoc q ē verbuꝫ. id ergo quo verbū est nō ē illud quod pater ē. Proprietas ergo quo verbuꝫ ē. nō est id quod pater ē. nō ē igit̄ diuina essentia. Ad quod dicim⁹. quia licet ſm q verbū nō sit hoc qd pa-ter ē. ea tn̄ ꝓprietas q̄ verbū est. ē id qd pater. i. diuia essentia. sed non est ypostasis patris.

Qt aliter intelligenda sunt illa vba q dicit. b

ceca nō q ipa non videat. ꝫ q: qd hꝫ non ondit alijs. sic angeli dicūtur ignorare ⁊ sancti ꝓpter hoc q n̄ reuelāt talia. ꝫ mag intelligibilia. ⁊ q: talia nō hn̄t silēin creatura. imo magis dissilē dicūtur nobis icōprehēsibilia. Et remouet Hyla. triplicē cognitōnē quā habemus de rebus diuis.
4 Una ē ꝑ angeloꝝ reuelationē. alia ꝑ prophetaꝝ illustratonē. tercia ꝑ aploꝝ p̄dicationem. Et dicit āgelos nō audire. q: ipsi recipiūt reuelationē am aiorib⁹ ⁊ nobis exprimunt. mgr̄ ꝫ hic rn̄det ondēdo in-
5 sufficientiā. Si em̄ rat̄ quare ꝓprietas ē in persona vt distinguēs in essentia nō. Rn̄detur q persona se habet ad aliā. ⁊ refertur ⁊ distinguit̄. ⁊ si hoc rn̄deatur. adhuc manet q̄stō quare ꝑsona refert̄. ꝫ rn̄detur q: vna ē essentia. tres
6 ꝑsone. Si tu q̄ras hmōi omnino simile. nō inuenies. ⁊ ideo in fundamento fidei oporet sistere. Nos autem aliter fore ista intelligenda ⁊c̄. Notandū. sup ista solutōne mgr̄i quā ponit hic q locutiões iste quas ꝓponit aug. s. pr̄ nō ē in eo substātia quo ē pr̄ ⁊ cōsiles duplices sunt. q: ablatiuus importat habitudinem in rōne forme siue cause formalis. q̄uis in diuinis nō cadat vere habitudo cause q̄tum ad rem. tn̄ q̄tum ad ratōnem intelligendi. Pōt ꝫ causalitas cadere sub negatōne. vt sit negatio causalitatis. ⁊ tūc locutio ē vera. ⁊ in hoc sensu accipit augus. ⁊ magister exponit. Est em̄ sensus. non eo ē deus quo pater. quia paternitate ē pater tanq̄ rōne dicendi vel intelligendi. nō sic aūt paternitas est ratio dōi ipm esse deū vel intelligendi. ⁊ tunc locutio vera est. ⁊ nihil facit ꝓ porretano. Potest iteꝝ esse causalitas negatioins. ⁊ tūc est falsa. ⁊ est sensus. non eo ē est deus quo pater. i. q̄tum ad id quod est pater nō est deus. ⁊ in hoc sensu accipi. porretanus. ⁊ ita est falsus intellectus. ⁊ sic non accipit Augusti.

Ad intelligētiam presentis distinctionis quatuor querūtur.
Primo q̄rit̄ de cōpatione ꝓprietatis ad personam.
Secundo de comparatōne ꝓprietatis ad essentiam.
Tercō de comparatione vnius ꝓprietatis ad aliam.
Quarto de cōpatione eiusdē ꝓprietatis ad seipsam.

Questio. j. a

De cōpatione ꝓprietatis ad ꝑsonā. ⁊ q̄rit̄ vtrū proprietas sit ꝑsona. ⁊ q nō. ondit̄ hoc mō. Ubicūq; est vere determināns ⁊ determinatū ſm rem. ibi determināns differt a determinato. Nā si nō differt. nō est determināns vere ꝫ totū ē determiatū. ꝫ ꝑsona in diuis ē vere determinatum. ⁊ ꝓprietas vere determinans. q: ꝓprietas vere ⁊ nō ſm modū dicendi soluꝫ distinguit ꝑsonā. ꝫ ꝓprietas differt a ꝑsona. ꝫ dria nō p̄dicat̄ de se in abstractione. ꝫ nec ꝓprietas de ꝑsona. vel ecōuerso. Item vbicūq; ē vere abstractū ⁊ cōcretū. ibi differt. qd abstrahit̄ ab eo a q̄ abstrahit̄. ꝫ proprietas significat̄ in cōcretione ad ꝑsonaꝫ cū dicitur pater. ⁊ in abstractione cum dicitur paternitas. ⁊ nō tm̄ est differētia in modo loq̄ndi. quia aliq̄d dicit̄ de patre quod non de paternitate. ergo vere differt paternitas a persona. sed quod vere differt ab alio. nō predicatur de eo in abstractōne. ꝫ ⁊c̄. Item vbicūq; est absolutum ⁊ respectiuū. absolutum non ē ipse respectus q̄tūcūq; seipso referatur. Unde q̄uis materia seipa referatur ad formā. tamen non est ipe respectus ad formā. ergo cum in diuinis persons vere sit substantia absoluta. relatio sit verus respectus. q̄tumcūq; seipsa referatur persona. non est verus respectus. siue ipe respectus. nec ecōuerso. ergo ꝓprietas non est ipa persona. Ex his tribus suppositionibus arguebat porretanus q persona non est proprietas nec econuerso. ⁊ quia omne quod est in ꝑsona est persona propter summā simplicitatem. arguebat vlterius q proprietates non sunt in personis ꝫ assistunt. Et q ista positio sit conueniens. videt̄ auctoritate Boetij de tri. Dicit em̄ q relatio non in eo quod est esse consistit sed in comparatione. Item hocipsum ostenditur ratione. quia omē quod aduenit alicui ⁊ recedit sine sui mutatione non predicat aliquid quod sit in illo. sed solum est assistens. sed relatio est hmōi. vt patet in dextro ⁊ sinistro. ꝫ ⁊c̄. Cuꝫ ergo proprietates sint relationes. non sunt persone

ptes in personis. ſ; aſſiſtunt. Contra. omne ſimpliciſſimū eſt id qḋ habet excepto eo ad qḋ relatiue dī. hec eſt Auguſti. in. xj. de trini. ⁊ per ſe nota ē. ſ; diuina perſona ē ſimpliciſſima. aliter nō eſſet deus. ⁊ nō dicitur relatiue ad ꝓprietatem. ꝗ eſt ꝓprietas. Itē omne perfectiſſimū eſt om̄e illud a quo perficit̃ ⁊ denominatur. hec ē per ſe nota. quia aliter denominās ⁊ perficiēs eſſet perfectius eo. Et auguſti. iſtam ꝓponit. vj. de trini. dicens. ꝙ ipſe deus eſt maximus. ideo eſt ſua magnitudo. ſed perſona diuina eſt perfectiſſimum quid ⁊ denominat̃ ſua proprietate. ergo perſona ē ſua ꝓprietas. ⁊ pater eſt paternitas. Itē om̄e ſimpliciter primū eſt quicquid habet ex toto eo ꝙ ex illo. Nam ſi habet aliquid quod nō ſit ab ipſo. vel qḋ non ſit ipm̄. illud eſt eque primuȝ vt ipm̄. ꝗ ipm̄ non erit ſimpliciter primū. ſed pater hab; paternitatem. ⁊ paternitas non eſt ab ipſo. ⁊ ipſe eſt ſimpliciter primus. ergo pater eſt paternitas. eadem ratōne filius eſt filiatio. ⁊ ſpūſſanctus proceſſio. Ex his concludit̃ ꝙ proprietates non ſunt tm̄ perſone ſed etiam in perſonis. Et ꝙ iſtud verū ſit videt̃ auctoritate Hieroni. Tres inquit perſonas expreſſas ſub proprietatibus diſtinguimus in lib. de expoſitione fidei catholice ad philip. Item hoc videtur ratione. quia omne qḋ eſt. aut eſt ens per ſe. aut in ſe. aut in alio. Proprietates igitur aut ſunt per ſe entes. ⁊ ita ſubſtantia. aut ī alio. Si in alio. non cū in perſonis. quia proprietas non eſt niſi in eo cuius eſt ꝓprietas. Si per ſe. ꝗ ꝓprietas eſt ſubſtantia. aut ꝗ creata. aut increata. aut media. Sed non creata nec media. iſtud cōſtat. ꝗ reſtat
7 ꝙ increata. ergo ſunt pſone. Rº dm̄ ꝙ de comparatione proprietatis ad perſonaȝ triplex fuit opinio. Prima poſitio fuit ꝙ ꝓprietates non ſunt perſone nec in perſonis ſed aſſiſtūt perſonis. ſicut relatōnes Et ratio que mouit iſtos fuit pſonarū pluralitas et diuina ſimplicitas. Quia cū pſone plures ſunt. plures habēt proprietates. que vere differentes ſunt. ⁊ quia differentes ſunt. ſi eſſent in perſona. auferrēt ei ſimplicitatem. que cum non poſſit auferri a diuinis. poſuerūt proprietates eſſe aſſiſtentes perſonis. non eſſe perſonas. ⁊ huic videtur conſonare natura relationis. que non videtur eſſe in ſubſtantia. nec predicare alıq̇d in ſubiecto. ſed dicere reſpectum ad aliud Et hec poſitio ⁊ ſi rationabilis aliquo modo fuit. tm̄ ſtare non poteſt. quia ponebat relationes in diuinis nec deum eſſe nec creaturam. vnde etiam ſi in principio ſui modicū contineret errorem. tamen ducebat ad magnū. ⁊ ideo retractata fuit in concilio remenſi. et magiſter gilbertus porretanꝰ ore ꝓprio retractauit. Ideo fuit ſecūda opinio multum differens ab iſta. videlicȝ. ꝙ proprietates om̄ino ſint pſone. nec differāt niſi ſolūmodo in modo loquendi. ⁊ tm̄ ſunt tres proprietates. ſicut ſunt tres perſone. Et iſta poſitio fundata eſt ſimiliter ſup diuinā ſimplicitateȝ. Quia cū perſone ſunt ſimpliciſſime. ſeipſis diſtinguūtur. et ipſe ſunt ſue ꝓprietates. nec habent alias differentes re. ſed ſolo mō loquēdi. Et iſta poſitio fuit magiſtri prepoſitiui. ⁊ magis eſt probabilis ꝙ̄ precedēs. Attamen ipſa improbata eſt ſupra diſt. xxvj. quia vna perſona plures habet relationes que ſunt vere relationes. ⁊ plures perſone habent vnam proprietatem. ⁊ vna perſona alio ⁊ alio modo ſe habet ad filiuȝ ⁊ ad ſpūmſanctum ⁊ ſm̄ rem. Ex quo neceſſario ſequit̃. ꝙ realiter aliquo modo differt ꝓprietas a perſona. ⁊ non ſolum in modo loquendi. ſicut dicebat mḡr prepoſitiuus. Et propter hoc intelligēdum. ꝙ vtraq; predictarum poſitionum aliquid veri dicit. ⁊ in aliquo deficit. Nam prima que dicebat ꝙ proprietates aliq̄ modo differant a perſonis. verū dixit. ſed in hoc male. ꝙ dixit ſimpliciter differre. Sequens que dixit ꝙ ꝓprietates ſint perſone. veruȝ dixit. ſed in hoc exceſſit ꝙ dixit. ꝙ nullo modo differāt a pſonis. Ideo ex his duabus poſitionibus conflatur vna ⁊ cōmunis poſitio quā tenent modo magiſtri cōmuniter. ꝙ proprietates ſunt pſone ⁊ in perſonis. tm̄ aliquo mō differūt a perſonis. Et ꝙ iſta poſitio ſit cōueniens pȝ. ſi quis inſpiciat naturam proprietatū. Dictum eſt ē ſupra cum querebatur quid eſſet proprietas in diuinis. ꝙ erat relatio. dictum eſt etiam ꝙ relatio ratōne compationis quā habet ad ſubiectū trāſit in ſubſtātiam in diuinis. et ideo de ſubiecto ſuo omnino vere predicatur. vt pater ē paternitas. Rōne vero cōparationis quā habet ad obiectū. manet verū ſūm eius in diuinis. ⁊ habet quodāmō differentiā a perſona. Nec facit ſm̄ hoc cōpoſitionem ſed diſtinctōneȝ reſpectu cuius ē. Compoſitio eīn attenditur per compatōnē ꝓprietatis ad ſubiectum. diſtinctio reſpectu obiecti. Et ex hoc patet ꝙ ꝓprietas eſt perſona ⁊ in perſona. quia idem ē per eſſentiam ſiue modū eſſendi. differt tm̄ ꝗ̄tum ad modū ſe habendi. Cōcedende igit̃ ſunt rōnes ꝙ ꝓprietates ſunt perſone ⁊ in perſonis. ⁊ pȝ ex dictis Rº ad primū argumentū. Quia cū aliquātulā habēt differentiā ꝓprietas ⁊ perſona penēs modū ſe habēdi. ideo ꝓprietas vere determinat ⁊ diſtinguit. hoc tm̄ non tollit predicationē. quia modus ille non addit aliam eſſentiam. Ad illud quod obijcitur ſecūdo de abſtractione. dm̄ ꝙ non eſt abſtractio 8
ſm̄ rem. ſed ſolum ſm̄ modū intelligendi ⁊ loquēdi. quia abſtractio reſpicit ſubiectuȝ in quo. ⁊ ſm̄ illum reſpectū tranſit. quia tm̄ manet in compatōne ad terminū. hinc eſt ꝙ relatio non tm̄ modo loquendi differt. nec tm̄ oportet ꝙ ſit vera abſtractio. Ad illud 9
qḋ obijcit̃ ſcḋo ꝙ abſolutū nō dī de reſpectiuo. dm̄ ꝙ verū eſt in creatura. quia reſpectus ipſe verus. aut eſt alius per eſſentiam. aut in compatōne ad aliud ꝑ eſſentiam. vt materia ⁊ forma. quoꝝ neutrū eſt in diuinis. vnde reſpectus in creaturis ponit dependentiā. ⁊ ideo priuat ſummā ſimplicitatem. ⁊ ideo nō ꝑdicat̃ in creatura. Omne eīn ſimpliciſſimū eſt independens omnino. In diuinis aūt relationes dicunt reſpectum ſine dependentia. ⁊ ideo non priuat ſummā ſimplicitatem. ⁊ ideo dicitur de ypoſtaſi. Ad 10
quid qḋ obijcit̃ ꝙ om̄es relationes ſunt aſſiſtentes. dm̄ ꝙ eſſe in relatione dicitur a boetio. non qr nō ſint in re. ſed quia cū ſint in re nō ſint in ea abſolute. ſed in compatione ad alteꝝ. quo quidem mutato et corrupto. contingit relationem pariter corrūpi ⁊ deſinere propter hoc ꝙ non ē in ſubiecto abſolute ſ; ad alteꝝ. nihilominus tm̄ eſt in ſubiecto. Ex hoc patȝ rn̄ſio ad illud qḋ obicit. Nam illud non habet veritatem niſi in ente abſoluto nō reſpectiuo. Et trahit̃ ex rōne ⁊ verbis Boetij. Ex rōne. quia qn̄ dico hoc eſſe ordinatū ad aliquid. non nihil dico de illo de quo dī. ⁊ quādo de aliquo qḋ non habet ordinem fit habēs ordinem. quia nō erat illud ad quod ordinaretur. et ideo ordo erat in potentia in hoc. non ratione ſui. ſ; ratione ad hoc quod eſt. ꝗ̄tū ex parte ſui erat ī actu. ⁊ ideo nulla mutatōne facta erat in ipſo. ſ; in obiecto

introducitur in eē ⁊ desinit. ⁊ hoc patet ex verbis boetij. quia boetius non negat simpliciter ꝙ relatio nō in eo qd̓ est esse ꝯsistit. ſ; nō totalr̓ ꝯcessit. vñ dicit nō pōt predicatō relatiua ꝗcꝗ̄ rei de q̄ dī per se addere. vel minuere. vel mutare. quia non tota in eo ꝙ ē esse consistit. ex hoc innuit ꝙ aliquo modo consistit. ⁊ iō nec in creaturis nec in deo verum ē dicere ꝙ relatio non sit in aliquo. sed verum est dicere ꝙ non tota est in aliquo absolute.

Questio .ij.

Secūdo queritur de cōparatione ꝓprietatis ad eēntiam. ⁊ queritur vtruz proprietas sit essentia. ⁊ ꝙ sic videtur. quia ecclesia cantat. In personis adoretur ꝓprietas. sed nihil est adorādū latria nisi diuina eēntia. ḡ ⁊c̄. vnde Bern̄. Illam ꝓprietatez que deus nō est. nō mihi adorabilem credo. Item essentia ē in persona ⁊ ꝓprietas. aut ḡ sunt ibi per differentiam. aut per indifferentiam. Si per differētiam. ḡ ꝑsona est cōposita quod ē incōueniens. Si per indifferētiā oīmodā. ḡ proprietas ē essentia. ⁊ essentia est proprietas. Item ꝓprietas aut est aliquid aut nihil. Si nihil. ḡ aut personā non distinguit̄. aut distinctio ꝑsone nihil est. Si aliquid est. sed omne quod ē aliqd est essentia vel creata vel increata. sed ꝓprietas nō ē essentia creata hoc manifestuz est. ḡ increata. Itē omne quod est. aut est deus. aut melius deo. aut minus bonuz. aut maius. ꝓprietas ergo aut ē deus. aut melius. aut minus. aut maius. Sed maius non pōt esse. quia deus est quo maius excogitari non potest. Minus non pōt esse. quia tunc pater esset minor ꝙ̄ sit ipse. ḡ deus est. Contra. Augusti. dicit ⁊ habet̄ supra di. xviij. non eo est deus quo pater. sed deitate est deus. paternitate est pater. deitas non ē paternitas. immo aliud ⁊ aliud. Item hoc videt̄ ratōne. Hec ē cōceptio anime per se vera. ꝙ non est idē principiū distinguendi ⁊ vniendi formaliter loquendo. ſ; essentia est rō vniendi. ḡ essentia et ꝓprietas nō sunt idem. Item nulla proprietas proprie predicat̄ de aliqua essentia siue substātia nisi sit in illa. ḡ si ꝓprietates dicūtur de diuina essentia. ḡ sunt in illa. sed ꝓprietas ponit rem suam circa subiectū in quo ē. ḡ cū rei proprietas sit respectus. ⁊ ad respectū sequat̄ distinctio. de necessitate ꝓprietates ponūt distinctionē circa diuinā essentiā. si sunt in illa. sed hoc ē inconueniens. ḡ ⁊c̄. Item si essentia ē ꝓprietas. aut ḡ ꝑ se aut per accidēs. Si per se. ḡ cuicumqz inest essentia. ⁊ paternitas. ſ; hoc est falsum. ḡ si est vera. ē vera ꝑ accidens. ḡ cuz in diuinis non sit ponere accidens nec per accidēs. patz ⁊c̄. Item si ꝓprietas ē diuina essentia. cum diuina essentia vl̓ substantia sit creatrix ⁊ creet. ḡ ꝓprietas creat. qd̓ non conceditur. Querit̄ ergo quare conceditur ꝙ paternitas sit essentia. ⁊ ꝙ etiā sit adorāda. non tamē ꝙ sit creatrix vel sapiens

11 R°. sicut magister tāgit in lr̄a aliquoꝝ positio fuit ⁊ imponit̄ pictauensi. ꝙ proprietas nec sit essentia. nec in essentia. sed solū assistens. Sed ista positō manifeste improbata ē. quia necesse est ꝙ sit diuina eēntia si est aliquid. Propter hoc ad intelligentiā obiectoꝝ intelligendū sicut prenotatū est. ꝙ relatio rōne comparationis ad subiectū trāsit in substantiam. ⁊ iō proprietas ē diuina substantia. Rōne vō comparationis ad terminū siue subiectū remanet. ⁊ ꝗ̄tū ad hoc est distincta. ⁊ differt ab essentia. non qꝛ dicat aliam essentiam. sed aliū modū se habendi. ꝗ per cōparatō nem ad essentiam vel ꝑsonam dicit modū nihil addens. In cōparatōne vō ad correlatiuū. vere dicit rē ⁊ distinctionem. ⁊ ideo non est vanitas in ratione intelligēdi. nec compositio in re sed vera distinctio. Et quoniā iste respectus non dicit aliud ꝙ̄ essentiā ipsi cōparatus. similiter nec aliud ꝙ̄ personaz. ideo vere est essentia ⁊ persona. ſ; qꝛ vltimus respectus ille nō est essentia ad aliud sed persone ad personā. ideo respectus ⁊ relationes proprie loquendo sunt in ꝑsonis non in essentia. quia persone ſm eos referūtur ⁊ distinguūtur. in essentia autem non. quia nec refert̄ nec distinguitur. Sunt tamē in essentia diuina loqndo cōmuniter ⁊ improprie. vt dicatur in diuina eēntia. omne qd̓ est diuina essentia. vel omne quod ē in essentia vel persona. Ad illud ergo quod obijcit̄. 12
ꝙ alio est deus. alio est pater. dōm ꝙ ablatiuus dicit rationem dicendi vel denominādi. vnde ⁊ alietas ꝑ ablatiuū significata attenditur solum ꝗ̄tum ad modum. non ꝗ̄tum ad essentiam. vt patet. Ad illud similit̄ qd̓ obijcit̄ ꝙ non idez est principiū distinguēdi ⁊ vniendi. patet R°. quia ꝓpetas distinguit in 13
eo ꝙ differens nō essentia sed modo. qui modus nō dicit cōpositionem. quia transit in substantiam. nec dicit solum intellectum. quia res ē. ⁊ manet respectu obiecti. Ad illud qd̓ obijcitur ꝙ non predicat̄ de 14
substantia. dōm ꝙ non predicatur de substātia vt de subiecto. nec per inherentiam. sed solum de persona sic ꝑdicatur. Vñ de essentia predicatur. quia essentia ⁊ ꝓprietas sunt vnuz in persona. non quia vnū sit in 15
alio. Ad illud quod obijcit̄. vtruz predicatur ꝑ se aut per accidens. dōm ꝙ non per se. qꝛ per personā Non per accidens. quia persona non est aliud ab essentia. Quoniaz igit̄ sicut res diuine superexcedūt res inferiores. sic ⁊ ꝑdicatio predicationem. Ad illud 16
qd̓ vltimo obijcitur. ꝙ si essentia creat. ⁊ proprietas. Dōm ē ad hoc. ꝙ ꝗ̄uis proprietas sit essentia. tamē essentia non supponit ꝓprietatem. nec econuerso. vñ non sequit̄ ꝙ illud qd̓ conuenit essentie conuenit ꝑsone vel econuerso. aliqua tū conueniūt essentie ⁊ ꝓprietati. aliqua non. Vñ notandū. ꝙ ꝗdam dicun- 17
tur de diuina essentia in se. vtputa illa que dicuntur in oppositōne ad creaturam. vt immēsa. increata. et huiōi. ⁊ hec dicūtur de proprietatibus. Aliqua dicūtur de diuina essentia vt in personis. vt esse cōmunicabile. ⁊ esse in tribus vnaz. talia conueniūt essentie vt habent rōnem forme. ⁊ in hoc differt ratio eēntie ⁊ proprietatis. ⁊ talia nō dicūtur de proprietatibus. Rursus aliqua dicūtur de essentia. vt esse principiuz opationū. esse potentē. sapientē. volentem. ⁊ creare. ⁊ talia non dicūtur de ꝓprietatibus. Vñ notandum. ꝙ adiectiua essentialia que essentiam in se respiciūt vt esse diuersum a creatura. dicūtur de ꝓprietatibus. que aūt de ipsa formaliter siue vt est forma. vl̓ vt est principiū. non dicuntur. ⁊ sic patēt omnia quesita.

Questio .iij. c

De comparatione vnius notionis ad aliam. ⁊ querit̄ vtrū vna notio siue proprietas vnius persone ꝑdicetur de alia. Et ꝙ sic videt̄ silogismo expositorio. De necessitate eīn sequitur vt dicitur in arte prioꝝ. hoc a est b. hoc a est c. eodem demonstrato. ḡ c est b. ⁊ fundatur iste silogismus super illud principiū per se notum. quecūqz vni ⁊ eidem sunt eadē int̄ se sunt eadē. Fiat ergo talis silogismus. pater est paternitas. pater est inascibilitas. ḡ paternitas ē innascibilitas. Si

iubicas ꝙ accidens peccat contra istam ꝯsequētiā
⁊ contra istud principiū. vt patet hic. petrus est indi
uiduū. petrus est homo. ergo homo est indiuiduū.
Contra hoc obijcit. quia vbi est accidens ibi est acci
dentalis predicatio. sed cum dicitur pater est pater-
nitas. pater est innascibilitas. non est accidentalis p̄
dicatio. quia est in abstractione. ergo non est ibi accidēs
Item bene sequitur concretiue. pater generat. pa
ter est innascibilis. ergo innascibilis generat. ⁊ tamē sic
magis importat predicatio per modū accidentis. ergo
multofortius sequitur in abstracto. ergo hec ē vera. pa-
ternitas est innascibilitas. Item hoc ostenditur a
minori sic. Maior est vnio proprietatum in vna ꝑso-
na siue in supposito incōmunicabili. ꝙ̄ proprietatum
in vna natura cōmuni. sed tanta est vnio ꝓprietatum
in vna natura cōmuni. ꝙ vna est alia. vt bonitas est
sapientia. ergo multofortius in persona vna ꝓprietas p̄
dicatur de alia. Item maior est vnio proprietatū
in vna persona ꝙ̄ ꝓprietatis ⁊ essentie in persona. q2
ibi vnio quantum ad rem est equalis. ⁊ quantum ad modū
magis conuenit ꝓprietas cū proprietate ꝙ̄ ꝓprietas
cū natura siue essentia. sed tanta est vnio essentie ⁊ ꝓ
prietatis in persona. ꝙ vna de alia predicatur. vt pa-
ternitas est deitas. ergo ⁊c. Item maior ē vnio ꝓprie-
tatis in vna persona ꝙ̄ duarū naturarum in eadem ꝑ-
sona. sed propter conuenientiam naturarum in vna ꝑso
na xpi est ꝯmunicatio idiomatū. quia deus est homo
⁊ homo deus. ergo pari rōne ꝓpter conuenientiam ꝓprie
tatum in vna ypostasi. vna de alia predicatur. Con-
tra. sicut se habet persona ad personam. ita notio ad
notionem. sed vna persona non predicatur de alia ꝑ
sona. ergo nec vna notio de alia notione. Item qđ p̄-
dicatur de aliquo in abstractione non facit numerū
cum illo. ergo si notio de notione p̄dicatur. nō sunt plu-
res sed vna. Item si notio predicatur de notione.
ergo spiratio est generatio. ⁊ spirare ē generare. ergo
cum hec sit vera. pater spirat spiritumsanctū. ⁊ hec erit
18 vera pater generat spiritumsanctū. Rn̄. dicendum ꝙ est predi
catio per identitatem. ⁊ predicatio per inherentiam.
Predicatio per inherentiam est in concretione. ⁊ hec
est in ratione suppositi. vt albū est musicū. Predica-
tio vero per identitatem est in abstractione et ratione
forme non suppositi. vt iusticia est bonitas. Dico er
19 go ꝙ notio ad notionem dupliciter potest compara
ri. vel in concretione. vel in abstractione. Si in cōcre
tione. sic vna predicatur de alia. vt generās est spirās.
⁊ pater est innascibilis. ⁊ hoc quia conueniūt in sup
posito. Si aūt in abstractione. quia tunc notio pure
importat ipm respectum. ⁊ in vna eademqꝫ persona
sunt diuersi respectus sine sui cōpositione. ⁊ hoc sm
diuersas cōparationes. sic vna de alia non predicatur.
20 Ad illud ergo qđ obijcit de silogismo. dicendum ꝙ contra
illum silogismū peccat accidēs. sicut patet in exēplo
prius posito. vnde non valet forma silogismi. Simi-
liter illud principiū intelligendū est sm idem. Non
enim sequitur ꝙ si aliqua duo sunt similia vni. ꝙ sint si
milia inter se. nisi sint similia sm idem. Similiter eti
am oportet in resolutionibus ad hoc ꝙ sit identitas
vnius ad aliam. ꝙ non tm̄ eadem sint sm idem. verum
etiam ad idem sint. Quoniā ergo relationes diuerse
in eadem persona. non sunt ad idem siue ad eūdem.
ideo non sequitur ꝙ si conueniāt in supposito. ꝙ ꝓ-
pter hoc ꝯueniāt inter se. ⁊ sic patet. ꝙ nec silogismus
21 nec principiū conuenit. Ad illud qđ obijcit. ꝙ nō

est ibi accidens. dicendum ꝙ fallacia accidentis non solū
attenditur quantum ad predicatum accidentale. sed etiā
attenditur quantum ad principij variationem. ita ꝙ in
vna sola acceptione sua cōueniat. in alia sit extraneū.
sic est in proposito. Nam pater sm aliam cōpara-
tionem est innascibilitas. sm aliam est paternitas. ita
ꝙ paternitas nullo modo dicit cōparationē ad prius
nec positiue nec priuatiue. quantum ē de sua rōne. ⁊ ideo
patet ⁊c. Ad illud quod obijcit per similitudinem 22
vnionis duorum in tercio. dicendum ꝙ p̄dicatio per identi-
tatem potest esse tripliciter. aut ita ꝙ essentia compe
tur ad essentiam. aut essentia ad ꝓprietatem. aut ꝓ-
prietas ad ꝓprietatem. Quando ergo est predicatio ꝑ idē-
titatem per cōparationem essentie ad essentiam. no-
tatur ydēptitas essentialis. vt cū dicitur magnitudo
est bonitas. Quando item per cōparationem essentie ad ꝓ
prietatem. similiter notatur identitas essentialis. Quando
vero est comparatio ꝓprietatis ad proprietatem. quia
ꝓprietas non importat nisi rationem ⁊ relatōnē siue
respectū. tunc notatur identitas rationis. ⁊ hinc ē ꝙ
vna ꝓprietas essentialis p̄dicatur de altera. ⁊ ꝓprietas
de essentia. quia vniformis modus predicandi est in
his ad seinuicē ⁊ ad illud in quo ꝯueniūt. quia ꝑ idē-
titatem essentie. Sed non sic est cum ꝓprietas predi-
catur de ꝓprietate. Nam cum proprietas predicatur
de persona. notatur conuenientia in substantia. ⁊ eēn-
tia in supposito. Cum autem predicatur de alia pro-
prietate. notatur cōuenientia in rōne ⁊ respectu. ⁊ iō
non est simile. immo est ibi accidens. cōueniūt in sub
stantia ergo in respectu. Ad vltimū de ꝯuenientia na 23
turarū in vna persona patet Rn̄. quia non est cōmu-
nicatio idiomatum in abstractione. sed in concretio
ne. quia deitas non ē humanitas. sed deus est homo.
similiter in ꝓposito est. ideo patent omnia.

Questio. iiij.

De cōparatōne eiusdem ꝓprietatis ad seipsam. Que
ritur ergo vtrū eadem proprietas siue notio predice
tur de se denominatiue. Et ꝙ sic videtur per simile. q2
adiectiua essentialia denominānt abstracta. vt magni
tudo est magna. ⁊ bonitas ē bona. ergo pari rōne gene-
ratio generat. ⁊ spiratio spirat. Item quia in pri-
mis ē status. ideo seipsis denominātur. vnde vnitas
seipsa est vna. ergo cum proprietates personales nō ha-
beant priores. immo ipse prime sint. ⁊ ideo seipsas de-
nominant. Item indefinita affirmatiua equipol-
let particulari. ergo simpliciter cōuertūtur. sed hec sim-
pliciter cōceditur. generās est paternitas siue gene-
ratio. ergo generatio est generās. Item si hec nō con
ceditur. paternitas non est generās. aut hoc est pro-
pter repugnantiam a parte rei. aut a parte modi. Nō
a parte rei. quia eadem res est. Nō a parte modi. quia
eadem proprietas ⁊ relatō importatur. ergo nullo modo
est ibi repugnantia. ergo locutio simpliciter est vera.
Cōtra. sicut ꝓpriū ꝓprietatis est distinguere. sic pro
priū est persone aliam producere. sed hec est falsa. ꝑso-
na distinguit. quia non distinguit. immo distinguitur.
ergo ⁊ hec est falsa. ꝓprietas generat. Item omne
quod refertur est. aliquid excepto eo qđ relatiue dicitur.
sed ꝓprietas non est relatio. ergo proprietas non re-
fertur. sed generare est referri. ergo proprietas nō ge
nerat. Item ꝓprietas importat originem ⁊ relatō
nem. ergo si supra se reflectitur. ⁊ seipsam denominat.
tūc ergo originis erit origo ⁊ relationis relatō. quod
habet philosophus ⁊ omnis ratio pro inconuenienti.

Item cum dicit generatio generat. aut verbū cōstruit rōne suppositi. aut rōne forme. Nō forme. qr respectus nō agit. Nec rōne suppositi. quia supposita notione non supponit psona. aliqd eīn cōuenit psone. qd non notioni vt supra ostensum est. ergo locutō
24 simpliciter est falsa. Rº dōm q pdicte locutiones sunt false. Nulla eīn notio denominat seipam. Et rō huius ē. qr denominatio notionis importat emanationē vt actū. importat & relationē. & qm pductio proprie ē suppositi non forme. similiter & relatio alicuius vt suppositi. ideo omnis talis denominatio concernit suppositū. non sic ē de proprietatibus essentialibus. velut est de primis vt de vno & vero. immo respiciūt formā. ideo denomināt seipas. Qd qr nō est in hmōi adiectiuis notionibus. nō pnt locutōes eē vere rōne forme. Rōne vō suppositi non pnt esse vere. quia notio nō supponit psonā. quia plures notōnes sunt in eadē persona. Essentia tamē supponit substātiaz. quia ē vna essentia & vna substātia. & ideo hec ē vera deitas creat. qr deitas supponit deū. hec aūt falsa. paternitas generat. quia nō supponit prem. Quod obicitur de conditionibus essentialibus & de primis patet q non ē simile rōne iam dicta. Potest tamē nihilominus alia rō assignari. quia respectus reflexus supra absolutuz ibi quietat. itaqz absolutū respectui dat fundamentū. & respectus dat cōplementū. sed cuz respectus reflectit supra se. qr vterqz dicit ꝯparationē ad alterz. vn nō pōt dare fundamētū. nec alter complementū. & ideo nō pōt reflecti. sed in simplicibus primis cuiusmodi ē veritas. qr aut nō importāt relationem. aut si importāt importāt relationē q cōiter respicit substantiā & eius pprietates. vtputa esse a deo. iō supra se reflectūt. nō sic in proposito. qr productio
respicit psonā. Ad illud qd obijcit. q hec est vera. 15
generās ē pīnitas. dōm q generās subicit rōne yposťasis. & ita notat pdicatio p identitatē. sed cuz pdicat pater. accipitur rōne forme. ideo mutat modus accipiendi. ideo non sequitur. Si tamē intelligeret rōne suppositi pdicari. vera esset. tūc eīn esset sensus. paternitas est ille qui generat. sed tūc nō sequitur. generatio generat. immo ē ibi accidens. Ad illud qd obij 16
citur. q repugnantia sit ibi. dōm q ibi est repugnantia a parte modi intelligendi. nam notio nō denominat nisi suppositū. vnde talis modus non conuenit notioni. vnde sicut hec ē falsa. albedo ē alba. sic in proposito est intelligendum.

Distinctio .xxxiiij. De comparatione psone siue rei nature ad naturā. Vel de cōpatione psonaꝝ ad essentiam.

Redictis adijciendū est. q quidā puersi sensus homines &c. Supra egit magister de compatione pprietatū ad personas & essentiā. hic secūdo agit de cōpatione psonarū ad essentiā. Et hoc facit in hac distinctione. que in tres partes diuidit. In prima agit de comparatione sm pdicationem. In secunda sm appropriatōnem. ibi. Ex predictis constat q sicut essentia ita potētia &c. In tercia annectit capitulū de translatione vt sic tractatū istum perducat ad consūmationē. & hoc ibi. Preterea sciendū est q in assignatione. Prima pars habet quatuor partes. In prima ponit errorē quorūdam dicentiū personas nō esse naturam. & hoc cum summa cōfirmatione. s. autoritate Hyla. In secūda ipius autoritatis sanū intellectum ex verbis Hyla. sequentibus elicit. per que etiam errorem illoꝝ elidit. ibi. Hoc quidē dicūt nō intelligentes &c. In tercia quādā questionē incidentem dissoluit. quare nō dicūtur tres persone vnius dei. sicut dicūtur tres persone vnius essentie. ibi. Hic considerandū est cum deus sit diuina essentia &c. Similiter secūda pars in qua magister agit de appropriatione habet tres partes. In prima dicit & ostendit q cōmunia appropriātur. In secūda rōnem reddit appropriatōnis. ibi. Id ergo sacri eloquij &c. In tercia. quia hoc nomē homousion. dicit comparationem essentie siue nature ad psonas. vsum eius determinat esse catholicū. & veritati fidei eē cōsonū. ibi. Hic non est pretermittendū q Aug. &c Item tercia pars in qua agit magister de nominū translatōne posset diuidi contra totū tractatū pcedentem de diuinis nominibus. sed quia magister parū aut nihil determinat de his nominibus. ideo potius incidenter cum epilogatione ē posita. Vn hec pticula duas habet partes. In prima quandā generalē de nominibus translatiuis tradit instructionem. In secunda vō ponit pdictoꝝ epilogationem. in qua tractatū de sacramento trinitatis & vnitatis finit. ostendens se in hoc tractatu potius defecisse q sufficisse. pter materie altitudinem. & hoc facit ibi. de sacramēto vnitatis atqz trinitatis. &c.

Ponit errorē quorūdā dicentiū psonas nō esse diuinam naturam. qd autoritate Hylarij confirmare nitūtur. a

xxxiiij.

Agit de comparatione sm pdicationem.

Redictis adijciendū ē q quidā puersi sensus homines in tantam prosilierūt insaniā vt dicerēt nō idē esse naturam dei & psonam siue ypostasim. dicentes candē essentiā nō posse esse prem & filium sine personarū cōfusione. Si eīn inquiūt ea essentia q pater ē. filius ē. idē sibi pr ē & filius Si hanc rē dicis esse prem. aliā qre quā dicis esse filiū. Si vō aliā nō asseris sed eandē dixeris. idē genuit & genitus ē. Propter hec & hmōi inter naturaz & psonā diuidūt. ita vt nō recipiāt vnā deitatis naturā & simplicē eē tres psonas. Idqz testimonio Hyla. defendere nitūt. q in. vij. li. de trini. qrēs. vtrū apl's spm dei noians & spm xpi. idē significauerit vtroqz verbo. inquit ita. Gētiū pdicator. volēs nature vnitatez i pre & filio docē ait. Spūs dei i vob ē. Si qs aūt spm xpi nō hz. hic nō ē ei. Si aūt spūs ei q suscitauit iesuz &c. spūales oēs sumus si in nobis dei spūs. sed & hic spūs dei ē & spūs xpi. Et cū xpi spūs i nob ē. ei spūs i nob ē q suscitauit xpm. Et cū ei q suscitauit xpm in nob spūs. & spūs i nob ē xpi. Nec tn non dei ē spūs q in nobis ē. Discerne ergo o heretice spūm xpi a spū dei. & excitati a mortuis spm xpi. a spiritu dei

Auctem q pro cis facere videtur ponit de li. Hylarij.

Questō Hyla. vtrū in spū dei

natura vel res nature signifi- cata sit idem.

xp̄m a mortuis excitantis. Cū q̄ habitat in nobis spūs xp̄i. spūs dei sit. ꝛ spiritus xp̄i a mortuis excitati spūs dei tñ sit xp̄m a mortuis excitantis. Et q̄ro nūc in spū dei. vtrū naturā an rem nature significatā existimes? Nō ē eñ idē natura qȯ res nature. sicut nō idē ē hō. ꝛ qȯ hominis ē. nec ideȝ ē ignis. ꝛ qȯ ipius ignis ē. ꝛ ꝫm hoc nō ē idē deus ꝛ qȯ dei ē.[a] Huius dicti occasione p̄fati heretici dogmatisauerūt nō ideȝ esse personam ꝛ naturā dei. asserētes naturā dei nō eē tres psonas. Intelligētes in his p̄missis v̄bis Hyla. p rem nature psonam. ꝛ noīe nature diuinā naturā. ꝛ iō dicūt Hyla. interrogasse hereticū. vtrū p spūm dei putaret significatam eē naturā/an rē nature. vt sic oñderet distinguendū eē inter naturā ꝛ rem nature. i. personā.

a Q non ē natura qȯ res nature. Oñdit queȝ sensum trahat ex illis verbis.

Errorē p̄dictū elidit ex sano autoritatis Hyla. intellectu quē elicit ex seq̄ntibus verbis eiusdē. b

Hoc q̄dē dicūt nō intelligentes pia diligentia scripture circūstantiā. q̄ cōsiderata percipi p̄ōt quō premissa dixerit Hyla. Subseq̄nter eñ in eadeȝ serie oñdit[b] in spū dei aliqñ significari prēm. vt cū dr̄. Spūs dñi sup me. Aliqñ significari filiū. vt cuȝ dr̄. In spū dei eijcio demonia. nature sue potestate se demones eijcere demonstrans. Aliquando spūmsanctū vt ibi. Effundaȝ de spū meo super omnē carnē. Qȯ dicit cōsummatuȝ fuisse. cū apl̄i spūsancto misso oib⁹ linguis locuti sunt. Deinde quare hanc distinctionē fecerit. ꝛ ꝙ in supioribus p verba apl̄i idē spūssanctus significatus sit. ꝛ ꝙ ip̄e sit res vni⁹ nature patris ꝛ filij. apte oñdit inq̄ens ita. Hec idcirco sunt demonstrata. vt quacūqꝫ pte heretica falsitas se contulisset. finib⁹ veritatis ꝯcluderet̄. Habitat eñ in nobis xp̄s. q̄ hītante hītat de⁹. ꝛ cū habitat in nobis spūs xp̄i. nō aliud habitat q̄ȝ spūs dei. Qȝ si p spūmsctm̄ xp̄s in nobis intelligitur eē. hunc tñ ita spm̄ dei vt spm̄ xp̄i eē noscendū ē. Et cū p naturaȝ dei natura ip̄a habitat in nobis. indifferens natura filij credit̄ esse a patre cū s. s. qui ē spūs xp̄i. ꝛ spūs dei. res nature demonstret̄ vni⁹. Quero nūc ergo quō nō ex natura vnū sint? A patre procedit spūs veritatis. a filio mittitur. et a filio accipit. sed omnia q̄ habet pater filij sunt. Idcirco q̄ ab eo accepit. dei spūs ē. et idē spūs xp̄i ē. Res nature filij ē. ꝫ et eadem res et nature patris est. et dei excitantis xp̄m a mortuis spūs est. et idem spūs xp̄i est a mortuis excitati.[c] in aliquo differt xp̄i et dei natura. ne eadem sit si prestari potest vt spiritus qui dei ē. nō sit etiam xp̄i. Est ergo in nobis spiritus dei. et ē i nobis spūs xp̄i. et cū spūs xp̄i inest. inest spūs dei. Ita cum quod dei est. et xp̄i est. et qȯ xp̄i est dei est. non potest quid aliud diuersum xp̄s esse q̄ȝ de⁹ est. Deus igit̄ xp̄s ē vnus cū deo spūs. ꝫm illud. Ego et p̄r vnū sumus. In quo docet veritas vnitatē eē nature. nō solitudinē vnionis. Ecce si hec verba diligenter attendas. inuenis spūmsanctū rem nature dici patris et filij. et eūdem dici eē naturā dei. vbi dr̄ per naturam dei natura ip̄a hītat i nobis. si p s. s. xp̄s ē in nob.

b

Isa. lxi
Math. xij.

Joelis. ij. et
Act. ij.
Act. ij.

Verba Hyla. ponit quib⁹ p̄missoꝝ intelligentia aperit̄.

Joh. xv.

c

Jo. x.

a Huius dicti occasione. p̄fati heretici ꝛc. Vt ꝙ mḡr male reputet hereticos illos qui dicebāt naturā nō dici de personis. qꝛ videt̄ Dam̄. dicere idem qȯ illi dicebāt. cū dicit. ꝺ ypostasi nō est deitatē dicere. ꝫ cum deitas dicat naturā. patet ꝛc. R° dōm ꝙ verbum Dam̄. simpliciter intellectū. generat sinistrū intellectū. ꝛ q̄ sic intelligeret sicut sonat hereticus esset. ꝫ ip̄e Damascenus intelligit cū p̄cisione. s. ꝙ deitas nō dicit̄ de vnica ypostasi tantū īmo de oib⁹. b In spū dei aliqñ significari p̄rem. sicut illud Esa. lxi. Spūs domini sup me. ꝛc. Videtur male dicere. quia Hiero. dicit ibi in gl. ꝙ de illo spū intelligitur de quo dr̄ Esa. xi. Requiescet sup euȝ. ꝛ cōstat ꝙ ibi accipit̄ p psona s. s. Item hoc videt̄ alia autoritate. qꝛ alius euāgelista Luc. xi. dicit. Si in digito dei eijcio demonia. gl. exponit digito p s. s. q̄ ē tercia i trinitate psona. R° ꝙ iste rōnes nō ꝯcludūt ꝯrietates. qꝛ vna sc̄ptura plib⁹ modis p̄t exponi. Nā in illa auctē i q̄ dr̄ Esa. lxi. Spūs dñi sup me ꝛc. agit̄ de missiōe filij. ꝛ q̄m filius p̄ōt itelligi missus ꝫm diuaȝ naturā. ꝛ sic itelligit̄ p p̄re loq̄ndo missus a p̄re solū. ideo spiritus domi stat ibi p patre. Si auteȝ intelligat̄ de missione ꝫm humanā naturā sic intelligitur de spiritusancto. prout est tercia in trinitate persona. Similit̄ intelligēdū de auctē seq̄nti ꝙ p̄t intelligi vtroqꝫ mō. ꝫ tñ spūs accipit̄ alit̄ ꝛ alit̄. c In aliq̄ differt xp̄i ꝛ dei natura ne ca.

Itaq; in trinitate nō ita distinguendum est int̄ naturam et rem nature. sicut in rebus creatis. quia vt ait Hyla. compatio terrenoꝝ ad deū nulla est. ꝛ si q̄ ꝯpationū exempla interdū afferunt̄. nemo ea existimet absolute in se rōnis pfectōez ꝯtinere. Non eñ hūano sensu de deo loquendum est.

Ad naturam ḡ reꝝ creataꝝ respiciens. inqt. [d] Non idez est natura qꝺ res nature. sbijciens exēpla de ipsis creaturis. Inde oñdens erroris eē. sb mēsura creaturarū metiri creatorē. Addit ꝛ ꝭm h̄ non idem ē de⁹ ꝛ qꝺ dei est. ac si diceret. Si ad instar creaturaꝝ de creatore sentis. cogeris fateri qꝛ nō idē ē de⁹ ꝛ qꝺ dei ē. qꝺ dicere impiū est. cū spūs dei de⁹ sit. ꝛ dei fili⁹ sit de⁹.

Non ḡ ꝭm corpales modos. vt i eadē sbdit serie. accipiēda sunt hec q̄ de deo dicunt̄. vbi euacuās opinionem coꝝ q̄ ita putāt aliud deū eē. ꝛ aliud qꝺ dei ē. aliꝺq; naturā dei. ꝛ rem nature. vt ē in creaturis. apte docet nō aliud eē deum ꝛ q̄ sua sunt. ita vt insint illi sic dicens. Hō aut aliqd ei sīle cuz alicubi erit. alibi nō erit. qꝛ id qꝺ est. illic ꝯtinet̄ vbi fuerit in forma. vt nō vbiq; sit q̄ insistens alicubi sit. De⁹ aūt immēse ꝟtutis viuēs ptās. q̄ nusq; nō assit. nec desit vsq;. que se omnē p sua edocet. ꝛ sua nō aliud q̄ se esse significat. vt vbi sua insint. ipe esse p sua intelligat̄. Nō aūt corpali mō cū alibi sit. nō etiā vbiq; eē credat̄. cū p sua i oīb⁹ eē nō desinat. Nō āt aliud sꝫ q̄ qꝺ ē ipe q̄ sua sꝫ. Et h̄ ppt̄ nature intelligētiā dicta sūt. His ꝟbis apte significat̄ (si tñ intelligis hētice) qꝛ diuīa nā nō aliud est ab his q̄ sua sūt. ita vt insint. ꝛ p illa in oīb⁹ suis ē q̄ nō īsunt. Sua eñ sūt etiā q̄ nō insūt. i. oēs creature. ꝛ sua sꝫ q̄ insunt. vt tres psone q̄ sunt eiusdē nāe. ꝛ eadē nā sic supra aug. testimonio firmauim⁹. dicētis tres psonas eē eiusdē eēntie. vel eandē eēntiā. ꝭ nō ex eadē eēntia. ne aliud intelligat̄ eēntia. aliud psona. Nō tamē diffitemur aliquam distinctōnē habendā fore ꝭm intelligentie ratonē cū dicit̄ ypostasis. et cū dr̄ eēntia. qꝛ ibi significatur qꝺ est cōe tribus. hic ꝟo nō. Est tñ ypostasis eēntia. ꝛ ecōuerso. Fateamur ḡ vnū atq; idē eē tres personas ꝭm essentiā. differētes aūt ꝓprietatib⁹. Vñ aug⁹. sup locū ꝑtaxatū ps̄. ait. Queris qd sit pr̄: rñdet̄ de⁹. Queris qd sit fili⁹: rñdet̄ deus. Queris qd sit pr̄ ꝛ filius: rñdet̄ deus. de singulis interrogatus deū respōde. De vtroq; interrogatus. nō deos sed deum responde. Nō sic est in hoīb⁹. Tāta eñ est ibi subē vnitas. vt eq̄litatē admittat. pluralitatē non admittat. Si ḡ tibi dictū fuerit cū dicis filiū eē qꝺ pr̄ ē. ꝑfecto fili⁹ pat̄ est. rñde ꝭm subam tibi dixi. h̄ eē filiū qꝺ pr̄ est. non ꝭm id qꝺ ad aliud dr̄. Ad se eñ dr̄ de⁹. ad prēm dr̄ fili⁹. Rursumq; pr̄ ad se dr̄ de⁹. ad filiū dr̄ pr̄. Qꝺ pr̄ ad filiū dr̄ nō est filius. qꝺ dr̄ fili⁹ ad prēm nō est pat̄. Qꝺ dr̄ pat̄ ad se. filius ad se. h̄ est pater ꝛ filius. i. deus.

Discutit predicta ꝟba et non ita eē distinguēdū in trinitate sicut in creaturis

d

Qꝛ ꝓpt̄ res creatas dixit non idē eē naturā ꝛ rem nature.

Qꝛ non aliud ē deus et q̄ sua sunt ita vt insit Alia eñ sunt q̄ insunt. alia q̄ n̄ insunt.

Qꝛ aliqua est i rōne intelligentie distinctō cū dī ypostasis. et cū dī essentia.

dem sit si prestari potest. vt spūs qui dei ē non sit etiā xp̄i. vī sic male dicere. qꝛ argumentū hoc nō valet. Filius est fili⁹ pr̄is ꝛ nō s. s. ḡ differt natura pr̄is ꝛ s. s. ḡ cū spiritus dicat psonā. argumētū illud non valet qꝺ facit Hyla. Rn̄ pōt dici. q Hyla. loqtur de spū ꝭm q nōminat naturā. sic autem nō habet instantiā suū verbū. Nihilominus tñ si intelligatur de spū ꝓut dicit̄ psonaliter. adhuc veritatē habet. nam cū verbum nō possit esse sine spū. tunc haberēt pr̄ ꝛ suū verbū duos spūs. ꝛ ita non essent vnius nature. Preterea si spūs patris non esset filij. nō diceretur a xp̄o. ꝛ si n̄ ꝓcederet ab eo non distingueret̄ originaliter. ḡ essentialit̄. sed spūs dei ꝛ deus sunt vnuz essentialiter. ḡ oporteret q spūs et deus essentialit̄ differrēt siue distinguerentur.

4 b Nō idē ē natura. qꝺ res nature. hanc sniam itelligit Hyla. soluz i creaturis. Contra. vī illa solutio nō esse cōueniens. quia Hyla. loquit̄ de spiritu dei ꝓut significat naturā ꝛ res nature. q si nulla est differētia. nullā deberet vim facere. vt vī. q si facit vim in spū prout significat naturam ꝛ rem nature. ḡ vī distinctō inter hmōi faciēda. Rn̄ dōm q cuz dī ab Hyla. aliud est natura. aliud res nature. aut intelligit̄ de alietate a pte rei. sic illi heretici intelligebant. ꝛ sic habet veritatem solum in creaturis. Alio modo potest dicere alietatē siue differentiam ꝭm rationem. ꝛ sic habet veritatem in diuinis. ꝛ sic intelligit Hyla. ꝛ dicit Augusti. q aliud est esse patrē. aliud eē deū. non inquā aliud ꝭm rem. sed aliud ꝭm ratōnem significandi ꝛ intelligendi ꝛ se habendi.

Incidentem q̄stionem dissoluit quare.s.nō dicunt̄ tres ꝑsone vnius dei sicut dicuntur tres persone vni⁹ essentie. c

Hic ꝯsiderandū est cū deus sit diuina essentia.ꝛ ita dicat̄ vnus deus esse tres ꝑsone.sicut vna essentia dicit̄ tres ꝑsone. vtrū ita valeat sane dici. vn⁹ de⁹ triū ꝑsonaꝝ.vel tres ꝑsone vni⁹ dei.sicut dr̄.vna essentia triū ꝑsonaꝝ.ꝛ tres persone vnius essentie. In his locutionibus scripture vsus nobis emulādus vr̄.vbi frequēter repit̄ ita dictū.Una ē eēntia triū.ꝛ tres sunt persone vni⁹ eēntie. nusq̄ȝ autē occurrit legisse vnuȝ deum triū ꝑsonaꝝ.vel tres persone vni⁹ dei.Qd̄ ideo puto sanctos doctores vitasse. ne ita forte accipet̄ ī diuinis ꝑsonis.vt accipit̄ cū de creaturis sl̄r qd dr̄. Dicit̄ eñ deus abrahā ysaac ꝛ iacob ꝛ de⁹ oīs creature.Qd̄ vtiq̄ꝫ dr̄ ꝓpter principiū creationis.vel grē priuilegiū.ꝛ creature subiectionē vel ꝟuitutē.Cuȝ ergo in trinitate nihil sit creatū.vel seruiēs.vel subiectū.nō admisit fides in trinitate talē locutōis modū.Ita etiā ecōuerso nō dr̄ de dei eēntia.ꝙ ipsa sit eēntia Abrahaȝ Isaac et Iacob. vel alicui⁹ creature.ne creatoris vel creature naturam cōfundere videamur.

Usum scripture in his sequēdum tradit.

Quare nō consueuerat scriptura dicere vnuȝ deū triū ꝑsonarū et ecōuerso. cū dicat vnam essentiā triū ꝑsonarum.

Ostendit ꝙ cōmunia appropriāt̄. Quia licet potētia.sapiētia.bonitas.de deo ꝺm subam dicātur ī scriptura.tñ solēt hec nomina distincte ad ꝑsonas interdū referri. d

Ex ꝑdictis ꝯstat ꝙ sicut essentia.ita potētia.sapiā.bonitas de deo dicūt̄ ꝺm subam.Que aūt ꝺm subam de deo dicūt̄.tribus ꝑsonis pit̄er ꝯueniūt. Una est ergo potētia.sapiā.bonitas.patris et filij et s.s.et hi tres eadem potētia.eadē sapiā. eadē bonitas. Uñ ꝯpitur in trinitate summa eē ꝑfectio. Si eñ ibi deesset potētia. vel sapiā.vel bonitas.nō eēt summū bonū[f] Sed quia ibi ē ꝑfecta potētia.infinita sapiā.incōꝑhensibilis bonitas.recte dr̄ et credit̄ summū bonū.Cū q̄ꝫ vnū et idē penit⁹ sit in deo potētia.sapiā.bonitas.ī sacra tñ scriptura freq̄nter solēt hec noīa distincte ad ꝑsonas referri.vt patri potentia.filio sapiā.spūiscto bonitas attribuat̄.qd̄ quare fiat.nō ē ociosum inquirere.

Agit de cōparatōne ꝺm appropriationem.

Reddit rōem appropriatōnis quare patri potētia.filio sapiā.s.s.bonitas attribuat̄.cū sit vna potētia.sapientia.bonitas.triū. e

Utrūȝ ita valeat sane ꝛc. Innuit hic mgr̄ ꝙ nō debet dici tres ꝑsone vnius dei.q̄ nihil ē in trinitate creatū vel seruiēs vl̄ subiectuȝ.vr̄ hoc male dicere.q̄ gtūs de sui rōe nō importat subiectōnē nec domniū.ḡ nō vr̄ sufficiēs rō. Si dicas.ꝙ hoc venit a p̄te termi.nihil ē.q̄ terminus de se nō importat respect dñij. Itē q̄rit̄ q̄re hoc nomē eēntia nō importat supexcellentiā in gtō sicut hoc nomē de⁹. Itē q̄re nō dr̄ tres ꝑsone eēntie sicut vni⁹ eēntie. Rn̄ꝰ dōm ꝙ licȝ ad hoc ꝙ genitiu⁹ vere ꝯstruat̄ ꝛ ꝓpriе necesse ē aliquā hitudinē importari.vel ꝺm rem vel ꝺm modū intelligendi.Gtūs aūt iportat hitudinē ꝑncipiati ad ꝑncipiū vl̄ ecōuerso.vt possidētis ad possessum.vel forme ad foꝛatuȝ.vel specificātis ad specificatū.hitudinē autē forme non importat nisi cū termīo abstracto ꝙ sigficet ꝑ mod̄ forme.ꝛ qm̄ forma se habet ꝑ modū exprimētis ꝛ declaratōis.iō talis cōstructō nō attēdit̄ nisi cum gtō noīs abstracti alio d̄terminato. Uñ ꝯueniēnter dr̄ mulier egregie forme.ꝫ nihil ē dicēu mulier forme.iō bñ dr̄ tres ꝑsone vni⁹ eēntie.de⁹ aūt nō ē nomē abstractū.iō nō ꝯstruit̄ cū gtō ī hitudine subiecti vt forma dei.vel in hitudie specificātis.vt ꝑsona dei.sicut creatura salis.vl̄ in hitudine principij vt creatura dei. ꝛ qm̄ qñ dr̄ tres ꝑsone vni⁹ dei.nulla hitudinū importat̄ ꝓpriе.nisi hitudo principij siue possessoris.hinc ē ꝙ cū in illo sensu sit falsa locutio.nō ē recipiēda.Alia rō ē ista. q̄ locutō q̄ ē in vi declaratōis eēntie.ꝯuertit̄. vt cū dr̄ mulier egregie forme.pōt dici.egregia forma mulieris.ergo si diceret̄ tres ꝑsone vnius dei.diceret̄ vnus deus triū personaꝝ. ꝛ iste intellectus nō est sanus vt videt̄.sic eñ posset intelligi sicut si dicit̄ vn⁹ deus trium hominū. f Sed quia ibi est perfecta potentia ꝛc. Innuit magister.ꝙ in istis tribus consistit summū bonū.scȝ potentia. sapientia. bonitate.Contra.videtur hoc male dicere.q̄ summū bonū specificat bonū. ḡ bonitas distinguit̄ ꝯtra potentiā ꝛ sapiētiā.pari rōne summū bonū.Item nō vr̄ in his trib⁹ cē.q̄ summū bonū ē aggregatiuū oīm bonoꝝ ꝛ collectiuū.ḡ nō tm̄ hoꝝ triū.Rn̄ꝰ dōm ꝙ bonū vno mō distinguit̄ cōtra sapiam ꝛ potentiā.alio mō non.Si 6
eñ accipitur pro bonitate moris.sic cōsistit in volūtate ꝛ distinguit̄ ꝯtra alia duo.Si autē bonū accipiat̄ cōmunit̄.ꝛ sic cōplectit̄ oīa.Est eñ bonū nature.ꝛ hoc ad potētiā.ꝛ bonū gratie.ꝛ hoc aut ꝑficit intellectuȝ ꝛ ita est scientia.aut affectum ꝛ ita bonitas.ꝛ hec tria complectitur bonū in sua vniuersalitate.ꝛ summū in sua integritate.quoniam ergo omne bonum ad hoc reducibile est.ideo summum bonum in his tribus consistit.

g Iō occurrit scriptura ⁊c. innuit magister ꝙ scriptura appropriat pr̄i potētiā. ne videat᷑ min⁹ potens. Contra. vi hoc plus debere dici d̄ filio ꝙ min⁹ potēs est cū fuerit pass⁹ ⁊ mortuus. ḡ magis deberet ei potētia appropriari. R̄ᷤ dōm ꝙ qr ꝓpter passionē visus ē fecisse stulticiam. ⁊ habuisse impotētiā. ꝓpē ꝙ iudeis p̄dicatio crucis erat i scandalū. ⁊ grecis in stulticiā. iō ip̄e apl's egregi⁹ doctor nō tm̄ sapientiā appropīat xp̄o. immo etiā virtutem vt sic excludat a diuinitate infirmitatē. et maluit ei approp̄are v̄tutē q̄z potentiā. qr v̄tus dicit potētiā vltimā ⁊ summū d̄ potētia. iō maluit ei appropriare v̄tutē. nec ē icōueniēs. ex diuersis ꝯsideratōib⁹. idē mō appropriare vni mō alij. cū eq̄lit̄ cōueniat trib⁹. vn̄ pr̄i attribuim⁹ potētiā. ne videat᷑ impotēs ꝓpē āntiq̄tatē. filio v̄tutez ne videat᷑ ipotēs sicut debilitat⁹ ꝓpē assūptā hūanitatē. nihilomin⁹ tm̄ faciēda ē vis int̄ potētiā ⁊ v̄tutem sicut dictū est. xxxij. di.

Id ergo sacri eloquij prudētia facere curauit. ne dei immensitatē silitudine creature metiret᷑. Dixerat eīm scriptura sacra. Quia deus pr̄ est. ⁊ ꝙ deus filius ē. ⁊ audiunt hoc hō qui hoīem prēm viderat. deuz prēm non viderat. ⁊ cogitare cepit ita eē in creatore. vt viderat esse i creaturis. a q̄b⁹ hec noīa trāslata sunt ad creatorē. in q̄b⁹ pater est prior filio. fili⁹ ē posterior pr̄e. ⁊ ex antiq̄tate in pr̄e defect⁹. ex posteritate in filio ip̄fectio sensus solet notari [g] Iō occurrit scriptura dicēs patrē potentē. ne videat᷑ p̄or filio. ⁊ iō min⁹ potēs. ⁊ filiū sapientē. ne videat᷑ posterior pr̄e. ⁊ ideo minus sapiēs. Dictus ē etiā s.s. deus. ⁊ dictus ē hr̄e spūm deus. ⁊ videbat᷑ hoc q̄si nomē inflationis ⁊ tumoris. Vn̄ humana conscientia ad deū ꝓ rigore ⁊ crudelitate accedere metuit. Ideo scriptura t̄pauit sermonē suū. spūm bonū noīans. ne crudelis putaret᷑ q̄ mitis erat. nō ꝙ pater solus sit potens vel magis potēs. ⁊ fili⁹ solus sapiens vel magis sapiens. ⁊ s.s. solus bon⁹ vel magis bonus. vna est ergo potentia. sapiētia. bonitas trium. sicut vna eēntia. Ideoq̄z sicut dicit᷑ fili⁹ homousios. i. cōsubstātialis pr̄i ita ⁊ coomnipotēs.

De hoc nomie homousion q̄ȯ dicit ꝯparationem eēntie siue nature ad ꝑsonas. vbi [illegible] auctem receptum sit ⁊ quid significet. f

Hic nō est pretermittēdū q̄ȯ aug. in li. ij. ꝯtra maximinū dicit de hoc nomine homousion. q̄ latini tractatores freq̄nter vtūtur. Pater inquit ⁊ filius vnius sunt eiusdēq̄z sub̄e. hoc est illud homousion. q̄ȯ in concilio Niceno aduersus hereticos arrianos a catholicis patribus veritatis autoritate firmatum ē. Q̄ȯ postea in concilio arimenensi ꝓpter nouitatē verbi min⁹ q̄z potuit intellectā. quaz tamē fides āntiq̄ pepererat multis paucoꝝ fraude deceptis. heretica impietas sub heretico imꝑatore Constantino labefactare tentauit. Sed post nō longum tempus libertate fidei catholice p̄ualente. postq̄z vis v̄bi sicut debuit intellecta est. homousion illud catholice fidei sanitate longe lateq̄z defensum est ⁊ diffusum. Quid eīm ē homousion nisi vnius eiusdemq̄z substātie. Quid est inquā homousion nisi ego ⁊ pater vnuz sumus. Non ergo inter prephanas vocum nouitates hoc vitandum est.

Tradit generalem doctrinā de noībus q̄ trāslatiue ⁊ per similitudinē de deo dicūtur. g

Preterea sciendū ē ꝙ in assignatione distinctōnis nominū inter alia que supra diligenter executi sumus. q̄dam diximus trāslatiue ⁊ per similitudinez de deo dici. vt speculū. splendor. character. figura. ⁊ hmōi. de q̄b⁹ pio lectori breuiter trado q̄ȯ sentio. vt. s. rōne similitudinis considerata. ex causis dicendi. dictoꝝ intelligentiam assumat. ꝟ catholicam.

Ponit predictoꝝ epilogationem in qua tractatū de sacramēto trinitatis ⁊ vnitatis finit. ostendens se potius defecisse q̄z suffecisse. h

De sacramēto vnitatis atq̄z trinitatis summe ⁊ ineffabilis multa iā dixim⁹. nihil tamen eius ineffabilitate dignum tradidisse profitemur. sed potius ex nobis mirificam eius scientiam nec potuisse nos ad illam ꝑuenire. Predictoꝝ epilogus.

Ad intelligentiā presentis distinctionis qua-
tuor querūtur.
Primo q̄rit̄ vtrū i diuinis sit ponere additōnē
Secundo vtrum in diuinis sit ponere predicatōnē.
Tercio vtrum sit ponere appropriationem.
Quarto vtrum sit ponere translationem.

Questio. j. a

Utrū sit ponere in diuinis additionem. Utruz. s. res
nature addat supra naturā. ⁊ ꝙ sic. videtur hoc mo-
do. Hyla. de trini. [Aliud ē natura], aliud res nature.
sed intellectus nature clauditur in re nature. ergo si
est aliud. necesse est ꝙ in ratōne alicui⁹ additi. Itē
Boetius de duabus naturis ⁊ vna persona xp̄i. na-
tura ⁊ persona distinguenda sunt. ⁊ ꝓprijs nominib⁹
sepanda. sed quoꝝ diffinitōes sunt diuerse. ipsa sunt
diuersa. ergo cuz natura cadat in diffinitione p̄sone.
necesse est ꝙ diuersitas veniat a ratione additi. g̃ ⁊c̄.
Si dicas ꝙ diffinitiones nature ⁊ persone non sunt
diuerse re s̄ s̄m rationem intelligendi. tūc concludit̄
ꝙ intellectus ille cassus est ⁊ vanus. cum in re sibi ni
hil respōdeat. Item hoc videt̄ rōne. qꝛ quāto ali-
quid in pluribus inuenitur. tanto simplicius est. sed
essentia vel natura est in pluribus. persona ꝟo i vno
solo. ergo natura simplicior. sed non est aliquod mi-
nus simplex ꝙ aliud. nisi per aliquā additionē. g̃ ⁊c̄.
Item quāto aliquid est maioris abstractionis tā-
to simplicius est. sed natura, ē maioris abstractionis
ꝙ persona. quoniam abstractis proprietatibus ē in-
telligere naturā sed non personam. ergo persona ad-
dit aliquid supra naturam. g̃ ⁊c̄. Item hoc ē prin-
cipiū per se notum. de nullo eodem ⁊ s̄m idem vera
est affirmatio ⁊ negatio. sed aliquid vere affirmatur
de persona vt distingui. qḋ negatur de natura. g̃ non
s̄m idem. g̃ in persona aliquid est quod nō est in na-
tura vel ecōuerso. ⁊ si hoc. g̃ vnū addit supra alterū.
Item hoc ē principiū per se notum. quecūqꝫ sunt
eadem vni ⁊ eidem s̄m omnimodam indifferentiā. etiā
inter se sunt eadem. cuz ergo natura sit eadez ⁊ vna.
si persone omnino idem sunt cum natura ⁊ nihil ad-
dunt. g̃ persone adinuicem sunt eedem. ⁊ sic redit er-
ror sabellij ꝙ vna persona s̄m rem sit alia. ergo ⁊c̄.
Contra. August. vij. de trini. Non est aliud deo eē
⁊ aliud personaz esse. ergo persona nihil addit supra
esse. ergo nec supra naturam. Item in summe sim-
plici nulla potest esse additio. sed diuina persona si-
ue res nature est summe simplex. g̃ ⁊c̄. Item q̄cū-
qꝫ duo sic se habent ꝙ quicquid est in vno est alterū
per essentiam. vnū nihil addit super reliquū. s̄ quic-
quid est i persona ē deitas. g̃ ⁊c̄. Maior manifesta ē.
Minor pꝫ sic. In persona nō ē nisi substantia ⁊ ꝓ-
prietas. ⁊ substātia illa est deitas. quia est deus. ⁊ de⁹
nō alio ꝙ seipō. quia tūc esset per participationem. g̃
seipō est deus. ⁊ deitate est deus. ⁊ substantia que est
de intellectu persone. est ipa natura per essentiam. et
similiter ꝓprietas est essentia vt supra probatum est.
restat ergo primum ꝙ nihil addit. Item si addit.
aut addit aliud. aut idem. Addere idem sibi non est
intelligibile. Si aliud. aut ergo aliud substantialiter
aut accidentaliter. Nō accidentaliter. quia nō est ac-
cidens in diuinis. Nec substantialiter. quia tūc eēnt
diuerse ibi substantie. ergo natura s̄m essentiam dif-
ferret a persona. ⁊ hoc ē manifeste falsum. Item si
[illegible] aliq̄d. aut illud est materiale aut formale. Nō
[illegible]le. quia deus est. purus actus. Non forma-
le. quia formale non est nisi respectu materialis. g̃ cū
in deo non sit aliquid materiale. nō poterit addi ali-
quid formale. ergo nullo modo. Item si aliq̄d ad-
dit supra diuinaz naturam. aut est melius diuina na-
tura. aut equale. aut minus. Nō meli⁹ constat. Etiā
non peius. quia tūc esset creatura. Non equale quia
nihil pōt eq̄ri diuine nature. g̃ oino nihil. R° dōm 8
ꝙ cum queritur. vtrū persona siue res nature addat
aliquid supra naturaz. respondendū est ꝙ est loq̄ de
additione dupliciter. aut q̄tum ad rem. aut q̄tū ad
intellectum. Si q̄tum ad intellectum. cuz intellect⁹
hui⁹ nōis p̄sona. siue ypostasis. siue rei nature. inclu-
dat intellectum nature. adhuc tñ dat intelligere ali-
quid qḋ necessario est compositio circa intellectū et
additio. Et hoc patet. persona cū dicitur suppositū
rationalis nature distinctum proprietate. ecce intel-
lectus persone ex pluribus intellectibus cōponitur.
⁊ cadit ibi intellectus nature. ergo constans ē ꝙ q̄tū
ad intellectuz addit persona supra naturā. Iste aūt
intellectus falsus non est. quia nec naturam per illā
additionem distinguit. nec componit personaz. Nō
distinguit naturam. quoniā ⁊ si addat supra intelle-
ctum nature proprietatem. non tamē addit in recto
vt intelligas personaz eē naturā ꝓprietate distinctā.
sed in obliquo est intelligendū personam esse suppo-
situm rationalis nature distinctuz. siue ꝙ est ypost-
sis distincta. ⁊ iō non ponit distinctionem circa natu-
ram. nec intelligit eaz distingui. Rursus personā nō
componit. nec aliquid ei quod non sit in ipsa impo-
nit. ⁊ hoc patet. quia intellectus sanus ⁊ fidelis intel-
ligit ⁊ credit personam esse simplicissimaz. intelligit
eam nihilominus esse perfectissimam. vnde sicut
circa essentiam propter hoc ꝙ perfectissima est. intel-
ligit omnes conditiones nobilitatis ⁊ vere. quia ibi
sunt. ⁊ tamen illas ꝯditiones q̄uis intelligat vt mul-
tas. scꝫ potentiam. sapientiam. bonitatem. cum cre-
dat ⁊ sciat omnia hec in deo vnū esse. intellectus nec
est falsus nec vanus. quia non ponit in deo quod nō
sit nec componit deum. Per hunc modum se ha-
bet circa intellectum persone. Unde ipam dicit sim-
plicem. quia q̄uis in ipsa dicat naturam esse et vere
naturam. ⁊ suppositum quod est vere suppositum. ⁊
proprietatē que vere est proprietas. tamen dicit hec
omnia esse vnum. ⁊ vnum esse alteruz. re ergo existē-
te simplicissima vere est additio ⁊ compositio circa i-
tellectum sine veritate ⁊ falsitate. Si autem loqua-
mur a parte rei. sic dōm ꝙ cum additio ex parte rei
ponat compositionem. ⁊ diuina persona simplicissi-
ma sit. ꝙ impossibile est omnino ꝙ ibi sit aliqua ad-
ditio. ⁊ ita s̄m rem nihil addit res nature supra na-
turam. Sed tamen videtur illud non intelligibile ꝙ
persona sit distincta s̄m rem ⁊ essentia non. ⁊ cū nul-
la est additio. ⁊ nulla differentia s̄m rem inter perso-
nam ⁊ naturam. ⁊ ad hoc qualitercūqꝫ intelligendū
cum hoc sit supra vires humani intellectus. notan- 9.
dum sicut vult Richar. ꝙ ē distinctō ꝑ qualitatez. ⁊
distinctio ꝑ originē. Distinctio ꝑ qualitatē ē in crea-
turis. nec pōt esse sine additōne. qꝛ hec distinctio ha-
bet ortū ex additione materie ad formā. Distinctio
aūt per q̄litatē dī qua vnus distinguit̄ ab alio per ꝓ-
prietates absolutas. vt patet cū vn⁹ ē alb⁹ ⁊ alter ni-
ger. Distinctio ꝑ originē ē cū vn⁹ ꝓducit ⁊ alter pro-
ducit̄. Et quēadmodū distinctio ꝑ qualitatē vera di-
stinctio. est ⁊ s̄m rem. ita distinctio per veram origi

nem vera est distinctō. sicut eni vn⁹ nō pōt simul esse
albus ⁊ niger. ita nō pōt vn⁹ ⁊ idē ꝓducere seipsuz.
Quoniā ergo i diuinis intelligit̄ eē vera origo. ideo
intelligitur ibi esse vera distinctio. ¶Rursus. cuz intel
ligo patrem producere. intelligo ipsum seipso produ
cere. sicut cum intelligo diuinam substantiaz agere.
intelligo ipām seipā agere. pariratōne ⁊ filium seipō
produci. ergo productio nihil addit. similiter nō po-
nit aliquā cōpositionem circa filiū. ergo cū ibi ē vera
origo. ibi sit vera distinctio. ⁊ origo intelligitur ibi eē
sine additione. ⁊ distinctio sine additione intelligit̄
10 ibi esse. Quāuis autē ꝑsona siue res nature nō se ha-
beat ad naturam per additionem. tamen nihilomi-
nus differt s̄m rōnem. alioqn non esset intelligibile
q plurificaretur persona natura existēte vnica. Dif
11 ferentia aūt s̄m rationem est. quia essentia nō oritur
ab essentia. nec se habet ad aliā essentiam. sed perso-
na bene oritur a persona. ⁊ se habet ad illaz. Si tu q̄
ras rōnem huius. R° quia vnitas ⁊ nobilitas diuini
esse non admittit circa essentiam plurificationem si-
cut circa personam. ⁊ huius ratio tacta ē supra disti.
ix. Quoniā ergo modus se habēdi ad aliū ⁊ oriendi
ab alio non ponit cōpositionem in persona s̄m rem.
s̄ distinctōnem realem ab alia persona. ideo modus
ille cōparatus ad essentiā vel personā cuius est mo-
dus. tn̄ est. compatus ꝯo ad illum ad quem est. cum
faciat distinctionē s̄m rem. vere res est. ⁊ ita vno mō
facit differre re. alio modo rōne. Hinc ē q q̄uis vna
persona non sit alia. tamē res nature est natura. Pa
tet ergo q ista sunt cōpossibilia q ꝑsona simplex sit
⁊ nihil addat supra naturaz. nec differant nisi rōne.
⁊ tamē hec est communicabilis. s. natura. illa incōmu-
nicabilis. s. ꝑsona. hec distincta illa idistincta. Cō
cedende ergo sunt rōnes proȝantes q persona siue
res nature nihil omnino addat s̄m rē supra naturā.
12 Ad illud qd̄ obijcitur. q aliud ē res nature. aliud
natura. ⁊ similit̄ q aliam habent rationem persona
⁊ natura. potest dici. q Boetius ⁊ Hyla. loquūtur i
creaturis. Si aūt intelligamus in deo. tūc dicem⁹ q
est diuersitas rōnis que fundatur non super absolu-
tum s̄ super respectiuū. qui nullam inducit cōpositō
nem. nam essentia nō refertur. ꝑsona aūt refertur et
oritur. nec tamē est cōposita. qꝛ ipā est suus respect⁹.
13 Ad illud qd̄ obijcit̄ q simplicius ē qd̄ i pluribus
repitur. dōm. q repiri in pluribus hoc est dupliciter
Aut ita q vnū illoꝝ alicubi potest esse vbi nō est al-
terū. vt homo est in pluribus hominibus. ⁊ sic habet
ꝓpositio veritatē. Aut ita in pluribus q vnū non est
sine alio. ⁊ sic ē in personis. nam vna non ē sine alia.
⁊ sic non habet veritatez. Nam sicut natura ē semp
⁊ vbiqꝫ. ita ⁊ persona. ⁊ sic patet q nihil addit nisi a
14 quo artetur. Ad illud qd̄ obijcit̄ q maioris est ab
stractionis ⁊c̄. dōm. q illud habet veritatē vbi illud
a quo abstrahit̄ aliquā facit cōpositionem cū eo qd̄
15 abstrahitur. sic aūt nō est in deo. Ad illud qd̄ obij-
citur. q affirmatio ⁊ negatio nō est simul vera de eo-
dem. dōm. q q̄tulacūqꝫ differentia rōnis sufficit ad
affirmationē ⁊ negationem. Vn̄ intelligenda ē pro-
positio de eodez re ⁊ rōne. ⁊ ꝑsona aliquo mō differt
16 a natura. licet nō ꝑ additōnem realē. Ad illud qd̄
obijcitur. q quecunqꝫ sunt eadem vni ⁊ eidem inter
se sunt eadem ⁊c̄. dōm. q illud fallit vbi est conueni
entia pluriū tanq̄ in communi. vt oīarum in genere.
Fallit etiam vbi aliqua plura distinguuntur ꝑ suas
origines. vt radij diuersaꝝ stellaꝝ in vno puncto ae
ris vniūtur. ⁊ tamen adinuicem distinguūtur. Quo
niā ergo diuine ꝑsone in natura conueniūt tanq̄ in
vno communi. ⁊ ꝑsone distinguūtur adinuicem ꝑ ori-
ginem. ideo patēs est q non valet. Pōt tn̄ dici vera
regula vbicūqꝫ. si sane intelligat̄. Propter qd̄ notan
dū. q q̄dam sunt absoluta. q̄daz respectiua. Diuersi
tas aūt in respectiuis venit nō a ꝑte subiecti. verum
etiā rei ad quā referūtur. in his nō est regula nisi in-
telligat̄ ad idē. q̄m ꝑsone ꝑ suas ꝓprietates referun-
tur. q̄uis vnū sint i natura. quia tn̄ nō sunt ad vnū.
ideo nō sequit̄ q sint idem. ⁊ sic patet illud.

Questio. ij. b

Utrum in diuinis sit ponere ꝓdicatōnem. sꝫ vt res
nature siue ꝑsona ꝓdicet̄ de natura vel ecōuerso. Et
q non videt̄. Boetius in li. de trini. deus ē forma si-
ne subiecto. sed vbi nō est subiectum. non est ꝓdica-
tum. g̃ ⁊c̄. Item dyoni. dicit q negationes de deo
sunt vere. affirmationes ꝯo incōpacte. sed vbi est ve
re aliquid de aliquo ꝓdicare. est ⁊ vere affirmare. sed
in deo nō cōtingit vere affirmare. g̃ ⁊c̄. Item hoc
ipm videtur rōne. quia vbicūqꝫ est ꝓdicatio ibi ē cō-
plexio. g̃ ⁊ cōpositio. sed in deo nulla ē complexio. g̃
⁊ nulla cōpositio. g̃ ⁊ nulla predicatio. Itē in omi
predicatione subiectū se habet ad moduz materie. s̄
in diuinis nec est repire materiā nec modū materie.
ergo nec ꝓdicationez. Item si est ibi ꝓdicatio. aut
predicat̄ idem de eodem. aut aliud de alio. Si idē de
eodem. nullus ex hoc capitur intellect⁹ alius q̄ si nō
esset ꝓdicatio. vt patz cū dicit̄. homo est hō. Si aliud
de alio. ergo in diuinis ē aliud ⁊ aliud. g̃ compositio.
Item si ē ibi predicatio. aut ꝓdicat̄ res nature de
natura. aut ecōuerso. Res nature nō potest ꝓdicari
de natura. quia res nature se habet ꝑ modū suppo-
si. g̃ eius est subici nō ꝓdicari. g̃ si ꝓdicat̄. tūc g̃ natu
[illegible] de re nature. Sed ꝯtra. Natura ē forma. s̄ ois
forma dī relatiue ad informatum. nullū aūt relatiuū
dī de suo correlatiuo. g̃ natura nō predicat̄ de re na-
ture. g̃ non est predicatio. Item q̄ habent opposi-
tas ꝓprietates vnū non ꝓdicatur de altero. s̄ essentie
vel nature ꝓprietas est communicabilitas. persone ꝯo
incōmunicabilitas. g̃ vnū de altero nō predicat̄. nec
vna persona de altera. constat g̃ ibi nullā esse ꝓdica-
tionem. Item Dam̄. substantia de ypostasibus ꝓ-
dicatur. Item rōne videtur. qꝛ fides habet obie
ctū verū. ⁊ habet obiectū deū. g̃ verū est ponere in di-
uinis. sed falsitas ⁊ veritas circa cōpositōnem sunt.
veritas inquā. circa quā est credulitas vel opinio. g̃
in diuinis est ponere compositōnem. g̃ ⁊ ꝓdicatōez.
Item vbicūqꝫ est vere commune ⁊ ꝓpriū. ibi est ve-
re ponere predicatōnem. sed in diuinis est vere repi-
re commune ⁊ ꝓpriū. quia natura vere ē communis. ⁊ ꝑ
sona propriū siue cōmunicabile. g̃ ⁊c̄. Itē hoc ver
bum est. est nota idēptitatis. sed omnis predicatio ē
mediāte hoc verbo est. ergo omnis predicatio signū
est idemptitatis. sed vbi vere est significatum. vere ē
⁊ signū. sed in deo ꝓprijssime ⁊ verissime est idempti
tas sicut probatum est. quia res nature nō addit su-
pra naturam. ergo proprijssime predicatio. Et hoc ē
quod dicit Boetius. q nulla verior predicatō illa in
qua idem de se ꝓdicatur. si ergo hoc est in diuinis. er
go omnes ꝓdicatōes i diuinis sunt verissime. R°
dōm. q ē ꝓdicatio ꝑ idēptitatē. ⁊ ē ꝓdicatio ꝑ inherē 17
tiā. ⁊ vtrāqꝫ ē in deo repire. Per inherentiā. vt cū df

pater generat. vel deus creat. Per identitatem. vt cū
dicitur. pater est generatio. vel deus est creatio. Pre-
dicationem aūt ꝑ identitatem est repire in deo ꝓpri-
issime. ꝓpter ipsius rei qualitatem. qm̄ ibi est summa
identitas. vnde om̄es locutiones importantes vni-
tatem ibi sunt verissime. Predicationem aūt ꝑ inhe-
rentiam est ibi repire ꝓpter intellectus nostri defecti-
bilitatē. Quā licet actus in diuinis sit dei substantia
⁊ ipsa ꝓprietas. etiam quia intellectus noster intelli-
git partes inferiores. ⁊ enūciat ꝑ vocabulum rerum
inferiorū. tenet modum enunciandi quem habet cir-
ca inferiora. ⁊ ideo p̄dicat per modū inherētie. ꝗuis
om̄ia que in deo sunt realiter habeant modū substā-
tie. Intellectus tamē iste nō est falsus. qm̄ queadmo-
dum intellectus abstrahens lineam a materia nō est
falsus. qr modū illis non ponit circa rē sed circa suū
intelligere. similiter intellectus noster in diuinis cō-
positionem nō ponit circa rem sed circa suum intelli-
gere ⁊ suū exprimere. Quis enī in deo sit sūma sim-
plicitas. tamen exprimi non potest nisi per composi-
tionē. ⁊ ideo bene dicit Aug. ꝙ verius est deus ꝙ̄ co-
gitat̄. ⁊ verius cogitat̄ ꝙ̄ dicit̄. Nam ⁊ si intellectus
aliquo modo ꝑ intelligentiā ascendat ad contuitū
simplicitatis. non tamen potest hoc exprimere voce
18 simplici sed composita. Ad illud ergo quod ob-
iicitur ꝙ in deo nō est subiectum. dō. ꝙ verū est ꝗ̄tū
ad rem. est tamē ꝗ̄tum ad modum intelligendi siue
19 enunciandi. Ad illud quod obi̅ ꝙ affirmationes
sunt incompacte. dōm ꝙ hoc dicit̄. qr nullum nomē
exprimit diuinā essentiam sicut est oīno. Vel dic ꝙ
in affirmatione notat̄ identitas. ⁊ hec vere est in deo
a parte rei. ⁊ est compositio. ⁊ respectu hui⁹ est incō-
20 pactio. qr nulla est ibi realis compositio. Ad illud
quod obi̅ de compositione vel cōplexione. Dōm ꝙ
illa complexio in sermone significat compositionem
21 in intellectu sed vnitatem in re. Ad illud qd̄ obii-
citur ꝙ modus materie nō cadit in deo. dōm. ꝙ verū
est. qr nō cadit modus materie vt ex qua. modus au-
22 tem vt de quo ⁊ in q̄ bene cadit. Ad illud qd̄ obii-
citur. aut idem predicat̄ de eodē. dōm ꝙ aliquando
idem est re. diuersum tn̄ s̄m rationem intelligendi ⁊
dicendi. vt bonitas ⁊ substantia. Aliquando idē s̄m
substantiam. diuersum s̄m modum se habendi. vt ꝑ-
sona est sub̄a. siue relatio est substantia. ⁊ deus gene-
rat. ⁊ ideo aliquis intellectus capit̄ ex complexione.
23 qui nō capit̄ ex simplici voce. Ad illd̄ qd̄ q̄rit̄. vtꝝ
res nature predicet̄ de natura. dōm ꝙ p̄dicatione ꝑ
identitatem vtrūqꝫ de altero predicatur. nec est pre-
24 dicatio ratione forme. nec ratione materie. sed ꝑ in-
herentiam. qr cōmune predicatur de ꝓprio. vt pat̄ est
25 deus. Quod ḡ obiicit̄ ꝙ natura est forma. Rō. ꝙ for-
ma vno modo dicit̄ relatiue ad informatū. ⁊ sic nō ē
accipere in deo. Alio modo absolute quod caret ma-
26 teria. et sic est in deo. ⁊ sic patet illud. Aliter potest di-
ci ꝙ dici relatiue est dupliciter. vel s̄m esse vel s̄m di-
ci. Scdm̄ dici vt videns ad visum. ⁊ intelligēs ad in-
tellectum. ⁊ sic vnū de altero predicat̄ s̄m esse. vt pa-
ter ad filium. ⁊ sic nō predicat̄. Natura enī non dicit
respectum ad ꝑsonam s̄m esse. sed s̄m dici. et talis re-
spectus importat̄ cum dicit̄. ꝙ natura est forma re-
spectu rei nature. hinc est ꝙ dicit̄ ratione illius respe-
ctus. tres ꝑsone vnius essentie vel nature. ⁊ vna na-
tura trium ꝑsonarum. nō tn̄ dicit̄ tres persone vni⁹
dei. Nam hoc nomē deus nō importat respectū s̄m
dici ad ꝑsonam sed solum ad creaturam. Ideo dicit̄
deus abraam. ysaac ⁊ iacob. Ad vltimū dicendū 27
ꝙ communicabilitas ⁊ incōmunicabilitas non sunt
opposite ꝓprietates. sed sic differunt. sicut habere ꝓ-
prietatē ⁊ nō habere. Quia enī ꝑsona habet ꝓprieta-
tem relatiuam. ideo distinguit̄ ⁊ est incommunicabi-
lis. sed qr essentia caret illa ꝓprietate. ideo cōmunis ē
⁊ cōmunicabilis pluribus. ⁊ ideo nō distinguūt̄ ab-
inuicem. Vel potest dici ꝙ cōmunicabilitas nō est ꝓ-
prietas distinguens etiam in creaturis. Unde ꝗuis
homo sit cōmune ⁊ petrus ꝓprium. nō tn̄ impeditur
quin homo dicit̄ in petro. quātomagis in deo illa ꝓ-
positio intelligit̄ de ꝓprietatibus seꝑantibus ⁊ distin-
guentibus illa in quibus sunt abinuicem.

Questio. iij.

Utrum in diuinis sit ponere appropriationē. Et ꝙ
sic videt̄. quia ꝑ cōmunia est deuenire ad intellectū
ꝓprioꝝ. sicut patet ꝙ ꝑ memoriam. intelligentiam. et
voluntatem venit̄ in cognitionem trinitatis. similit̄
ꝑ vnitatem. veritatem. ⁊ bonitatem in quibus consi-
stit ratio vestigij. sed nō deuenit̄ a cōmunibus ad ꝓ-
pria. nisi communia aliquo modo approprient̄. cū ḡ
sit deuenire in diuinis ꝑ communia ad cognitionem
ꝓprij. est ibi appropriatio. Ad hoc est autoritas sacre
scripture que appropriat cōmunia personis. vt potē-
tiam patri. sapientiam filio. ⁊ bonitatem spūisancto.
Sed ꝯtra. sicut se habet ꝓprium ad commune. ita
commune ad ꝓprium. s̄ ꝓprium non potest commu-
nicari nisi falso. ḡ nec cōmune appropriari. sicut ḡ ꝓ-
prium patris nunꝗ̄ alijs fit cōmune. sic nec cōmune
ꝓprium. Item appropriatio in diuinis aut est scdm̄
rem. aut s̄m intellectum. Si s̄m rem. sed vbi est ap-
propriatio s̄m rem. aliquid plus dicit̄ de illo cui ap-
propriatur. ergo in diuinis est prius ⁊ posterius ꝗ̄tū
ad essentialia. quod est incōueniens. Si s̄m intelle-
ctū. sed intellectus illi appropriat̄ cui magis indicat
cōuenire. ḡ cum magis indicet intellectus inesse sapi-
entiam patri tanꝗ̄ antiquiori. illi debet appropriari.
sed appropriat̄ in contrarium. ḡ appropriatio est cō-
tra intellectum. nō ergo attendit̄ s̄m intellectum.
Item vbi est appropriatō. prius est s̄m rationē in-
telligendi ꝓprium ꝙ̄ appropriatum. ratio enī appro-
priationis ꝑ prius est in ꝓprio. ḡ cum appropriatū
sit commune. s̄m rationem intelligendi ꝑus erit pro-
prium ꝙ̄ commune. quod est inconueniens. Rō. 28
dōm ꝙ de appropriatis est loqui dupliciter. Aut ꝗ̄-
tū ad id qd̄ significāt. aut ꝗ̄tū ad ordinē quē ꝯnotāt
Si ꝗ̄tum ad significatū. cū illud sit cōe. ⁊ oib⁹ ꝯueni-
at ꝑsonis ꝑ indifferentiā. nō ꝯuenit appropriari rōne sum-
pta a pte rei. appropriat̄ tn̄ rōne sumpta a pte intelle-
ctus nostri. ꝓpter errorem amouendū. Quā enī intel-
lectus carnalis in pr̄e carnali videt defectū potētie. ⁊
in filio defectum sapie. ⁊ in s.s. intelligit furorem ira-
cundie. iō spūalis intellectus vt eleuet a carnalitate.
potentiam patri attribuit. ꝗuis nō magis cōueniat
ei. sed ne minus videat̄ ꝯuenire. ⁊ sic de alijs. Si au-
tem loquamur ꝗ̄tū ad ordinē vel originē quē conno-
tant. sic appropriant̄ a parte rei ꝓpter ꝯuenientiā cū
ꝓprijs ꝑsonarum. vnde qr pater a nullo est. ⁊ filius a
patre. ⁊ spūssanctus ab vtroqꝫ. ⁊ hmōi ordo attendi-
tur in potentia. sapia. ⁊ bonitate. iō patet rō appropri-
andi. Vñ illa q̄ nō cōnotant aliquo modo ordinē vel
originē nō sunt appropriabilia. Ad illud ḡ qd̄ obi̅ 29
ꝙ ꝓpriū nō coicat̄. ḡ ⁊c. dō. ꝙ nō est sile. quia ex hoc

q̃ communiter appropriat̃ nõ attribuit̃ nisi ei cui con-
uenit. Sed si ꝓpriũ fiat commune. tunc attribuitur ei cui cõ
50 uenit. et ideo nõ est simile. Ad illud qd querit̃. vtrũ
appropriatio sit sm rem vel sm intellectũ. dd. q̃ p hoc
qd est scdm. põt dici vis appropriatiua siue appropri-
ans principiũ. vel põt hoc qd est sm. importare rõnem
appropriandi. Si pmo modo. sic cũ apropare sit vir-
tutis cognoscẽtis. sic appropriatio est sm intellectum
nrm. Si aũt sm dicat rõnẽ appropriandi. sic vno mõ
est sm rẽ. s. q̃tũ ad ordinẽ pnotatũ. alio mõ sm intel
lectũ q̃tũ ad significatũ. vñ intellectus appropriat̃ ꝓ-
pter intellectũ. sed nõ idẽ intellect⁹ ꝓpẽ sc. s intellect⁹
sanus et fidelis. ꝓpter intellectum carnalẽ. nõ vt cum
eo ꝯcordet. sed vt ei obuiet. et iõ cũ intellectus carnalis
credat parũ de potẽtia in patre. spũalis appropriat ei
potentiã. nec tñ intellectus est falsus. qr nõ intelligit
plus esse de potentia in patre. sed nõ minus q̃ in filio.
Si aũt potentia appropriaret̃ filio. tũc intellect⁹ car-
nalis plus credit esse in filio. et iõ falsus est. et sic patz
51 illud. Ad vltimũ dõm. q̃ appropriatum sm id qd
est. prius est sm rõnẽ intelligendi q̃ ꝓprium. approp
atum aũt sub hac intentione cõsequit̃ rõnem ꝓprij. et
hoc nullum est inconueniens.

Questio. iiij.

Utrum in diuinis sit ponere translationem. Et q̃ sic.
videt̃ in libro de trini. Sunt nomina que translati-
ue et p similitudinem deo dicunt̃. Item Dyoñ.
de diui. no. theologi tanq̃ innominabilem deum lau
dant ex omni nomine. sed hoc nõ põt esse nisi p transla
tionẽ. ergo in diuinis est ponere translationẽ. Itẽ
hoc videt̃ ratione. qr sacra scriptura dicit deũ irasci et
dolere. sed hoc nõ potest dici ꝓprie. ergo necesse est q̃
dicat̃ translatiue. sed inter omnia que ꝯtingit nomi-
nare. dolor et ira maxime distant a deo. ergo si hec cõ
tingit transferre. et omnia alia nomina.. Item per
que contingit rem intelligere. ꝯtingit et significare. et
p que contingit significare. cõtingit et nominare. sed p
omnia creata cõtingit deum intelligere. ergo et nomina-
re. Sed ꝯtra. Omnes transferentes sm aliquam si
militudinẽ transferunt. sed dei ad creaturam nulla ẽ
similitudo. cum sit summa distãtia. ergo et cetera. Itẽ simi-
litudo est relatio equiparantie. ergo si ꝓpter similitudi
nẽ ꝯtingit nomina creaturarum transferre ad creatorem.
p ratiõe et econuerso. sed illa nõ transferunt̃. ergo nec
ista. Item similitudo est ratio trãslationis. ergo no
mina rerum magis deo similium magis debẽt ad deum
trãsferri. talia autẽ sunt nomina angelorũ. ergo illa
transferunt̃. querit̃ ergo que nomina debeant trãsfer-
ri. et que non. R°. dd. q̃ ratio vel finis trãslationis 52
duplex ẽ. Una inquã ẽ laus dei. alia manuductiõ in-
tellectus nri. Propter laudem dei necessaria est trãs
latio. Quoniam cũ deus multum est laudabilis. ne ꝓ-
pter inopiam vocabulorum contingeret cessaria lau-
de. sacra scriptura docuit nomina creaturarum ad deũ
transferri. et hoc in numero indefinito. vt sicut om-
nis creatura laudat deum. sic deus laudet̃ ex omi no
mine creature. et qui nõ poterit vno nomine laudari
tanq̃ supexcellens omne nomen. laudaretur ex omi
nomine. Alia ratio est manuductio intellectus no-
stri. Quia cũ p creaturas ad cognoscendũ creatorẽ
venimus vt plurimum. fere omnes creature habent
ꝓprietates nobiles. que sunt ratio intelligendi deum.
vt leo fortitudinem. agnus mansuetudinem. petra so
liditatem. serpens prudentiam. et consimilia. iõ opor
tuit plura nomina transferri ad deum. Quoniam er
go finis imponit necessitatem his que sunt ad finem.
cum translatio sit ad laudem dei. ideo nomina impor
tantia deformitatem non debent transferri. vt diabo
lus. buffo. vulpes. quia magis transferunt̃ ad vitupe
rium q̃ ad laudem. Rursus qr translatio est ꝓpẽ no
stram instructionem. et similitudo incipiens a notio
ri. est via cognoscendi. ideo est translatio a creaturis
tanq̃ a notioribus ad creatorem. sed nõ cõuertitur.
et quia magna similitudo mater est falsitatis. ido nõ
transferũtur nomina multum similia. sicut sũt nomi
na angelorum. ne forte angelus credat̃ esse de⁹. Per
hoc patet q̃ translatio est in diuinis q̃tum ad nomi
nũ multiformitatem. ratione cuius dicit̃ deus omni-
nominabilis. et patent omnia preter primũ. Quod cũ
obijcit̃ q̃ nulla est similitudo. quia summa est distã- 53
tia. Dõm. q̃ et si non est similitudo p vnius nature
participationem. est tamen similitudo sm analogiã
et habitudinẽ. et hoc in cõparatione ad effectus. Sed
de hoc magis alibi habitum est.

Distinctio. xxxv. de scientia dei in generali sm se.

Umq; supra disseruerimus ac plura dixerim⁹. Supra egit magister de sacramento trinitatis et vnita
c tis. in hac pte agit de conditionibus sm quas est in deo ratio causalitatis. que sunt potentia. sapien-
tia. et voluntas. Habet autem hec pars tres partes. In quarum prima agit de scientia. In secunda
de potentia. infra distinctione. xlij. Nunc de omnipotentia dei agendum est. In tercia de voluntate. infra dis.
xlv. Iam de voluntate dei et cetera. Prima pars habet tres. In prima agit de scientia in generali sm se. In secun-
da. agit de modis diuine cognitionis. vtrum deus cognoscat mutabiliter vel immutabiliter. et quomodo. di.
xxxviij. Nunc ergo ad ꝓpositum reuertentes. In tercia uero agit q̃tum ad speciales effectus. infra dis. xl. Pre
destinatio uero est de bonis salutaribus. Prima pars diuidit̃ in tres. In prima magister determinat de ipsa dei
scientia. In secunda qr res agnite sunt in sciente p modũ scientis. ideo determinat quomodo res sunt in deo.
infra di. xxxvj. Solet hic queri. cum omnia dicant̃ esse in dei cognitione. In tercia uero incidenter determinat
quomodo deus est in rebus. infra dist. xxxvij. Et quoniam demonstratum est ex parte. Prima pars que cõ
tinet presentem distinctionem. tres habet partes. In prima cum dei scientia sit vna. determinat quomodo
sortitur plura nomina. In secunda cum dei scientia vel prescientia sit eterna. determinat q̃modo se habeat ad
temporalia vel creata. ibi. Hic considerari oportet. vtrũ scientia vel prescientia. In tercia cum dei scientia sit
ens. quomodo cognoscat non entia. ibi. Propterea omnia dicunt̃ esse in deo et cetera. In prima ptẽ seipm ꝯtinu-
ans dicit q̃ diuina essentia plura habet nomina ꝓpter connotata. In secunda dicit q̃ dei sciẽtia esset. si nihil
futurum esset. et esset scientia. sed nõ diceret̃ prescientia. In tercia ostendit q̃ omnia habent rationes in deo
p quas cognoscuntur. et sunt in ipso. et ita omnia sunt sibi presentia. et sic patet diuisio et sententia. Subdiuisi
ones cũ partium manifeste sunt in litera.

di.xxxv

De scīa dei. que cū sit vna. quō sortit̄ plā noīa. a

Unq̄ȝ supra disseruerimus ac plura dixerim⁹ de his cōmuniter que ſm substantiam de deo dicunt̄. [a]cor̄ tm̄ quedam specialem efflagitant tractatum. de quibus [b]ammodo tractandum est. i. de scientia. prescīa. prouidentia. dispositione. predestinatione. voluntate. τ potentia. Sciendum ḡ est. q̄ sapientia vel scientia dei. cuȝ sit vna τ simplex. tm̄ ꝑpter varios rer̄ status. τ diuersos effectus. plura ac diuersa sortit̄ nomina. Dicitur eīm nō tm̄ scientia. sed etiam prescientia vel ꝓuidentia. dispositio. p̄destinatio. Et est prescientia siue ꝓuidentia non de futuris tm̄. ſ3 de omnibus. de bonis. s. et de malis. dispositio vō de faciendis. Predestinatio de omnib⁹ saluandis. τ de oībus bonis. quib⁹ τ hic liberant̄ τ in futuro coronabūt̄ Predestinauit eīm deus ab eterno hoīes ad bona eligendo. τ predestinauit eis bona p̄pando. Qr hoīes p̄destinauit. apl's ostendit dicens. Predestinauit q̄s p̄sciuit fieri cōformes imaginis filij sui. Et alibi. Elegit nos ante mūdi ꝯstitutionē. vt essem⁹ sancti τ immaculati. Quot aūt bona eis prepauerit. ꝓpheta Esa. ostēdit dicens. Oculus nō vidit deus abs te que prepasti diligentibus vel expectantibus te. Ergo ab eterno p̄destinauit quosdam futuros bonos τ beatos. i. elegit vt essent boni τ beati. τ bona eis predestinauit. i. p̄pauit. Prouidentia aūt est gubernandor̄. q̄ vtiq̄ȝ eodeȝ modo videt̄ accipi q̄ dispositio. Interduȝ tm̄ ꝓuidentia accipit̄ ꝑ prescientia. Sapientia vō vel scīa de oībus est. s. bonis τ malis. τ de presentib⁹. p̄teritis. τ futuris. τ nō tm̄ de tempalibus. sed etiaȝ de eternis. Nō enim ita scit deus ista tpalia vt seip̄m nesciat. s3 ipe solus seip̄m pfecte nouit. cuius scie compatiōe. oīs creature scientia impfecta est.

Predestinare quid sit. Ro. viij. Eph. j. j. Cor. ij.

De quibus ꝓuidentia. De sapiētia vel scīa. τ de quib⁹

Cū dei scientia vel p̄scientia sit eterna. quomodo ḡ se habet ad temporalia vel creata. b

Hic considerari oportet. vtrū scīa. vel p̄scīa. vel dispositio. vel p̄destinatio. potuerit esse in deo. si nulla fuissent futura: Cum eīm prescientia sit futuror̄. τ dispositio faciēdor̄. τ p̄destinatō saluādor̄. si nulla eēnt futura. si nihil eēt factur⁹ de⁹. vl' aliq̄s saluatur⁹. nō videt̄ potuisse in deo esse p̄scīa. vel dispositō. vl' p̄destinatō.

a Eorum tm̄ quedā̄ specialem efflagitant tractatū. Contra. aut eīm ista efflagitāt spālem tractatū q2 sē difficilia. aut q2 sunt appropriata. Si q2 sunt difficilia. ſ3 alia etiam sūt difficilia. sicut simplicitas. veritas. immutabilitas. Si q2 sūt appropata. ſ3 silr sūt vnitas τ equalitas. R̄n⁹. dōm q̄ ista efflagitāt spālē tractatū triplici ex cā. tū q2 sunt difficilia. tū q2 multa de ipis in scriptura sunt determinata. tū etiaȝ q2 dicunt respectū ad creaturā. τ ſm has cōditiones attendit̄ rō cāe in diuina natura. ideo q2 debebat facere transitū ad creaturas siue ad creationē. τ ad hec p̄exigit̄ in cā posse scire τ velle. q̄ faciūt cām esse pfectaȝ. iō tractatū illū in medio collocauit int̄ tractatuȝ de trinitate. et tractatū de rerū vniuersitate. ſ3 q2 hmōi se tenēt a deo τ a deo sustentant̄. iō tractatus iste in p̄mo li. ponit̄.

b Ammodo tractādū ē. i. de scīa τc. Videt̄ hic male dicere. q2 potētia p̄cedit sciam et voluntatē. ḡ male ordinat in ꝓposito τ male in exequendo. R̄o. 1
dōm q̄ duplex est loqui de istis. aut in sua gnālitate. aut vt concurrunt ad vnū effectum. Si in sua generalitate. sic cum scientia sit respectu bonorum τ malorum. faciendorum τ nō faciendor̄. prior est ſm rōnē intelligendi q̄ potētia. Et potētia cū sit respectu faciendor̄. τ nō faciendor̄. por est volūtate que est respectu faciendor̄ bonor̄ tm̄. Si aūt loq̄mur de his ꝓut ꝯcurrūt ad vnū effectū. sic potētia inq̄tum potēs est p̄ma. inq̄tū exequēs est vltima. Prius eīm est posse. deinde scire. τ post velle. τ postremo ē facere. quod est ipius potētie. Et q̄tum ad hunc actū mgr̄ ponit hic vltimo loco potētiā. ſ3 in executiōe cōsiderat odinē ſm maiorē generalitatē τ minorem. c Sapia vel scīa dei τc. diuersa sortit̄ noīa. q̄. s. sunt scīa. p̄scientia. ꝓuidentia. dispositio. predestinatio. q̄r̄ quō distinguunt̄ hec noīa. et videt̄ q̄ insufficient̄ enumeret. q2 nō solum est ponere in diuinis p̄destinationē. verū τ reprobationē. R̄o. dōm q̄ hmōi noīa distinguunt̄ sic. 2
Diuina cognitio pōt considerari. aut in se. aut in compatiōe ad creaturas. Si in se. aut ꝓut dicit pure cognitionem ꝑ modum speculationis. aut ꝓut dicit speculationē iunctā affectioni. Primo mō est scīa. scdo modo est sapientia. Vel sic. aut dicit cognitionē simplicē. aut ꝑ rōnē nobilissimam sicut ▮ causas nobilissimas q̄ ipe deus sunt. Primo mō est scīa. scdo mō est sapia. Si aūt cōsideret̄ in ꝯpatiōe ad res. hoc pōt eē dupliciť. Aut connotat euentum. et sic est prescientia. Aut effectuȝ. et hoc dupliciter. aut in cōseruando. aut in gubernando et sic est ꝓuidentia. Aut in efficiēdo. et hoc dupliciter. aut q̄tum ad bonum nature. τ sic est dispositio. aut q̄tum ad bonum supadditum. τ sic est predestinatio. Aut q̄tuȝ ad eius priuationem. et sic reprobatō. Sed q2

Potuit aũt de⁹ nulla prescire futura. potuit nõ creare
aliquid. vł non saluare aliq̃s. Potuit ḡ in deo non eẽ
p̃scia. vel dispositio. vł predestinatio. Ad h̃ aũt ita a q̃
busdã opponiť. Si inquit potuit p̃scia dei nõ eẽ in dõ Oppositio
ab eterno. ⁊ potuit nõ esse. Si v̾o potuit nõ esse. cũ pre
scia dei sit ei⁹ scia. ⁊ scia sit ei⁹ essentia. potuit ḡ nõ esse
ab eterno id qđ est diuina eẽntia. Ita ⁊ de dispositiõe
⁊ p̃destinatione q̃ est diuina eẽntia obijciũt. Addũt q̃
⁊ alia ita loquẽtes. Si potuit de⁹ nõ p̃scire aliq̃. cũ idẽ
sit deo p̃scire qđ scire. ⁊ scire qđ esse. potuit ḡ non esse.
Itẽ cũ idẽ sit deũ p̃sciũ esse. ⁊ deũ eẽ. si potuit nõ esse p̃
scius. potuit nõ esse deus. Potuit aũt nõ eẽ prescius.
5 deū. Rꝰ. dđ. qꝛ esse in deo. vel ꝑ deū pōt accipi vel ſm aptitudinē. vel ſm actū. vel ſm habitū. Si ſm actū. sic p̄dicta auc̄tas nō est intelligēda p̄cise. qꝛ illa sola sunt in deo. q̄ sūt ex deo vel ꝑ deū. quia mlta deꝰ cognoscit. q̄ sunt in deo. q̄ tñ nō sꝭ ex ipo. nec ꝑ ipm̄. nec erunt. Pōt iterū accipi ſm habitū. ꝛ sic adhuc nō est intelligēda p̄cise. qꝛ multa deꝰ cognoscit ꝛ pōt facere q̄ nō faciet. ꝛ tñ sunt in ipso. nec vnq̄ erūt ex ipso. nec ꝑ ipm̄. Pōt iteꝝ intelligi ſm aptitudinē. ꝛ tūc p̄cise habet veritatē. qꝛ nihil ē in deo. nisi sit aptū eē ex deo. ꝛ ꝑ ipꝫ. ꝛ sic valet ad ꝓpositū. ꝛ sic intelligit mgr̄. ꝛ ꝑ h̄ excludunꝭ mala. qꝛ deꝰ non p̄t facē mala. nec mala p̄nt esse ex ipso.
6 nec ꝑ ipm̄. Quod q̄r. quare nō dicunꝭ res eternaliter eē ex deo ꝛc. dđm qꝛ nō est sile. qꝛ alie ꝓpōnes significāt ꝑ modū fieri. ꝛ motꝰ. et actus. ſ hec ꝓpositio in. ꝑ modū q̄etis. Et qm̄ deꝰ nō fecit nisi ex tpe. nec fuit cā actualiꝭ causans. nec ex tpe. li
7 cet habitudinaliter ab eterno. iō magis dicūꝭ res eternaliter i deo q̄ ex deo. c Mala nō sūt in deo ꝛ paulo post subiūgit. bona cognoscit etiā ꝑ approbationē ꝛ ꝑ bn̄placitū. mala v̄o nō. supple cognoscit deꝰ ꝑ approbationē. Ur̄ male dicere. qꝛ approbatio respicit volūtatē. ſ eē in deo respicit ab eterno exēplaritatē. ꝫ noticia approbatiōis nihil ad h̄ facit. Itē mgr̄ vr̄ insufficiēs in diuisiōe diuie cognitionis. qꝛ sicut bona cogscūꝭ noticia approbatiōis. ita mala noticia reprobatiōis. Itē approbatio aut nihil aut aliq̄d addit supra noticiā simplicē. aut nō. Et si nō. ꝫ nō ē in deo distinguē noticiā ꝛ noticiā approbatōis. Itē si nihil addit. ꝫ sicut sꝭ i deo q̄ cognoscit approbando. ita etiā illa q̄ cognoscit simpliciter. Si aliq̄d addit. ꝫ vr̄ qꝛ diuina noticia sit composita. Si dicas qꝛ addit ſm intellectū. ſ intellectꝰ nr̄ nō facit res esse in deo. ꝫ nec noticia approbatiōis. Rꝰ. dđ qꝛ approbatio supra cognitionē ſm intellectū addit beneplacitū volūtatis. hic aūt bn̄placitū cōnotat bonitatē in deo respectu cuiꝰ ē. qꝛ deo nō placet nisi bonū. ꝛ eē bonū in g̃tū hmōi. deo sile est. si ꝫ ydea dicit r̄oem co/

pra diximus. Cũ dicit p ipm esse oia. nõ negauit in ipo
d esse oia. Eandẽ vim habent omnia hec. scz ex ipo. ⁊ in ipso. ⁊ p ipm. ⁊ vnũ in his atq₃ cõsimile. nõ contrariũ intelligit. Ecce habes. qꝛ ex eadẽ intelligentia scptura dicit oia esse in ipso. ⁊ p ipm. ⁊ ex ipso. vel cũ ipso. Cũ ergo ex eadẽ rõne oia dicant esse ex deo vel p ipm. nõ solũ quia scit. sed etiã quia eoꝝ autoꝛ est. consequit vt eadez rõne ita esse in deo dicant scz qꝛ scit ⁊ eoꝝ autoꝛ
Act. xvij. esse dicit. qꝛ in illo viuimus. ⁊ mouemur. ⁊ sum⁹. quia eo autore sumus. mouemur et viuim⁹. Cũ ergo nõ sit autoꝛ nisi bonoꝝ. merito sola bona in eo esse dicunt sicut ex ipso et p ipm. Cũ g in eius cognitione vel pñtia sint oia scz bona et mala. in eo tñ nõ dicunt esse nisi bona quoꝝ autoꝛ est. Vñ Aug. in li. de natura boni. Cũ audimus inquit ex deo p ipm et in ipso esse oia. oẽs vtiq₃ naturas intelligere debem⁹. et oia que naturalit sunt. Neq₃ enĩ ex ipso sunt pctã q̃ naturã nõ seruant. s viciant. que ex voluntate peccantiũ nascunt omnia. Hic aperte dicit q in illa generalitate locutõnis bona tñ continentur.

Quõ differant oia esse ex deo. et ipm. et in ipso p distinctionẽ personarum. f

Preterea sciendũ est q licet ibi indicet distinctio psonarum cũ dicit. ex ipso. ⁊ p ipm. et in ipso oia. tamẽ ex patre et p patrẽ et in patre sunt. Silr de filio ⁊ spũsancto accipiendũ est. Vñ Aug. in. j. li. de trini. Non con
Roma. xj. fuse inquit accipiendũ est qd ait apl's. ex ipso. ⁊ p ipm ⁊ in ipso. Ex ipso dicens ppter patrẽ. p ipm ppter filium. in ipso ppter spm̃sanctũ. Vigilanter autẽ attende. ne quia patrẽ volens intelligi dixit ex ipso. sic intelligas oia esse ex patre. vt neges oia esse ex filio vel spiritusancto. cuz ex patre. et p patrẽ. et in patre. oia esse sane dici possint. similiter ⁊ de filio ⁊ de spũsancto dicendum est.

Quõ differant ex ipso ⁊ de ipo. i. q nõ oia q̃ ex deo sunt etiã de ipso sunt. s econuerso. g

Illud etiã hic annectendũ est. q nõ oia que dicunt ẽe ex deo. etiã de ipso esse dici debeãt. Quia vt ait Aug. in lib. de natura boni. Non hoc significat penitus ex ipso qd de ipso. Quod enĩ de ipo est potest dici esse ex ipso. sed nõ omne qd ex ipso est. potest dici esse de ipo. quia nõ est de sua substantia. Ex ipso enĩ sunt celum ⁊ terra. quia ipse fecit ea. nõ autẽ de ipso. quia nõ de substantia sua sicut aliquis homo generat filium vel faciat domũ. Ex ipso est filius. ex ipso est ⁊ domus. sed filius de ipso. domus do de terra ⁊ ligno nõ de ipso.

Epilogus predictoꝝ. h

Ex pmissis apertũ est. q in dei cognitione siue psentia sunt omnia. scz bona et mala. sed nõ omni modo sunt ibi mala q̃ bona. Et q in deo bona tñ sũt sicut ex ipso et p ipsum nõ mala. ⁊ ex quo sensu hec accipienda sint assignatum est. Et q de ipso nõ dicit esse pprie quod aliud est ab ipso. Ex ipso autẽ esse dicunt omnia que eo autore sunt.

gnoscendi sm assimilationem. oia q̃ deus cognoscit. noticia approbationis sunt in ipso. Sed notanduz q approbatio pt connotare bonitatem in actu. ⁊ sic non est psciſe veꝝ q omne qd est in deo sit cognitũ noticia approbationis. Põt iteꝝ connotare bonitatẽ in potentia sicut exẽplar cõnotat rei entitatẽ. nõ qꝛ sic. s qꝛ de⁹ pt eã facere. ⁊ sic nihil ẽ in deo nisi qd cognoscit noticia approbationis. quia sic cognoscit omẽ bonum qd est vel qd pt facere. ⁊ illi⁹bz exemplar. ⁊ ideo illud tm̃ ẽ in deo. Qd g obijcitur. q voluntas nõ facit q sint in deo. dicendũ q hoc nõ ẽ. q̃a voluntas in actu. sed qꝛ deus nihil pt facere quod nõ approbet tanq̃ bonũ. vnde approbatio potius dicit ibi iudicium rõnis q̃ affectũ volũtatis. Qd qrit si addit. dõm q addit a pte nr̃i intellectus ⁊ a pte cõnotati. a pte ipi⁹ dei non. nõ sic autem addit reprobatio. ⁊ ideo mgr̃ non ponit noticiã reꝓbationis p mẽbro.

Eandẽ vim hñt oia hec scz ex ipo ⁊ in ipo ⁊ p ipm. Obijcit ꝯtra hec Amb. verba q si hñt eandẽ vim: g videt hic esse inculcatio verboꝝ. Itẽ aut accipit esse in ipso sicut in exẽplari. aut sicut in causa ꝯseruante. Si tãq̃ i exẽplari. cõstat q aliud est esse in ipso ⁊ ex ipso sicut postensum ẽ. Si tãq̃ in cõseruante. adhuc est aliud pduci. aliud cõseruari. Itẽ si eandem vim hñt. sicut ex ipo approꝑat patri. ita pt approꝑiari filio. ⁊ silr patri erit ap

ꝑpriare in ipso. Rº. dicendum ꝙ est loqui de illis trib⁹ circũlocutionib⁹ q̃tũ ad illud qd̓ significãt. aut q̃tũ ad ordi
nem quẽ cõnotant. Si loquimur q̃tũ ad illud qd̓ signãt. sic oĩa dicunt̃ esse ex deo tanq̃ ex principio primo. nõ
aliunde moto. Oĩa dicunt̃ esse ꝑ deũ tanq̃ ꝑ principiũ sufficientissimũ qd̓ oĩa agit ꝑ ipm̃. Oĩa dicunt̃ esse in
deo tanq̃ in principio infinito. qd̓ nõ põt facere aliqd̓ extra se. ꝫ oĩa ambit eius virtus. ꝛ in his trib⁹ circũlo-
cutionibus significat̃ ꝙ deus est principiũ primũ. ꝛ sufficientissimũ. ꝛ infinitissimũ. Et qꝛ oĩa hec in deo sunt
vnũ. ꝛ cõueniunt trib⁹. ideo q̃tũ ad significatũ dicit Amb. ꝙ habẽt eandẽ vim. nec tñ est iculcatio. qꝛ diuer-
simode importãt ꝫm rõnẽ intelligendi. Si autẽ loquimur q̃tũ ad ordinẽ quẽ cõnotãt ꝑpositõnũ habitudines.
sic sunt appropriate trib⁹. Quia ex ipso dicit rõnẽ primi. ꝛ ꝑ ipm̃ dicit rõnẽ medij. ꝛ in ipso dicit rõnẽ vltimi.
siue quietatiui. ꝛ ideo ex ipso appropriat̃ ꝑsone patris que est prima in trinitate. ꝑ ipm̃ appropriat̃ filio q̃ est
ꝑsona media. ꝛ in ipso spũisancto qui est ꝑsona tercia. ex his patent obiecta.

a Ad intelligentiã hui⁹ partis querit̃ de existen
tia rerũ in deo. ꝛ circa hoc tria principaliter
querunt̃. Primo vtꝝ creature fuerũt in deo
eternaliter. Scd̓o q̃rit̃ de mõ existendi ipsaꝝ reꝝ in
deo. Tercio q̃tũ ad generalitatẽ rerũ in deo existen
tium. vtrũ scꝫ oĩa q̃ deus ꝑcognoscit fuerũt ꝛ sunt in
deo. Ita ꝙ. Primo de existentia. Scd̓o de modo. Et
tercio de numero. Quãtũ ꝫ ad primũ articulũ duo
q̃runt̃. Primo queritur vtrum res fuerũt in deo ab
eterno. Secũdo vtrum sint in deo rõne essentie vel
persone.

Questio. j. a

Vtꝝ res fuerũt in deo ab eterno. videt̃. qꝛ agens co-
gnoscens. agit ꝑ spẽm rei quã penes se hꝫ. sed res ẽ
in aĩa. qꝛ similitudo eius ẽ in ea. ꝫ ꝛ in deo silr̃. Si di
cas ꝙ illud exemplar nihil ẽ rei. ꝫ ꝫm illud nõ debe-
ret dici res esse in deo. Contra. plus facit ad esse rei
exemplar qd̓ est cognitiuũ ꝛ ꝑductiuũ. q̃ꝫ qd̓ ẽ ꝑdu
ctum a re. si ꝫ rõne exemplaris ꝑducti a re. res est in
aĩa. multofortius debet dici in deo esse rõne exẽpla-
ris ꝑducentis. ꝫ hoc ab eterno. ꝫ ꝛc̃. Itẽ silitudo
ꝑducta nõ est vere aliq̃d ꝫ alicui⁹. sed exẽplar ꝑ qd̓
cognoscit deus vere ẽ ipse deus. ꝫ verius est exẽplar
rei in deo q̃ in aĩa. ꝫ multofortius res in deo q̃ i aĩa.
ꝛ sic ꝛc̃. Itẽ qꝛ res pt̃ exire de materia. res ẽ in ma
teria. cũ nõ totalit̃ est in potẽtia materie. imo agent̃.
ꝫ si res q̃ sunt in potẽtia dei totalit̃ ibi sunt. multo-
fortius debẽt dici eẽ in ipo. sic ꝛc̃. Contra. qd̓ exit
ꝑ creationẽ. oĩo nihil ẽ anteq̃ creet̃. sed creature sic
exeunt. ꝫ oĩo nihil sunt anteq̃ ꝑducunt̃. sed qd̓ nõ
est. nec ẽ hic nec ibi. ꝫ nõ est in aliq̃. et ita nec in deo.
Itẽ qd̓ est in aliq̃. est ab illo. vel ꝫm se vel ꝫm ali-
quid sui. ꝫ res nõ est in deo ꝫm se. qꝛ tunc essentialit̃
esset in deo. nec ꝫm aliq̃d sui. qꝛ nihil de ipsa est eter
num. ꝫ totũ ex tpe. ꝫ ꝛc̃. Itẽ qd̓ est in aliq̃ ẽ in illo
ꝫm eẽ actuale vel potẽtiale. ꝫ creatura nõ est in deo
ꝫm esse actuale. qꝛ tunc actu esset. ꝫ si est in deo ẽ ꝫm
esse potẽtiale. sed oĩne esse potẽtiale ꝫm qd̓ hmõi est
ꝑmutabile. si ꝫ creatura ab eterno est in deo ꝫm esse
potentiale. ab eterno ẽ in deo ꝫm esse mutabile. sed
hoc falsum. ꝫ ꝛ primũ. Itẽ si creatura dr̃ eẽ in deo
qꝛ põt esse a deo. ꝫ cũ ab eterno esse a deo sit impossi
bile. nõ erit creatura ab eterno in deo rõne potentie
10 Rº. dicendum ꝙ aliq̃d dr̃ esse in aliquo tripliciter. vel ꝫm
actualẽ existẽtiã. vel ꝫm silitudinis ꝑntiã. vel ꝫm cre
atiuã potentiã. Primo mõ sunt res in vniuerso. Se
cundo mõ in cognitiua sba. Tercio mõ in sua causa
His duob⁹ modis vltimis res sunt in deo. quia est
cognoscens res anteq̃ fiant ꝛ potens ꝑducere. Vñ
qꝛ ab eterno cognoscit. ꝛ potẽtia q̃ ꝑduxit ex tpe in
deo fuit ab eterno. iõ dicunt̃ res fuisse in deo ab eter
11 no. Ad illud qd̓ obijcit̃. qd̓ nihil est. nõ est in aliq̃.
dicendum ꝙ veꝝ ẽ ꝫm primũ modũ existẽdi. sed falsũ ꝫm
terciũ. qꝛ illud qd̓ nihil ẽ. mõ deus pt̃ facere. Ad 12
illud qd̓ obĳ ꝙ illud qd̓ ẽ ab aliq̃. est in illo ꝫm se ꝛc̃.
dicendum ꝙ q̃tũ ad scd̓m modũ res sunt in deo ꝫm ali-
quid sui. qꝛ ꝫm exẽplar. Sed aliq̃d rei pt̃ dici tripliciter.
scꝫ essentialit̃. effectiue. ꝛ causatiue. scꝫ. sicut ps. effe
ctus. ꝛ causa. Hoc tercio mõ est illud exẽplar aliq̃d
rei vel causa. scꝫ quantũ ad potẽtiã causatiuã. qꝛ est
res ꝫm se nõ in actu sed potẽtia. qꝛ suũ esse pt̃ ꝑduci
a deo. Silr̃ ad sequẽs. dicendum ꝙ rõne exẽplaritatis res 13
actualit̃ sunt in deo. rõne creatõis potẽtialit̃. qꝛ pñt
ꝑduci. Qd̓ obĳcit̃ ꝙ creatura est in deo ꝫm esse 14
mutabile. dicendum ꝙ hoc nõ est veꝝ de eo qd̓ est actu in
deo. sed qd̓ pt̃ ꝑduci a deo ẽ mutabile. Vel dicendum ꝙ
possibile hꝫ cõparationẽ ad diuinã potentiã que est
immutabilis. ꝛ sic ẽ immutabile. vel ad cõnotatum
tp̃ale extra. ꝛ sic hꝫ esse mutabile. Ad illud qd̓ obĳ 15
de creatione. dicendum ꝙ q̃uis actus creandi nõ poterãt
esse ab eterno. tñ potẽtia creandi fuit in deo.

Questio. ij. b

Vtrum res sint in deo rõne essentie vel ꝑsone. Et ꝙ
rõne eẽntie videt̃. quia qd̓ inest rõne ꝑsone ẽ ꝑprium.
qd̓ inest rõne essentie ẽ cõe. si ꝫ hoc ẽ cõe trib⁹. pꝫ ꝛc̃.
Preterea res in deo sunt rõne exẽplaritatis. ꝫ exem
plar creature in deo ẽ diuina essentia. qꝛ deus seipso
ꝑducit ꝛ cognoscit. ꝫ ꝛc̃. Itẽ regula ẽ ꝙ quicq̃d
de deo dr̃ in relatione ꝛ ad creaturã. est essentialiter
dictũ. sed res eẽ in deo est taliter dictũ. ꝫ ꝛc̃. Con-
tra. ꝙ rõne ꝑsone videt̃. qꝛ res sunt in deo inq̃tum
possunt ab ipo exire. sed ꝑducere cũ sit actus ẽ ipi⁹
suppositi. ꝫ ꝑsone. Itẽ sicut dicit Aug. li. lxxxiij. q.
Verbũ dicit opatiuã potentiaꝫ. si ꝫ res sunt in deo
rõne potentie opatiue. sunt in eo rõne verbi. ꝫ cum
verbũ sit ꝑsona. sunt in deo rõne ꝑsone. Itẽ Au-
gustin⁹. xj. de ciui. dei. ca. xxiiij. dicit. ꝙ cũ dicit̃. dixit
vt fiat. intelligit̃ pater. in verbo dicendi filius. in vi-
sione spũssanctus. ergo cuꝫ eius sit ꝑducere in quo
sunt. patet ꝫ ꝙ sunt rõne persone. Rº. dicendum 16
ꝙ in diuinis est considerare essentiam que est cõmu
nis vt cõmunis ꝛ absoluta. est considerare ꝑprieta-
tes. ꝛ est considerare cõmune vt in relatione ad pro-
pria. Primũ dicit̃ in omnimoda absolutione. scd̓m
scꝫ ꝑprietas dicit relationẽ ad ꝑsonã. terciũ dicit re-
lationẽ ad res. ꝛ illa appropriata significant deũ vt
cãm. cũ ergo querit̃. Vtrum res sint in deo ratione
essentie vel ꝑsone. dicendũ ꝙ ꝑprie loquendo nec sic
nec sic. sed sunt in deo vt causa. ꝛ sic rõne appropria
torum que sunt essentialia considerata in personis.
Cum ergo obĳcit̃ vtrũ sint in essentia. dicendum
ꝙ ille rõnes concludunt ꝙ sunt in essentia cõmuni-
ter dicta. ꝫm ꝙ comprehendit appropriata. non ꝫm
ꝙ in omnimoda absolutione considerat̃. Quod
obĳcitur ad oppositũ non concludit de persona ra-
tione ꝑprioꝝ sed rõne appropriatoꝝ.

Onsequenter q̄tum ad secundū articulū que
ritur de modo existentie rerū in deo. ⁊ circa hoc
queruntᷣ duo. Primo queritᷣ vtrū omnia que sunt
in deo sint in ipso vita. Scd̄o queritᷣ vtrum res ve
rius sint in deo q̄ȝ in vniuerso. siue in ꝓprio genere.

Questio. j. c

Q omnia sint in deo vita. videtᷣ. Joh. j. Qd̄ factū ē
in ipso vita erat. sed omnis creatura est facta. ergo om
nis creatura est in ipso vita. Item Aug. v. super
Gen̄. ad literā. Omnia dicuntᷣ in ipso fuisse vita. nō
in sua natura. quia omnia noncrat anteq̄ȝ fierent.

Itē ratione videtᷣ. quia diuina essentia est vita. ergo
qd̄ diuina essentia est. etiam vita est. sed creatura in
deo est diuina eēntia: quia quicq̄d est in deo ē deus.
ergo est vita. ⁊ hoc est qd̄ dicit Anshel. in mono. ꝙ
creatura in deo creatrix ē essentia. Itē intelligere
est vna differētia eius qd̄ est viuere. cū viuere dicatᷣ
quadrupliciter ſm philosophū. si ergo intelligere est
viuere. omnis ratio intelligēdi est ratio viuendi. sed
res sunt in deo ſm suas rōnes intelligendi. ergo sunt in
deo viuentes. sed nō p participationē. ergo sunt vi
ta simpliciter. Contra. Act. xvij. In ipso viuim⁹
mouemur ⁊ sumus. Ergo quia viuimus. sumus in
deo vita. Ergo quia mouemur. sum⁹ in eo motus.
sed hoc non dicitᷣ. ergo nec illud debet dici. Itē si res
dicuntᷣ in deo vita. aut ergo rōne potentie. aut noti
cie aut voluntatis. Non rōne potentie. quia res ex
hoc ꝙ potest ꝓduci creatione. anteq̄ȝ ꝓducatᷣ ni
hil omnino est. quia ſm totum ꝓducitur. si nihil est.
ergo nec vita. Nec ratione noticie. quia tunc cū ma
la sint a deo cognita. tūc mala essent in deo vita. qd̄
absurdum est. Sic ratione voluntatis. sed volūtas
dei nō est nisi futuroꝝ. ergo sola futura viuerent in
deo. sed alia q̄ȝ futura sunt in deo p ydeam. ergo non
omne qd̄ est in deo est in ipso vita. Itē hoc videtᷣ.
quia exemplar eternum rep̄sentat res expressissime
ſm ꝙ sunt ⁊ ab ipso exeunt. ergo cuȝ quedā viuant.
quedā non. quedā rep̄sentat p modū viuentiū. que
dam per modū nō viuentiū. ergo q̄dā sunt in deo vita.
quedā non. Ratione huius queritᷣ quare magis di
cuntur res esse in deo vita. q̄ȝ sapiētia. vel eēntia. vel
17 intelligentia. Ad hoc voluerunt quidā dicere. ꝙ nō
omnia que dicuntᷣ esse in deo sunt in illo vita. sed ea
solū. que sic sunt in deo vt disposita fieri. Et ratio hu
ius est. quoniā verbum ⁊ vita dicunt actum ⁊ dispo
sitionem. ⁊ ideo dicit Anshel. q̄m verbū non est nisi
coꝝ que sunt vel futura sunt. ⁊ ideo solū sunt in deo
vita. ⁊ ideo dicunt ꝙ ad rōnē dicendi vitaȝ cōcurrit
necessario. ꝙ res sint in deo q̄tum ad potentiaȝ. no
ticiam. ⁊ voluntatē ꝓducendi. Sed hoc nō potest
stare ſm Aug. Filius enim vt ipse dicit. vj. de trini. est
ars plena oīm ratōnū viuētiū. ergo ꝯstat ꝙ nō impletᷣ
nisi rōnibus infinitis. ergo infinite rōnes rerū viuūt
in deo. ergo nō solum p̄ntiū vel futuroꝝ. sed etiā om
nium possibiliū. Et iterū Aug. li. lxxxiij. q. dicit. ꝙ ra
tio est etiā si nunq̄ȝ aliquid p illā fiat. sed constat ꝙ
ratio in mente artificis viuit. nō quia res extra ꝓdu
citur. viuit enim etiā si res corrumpatᷣ. ⁊ exterius esse.
omnino nihil facit ad vitā. Et ideo patet quare non
18 solum p̄sentia vel futura viuunt in deo. Et ꝓpterea
aliter dicendū. ꝙ res tripliciter sunt in deo. videliceȝ
Ut in principio ꝓducente. ⁊ sic sunt ibi rōne poten
tie. Ut in exemplari exprimente. ⁊ sic sunt ibi ratōne
noticie. Et vt in fine cōseruante. ⁊ sic sunt ibi ratōne
voluntatis. Primo modo quia sunt in deo sicut in
principio ꝓducente. cū totum ex nihilo ꝓducat de⁹.
nihil omnino sunt ī deo. nec vita nec aliquid. Quia
vero sunt in deo tanq̄ȝ in fine ꝯseruante. cū cōseruen
tur ſm esse qd̄ habēt. sic sunt quedā vita. quedā nō.
Unde quedā sunt tm̄. quedā sunt ⁊ mouentᷣ. quedā
(vt homines) ⁊ sunt. ⁊ mouentᷣ. ⁊ viuunt. Quia vo
sunt in deo vt in exemplari exprimēte. sic sunt in ipo
vita. ⁊ quia nō solū in illo exemplari exprimuntᷣ en
tia sed etiā omnia cognoscibilia. ideo oīa sunt in deo
vita q̄ in ipso sunt. Et ideo dicit btūs Joh. qd̄ factū
est in ipso vita erat. Et sic patet ꝙ eē in deo attenditᷣ
ſm triplex genus cause. ⁊ similitᷣ patet. quō rōne po
tentie ⁊ noticie ⁊ voluntatis. Et sic soluitᷣ illa q̄stio
ſm qd̄ genus cause. vel ſm quā triū ꝯditionū dicun
tur res eē in deo. Patet etiam ꝙ in deo dicuntᷣ vita
sciȝ oīa q̄ sunt in ipso tanq̄ȝ in exemplari. Ad illud 19
ergo qd̄ obijcitᷣ. ꝙ in deo mouemur ⁊c̄. intelligendū
est q̄tū ad terciū modū essendi in deo sciȝ p conserua
tionē. Deus enim cōseruat in nobis vitaȝ ⁊ opationē
⁊ essentiā. ⁊ q̄tū ad hoc intelligitᷣ dictū illud verbū.
Ad illud qd̄ obijcitᷣ cui⁹ rōne res dicuntur in deo 20
vita ⁊c̄. dd̄m ꝙ rōne potentie ⁊ noticie simul. q2 ista
duo cōcurrūt ad rōnē exemplaris. Non enim ē exem
plar deus nisi coꝝ que cognoscit ⁊ pōt. Ad illud 21
qd̄ obijcitᷣ ꝙ res in illo exēplari rep̄sentantᷣ vt sunt.
dd̄m ꝙ veꝝ est. tamē nō oportet ꝙ rō rep̄ntationis
sit talis oīno quale est rep̄sentatū. sicut supra osten
sum est. ⁊ ideo sicut corporaliū est ydea sp̄ualis. ita
nō viuentiū viuens. Ad illud qd̄ vltimo queritur 22
quare magis dicuntᷣ res esse in deo vita q̄ȝ alia. dicē
dum ꝙ q̄uis p̄dictū verbū multas habeat expositio
nes quo dicitᷣ. qd̄ factū est in ipso vita erat. tamē spe
cialiter circa hoc verbū cōsideranda ē veritas dicti.
⁊ ratio dicēdi. Ueritas dicti vt dicit Aug. est. ꝙ oēs
res facte a deo. vel etiā possibiles fieri. habent rōnes
p quas intelligūtᷣ. que quidē rōnes viuere dicuntᷣ.
quia sunt in substantia viuēte ſm ꝙ viuens. ⁊ sunt
etiā ratio intelligendi q̄ est actus vite. ⁊ ideo in arti
fice creato dicuntᷣ viuere. sed in deo nō tm̄ dicuntur
viuere. sed etiā ipsa vita. quia ipsa ratio cognoscēdi
est ipsa intelligentia. Ratio autē dicēdi fuit hec. cuȝ
enim res habeant esse in deo. ⁊ in vniuerso. ⁊ diuersi
mode. quia aliquas ꝓprietates habēt ſm existētias
in mundo q̄ nō cōpetunt eis ſm ꝙ sunt in deo. ideo
non solum dixit. qd̄ factū est in ipso erat. sed vita. vt
omnes ille conditiones excluderētur. Creature enim
in mundo habent eē corporale. variabile. ⁊ corrupti
bile. Quoniā enim vita est actus sp̄ualis ⁊ cōtinuus.
fluens ab ente quieto ⁊ sempiterno. dictuȝ est ꝙ res
sunt in deo vita. vt p spiritualitatē excludatur corpo
reitas. per quietē variabilitas. per sempiternitatem
corruptibilitas.

Questio. ij. d

Utrum res sint in deo verius q̄ȝ in vniuerso siue in
ꝓprio genere. Et ꝙ verius sint in deo videtᷣ p Augu
stinū. v. sup Gen̄. ad literā. Omnia prius q̄ȝ fierent
erant in noticia facientis. ⁊ vtiq̄ȝ ibi meliora vbi eter
na. vbi veriora. ⁊ incōmutabilia. Itē vnūquodq̄ȝ
sicut se habet ad esse ita ad cognitionē. sed creature
verius cognoscuntᷣ in deo q̄ȝ in ꝓprio genere. ergo et
verius sunt in deo. Itē omne qd̄ est in aliquo est
in eo p modū eius in quo erat. sed deus est in infini
tum nobilior mūdo. ergo in infinitū nobiliori ⁊ veriori

modo sunt res in deo q̃ȝ in vniuerso. Item nobi/
lius ⁊ verius ē esse vite q̃ viuentis. sed omnia viuūt
in deo vt supra monstratū est. nō autē in genere pro/
prio. ergo ⁊c. Contra. Uerius est res vbi est sim/
pliciter q̃ vbi est solū ſm quid. sed in deo solū dicit̃
esse ſm quid. quia non sequit̃. asinus est in deo. ergo
asinus est. sed in ꝓprio genere sunt simpliciter. ergo
verius. Itē verius est res vbi est ſm principia in
trinseca ⁊ ꝓxima. q̃ vbi est in principio extrinseco ⁊
remoto. sed res in mundo sunt ſm principia intrin/
seca. in deo autem vt in principio extrinseco. ergo ⁊c.
Itē verius est res vbi est ſm ꝓpriam entitatē q̃ȝ
vbi solum ſm similitudinē. sed in deo est homo ⁊ la
23 pis ⁊ alia ſm similitudinē. ergo ⁊c. Rº. dōm. q̧ tri
plex est existentia rerū. scȝ in exemplari eterno. ⁊ in
intellectu creato. ⁊ in ipso mūdo. In exemplari eter
no ⁊ intellectu creato sunt res ſm similitudinē. In
ipso mundo ſm entitatem ꝓpriam. Qū ḡ queritur
in quo sint verius. hoc dupliciter pōt queri. aut ita
q̧ fiat cōparatio eiusdem rei ad se ſm diuersum mo
dum existēdi. vt sit sensus. vbi lapis verius habȝ eē.
vel cū est in cognoscente. vel ꝓducente. vel cū est in
se. ⁊ hoc modo cōcedendū est q̧ verius est vnaqueqȝ
res in ꝓprio genere q̃ in deo sicut probant rōnes ad
hoc inducte. Alio mō potest fieri comparatio rei ad
suam similitudinē. vt sit sensus questionis. quid ha/
bet esse verius ⁊ nobilius. vtrū ipsa res vel eius simi
litudo. ⁊ hoc mō simpliciter concedendū. q̧ similitu
do rei verius ⁊ nobilius esse habet in deo q̃ȝ ipsa res
in mundo rōne eius qꝺ est. quia est ipse deus. ⁊ con
cedende sunt rōnes ad hoc inducte. Adhuc. simi/
litudines rerū in intellectu creato verius ⁊ nobilius
habent esse q̃ȝ res in vniuerso. vt dicit Aug. in trini.
nō rōne eius q̧ sunt. sed rōne eius in quo. quia sunt
nobiliori ⁊ spūaliori mō similitudines in intellectu
cognoscente q̃ sint ipse res in mundo cōtente. et sic
24 patent rōnes ad vtranqȝ partē. Tamen ad illud
argumentū qꝺ fit de cōparatione esse ad cognoscere
[illegible]dm q̧ illud generaliter intellectum. q̧ res ibi est ve
rius vbi verius cognoscit̃ nō habet veritatē. Contin
git eñ cognoscere qꝺ nō est. ⁊ ideo sicut ad cognosci
non sequit̃ esse. ita nec ad vere cognosci vere eē. nec
ad verius cognosci verius eē. Quando ergo dicitur
q̧ vnūquodqȝ sicut se habet ad esse ita ad cognitio/
nem. hoc intelligit̃. quia eadē principia que sunt pri/
cipia essendi sunt etiā principia cognoscendi. sed ta/
men principia cōferunt esse ꝑ seipsa. sed cognitionē
nō cōferunt ꝑ se sed ꝑ suas similitudines.

Ercio loco est questio de tercio articulo scȝ ge/
neralitate existētie rerū in deo. ⁊ circa hoc que/
runtur duo. Primo querit̃ vtrum mala sint in deo.
Scđo vtrū in deo sint imꝑfecta ſm q̧ hmōi.

Questio .j. e

Q mala nō sint in deo videt̃. Aug. de li. ar. intantū
res recte vituperant̃. inq̃tū eaꝝ vituperator artem
in qua facta sunt videt. vt hoc in eis vituperet qꝺ in
arte nō videt. Si ergo vituperant̃ q̃tū ad maliciam
siue inq̃ȝtū mala. ⁊ hoc modo nō vident̃ in deo. ergo
hoc modo nō sunt in deo. Itē omne qꝺ est in deo ē
ex ipso ⁊ ꝑ ipm. vt dicit Aug. ⁊ magister in litera. sed
mala nunq̃ sunt ex deo. nec per deum. ḡ nec in deo.
Itē omne qꝺ est in deo. aut est sicut in principio
ꝓducente. aut sicut in exemplari exprimente. aut si/
cut in cōseruante. sed cōstans est q̧ deus nō est prin/
cipium ꝓducens mala nec etiā cōseruans. Item
non est exemplar exprimens. quia ratio exemplaris
attendit̃ ſm assimilationē. sed dei ad malū nulla est
assimilatio. ergo mala nullo mō sunt in deo. Itē
q̃to aliquid melius ē. tanto magis distat a malo. sed
deus est optimus quo nihil melius pōt cogitari. er/
go tanta distantia differt. quāta nulla maior potest
cogitari. sed magis distat a malo qꝺ nec hȝ veritatē
malicie nec silitudinē. q̃ qꝺ hȝ saltē silitudinē. ⁊ in q̄
nullo mō est malū q̃ in q̄ aliq̄ mō est. ḡ ⁊c. Cōtra.
Omne qꝺ cognoscitur ab aliquo q̄ est sua cognitio
est in illo tanq̃ in cognoscēte. sed deus cognoscit ma
la. quia ea punit ⁊ reprobat. ⁊ deus est sua cognitio.
ergo mala sunt in deo. Minor patet. maior similĩt.
quia omne cognitū est in cognitione. si ergo idem ē
cognitio ⁊ cognoscens. ergo si est in cognitione. ⁊ in
cognoscente. Itē omne qꝺ cognoscitur in aliquo
est in illo in quo cognoscit̃. sed mala cognoscunt̃ in
deo. ergo sunt in deo. Probatio minoris. Mala co/
gnoscuntur a deo. cōstat. aut intra se. aut extra. Nō
extra. hoc constat. quia diuinus aspectus nō exit ex/
tra. tunc eñ indigeret alio ad cognoscendum. restat
ergo q̧ intra se. quia angeli cognoscunt mala in deo.
Unde Aug. ꝰsuper Geñ. ad literā. Angeli vident in
illo bona vestra que eis placent. ⁊ mala vestra que
eis displicent. Item omne quod cognoscit̃ in ali/
quo. ⁊ non ꝑ accidens. est aliquo modo in illo sicut
in exemplari. sed mala cognoscunt̃ a deo. sed nō per
accidēs. quia nihil ꝑ accidens cognoscit. sed omnia
ꝑ se. ergo mala sunt in deo. Itē omne qꝺ cogno/
scitur ab aliquo nō per priuationē. cognoscit̃ ꝑ simi/
litudinē ⁊ ydeam. sed in deo nō cadit cognitio ꝑ pri/
uationē. quia nulla pōt in illo exemplari esse priua/
tio. cum sit purus actus. ergo si cognoscit mala. non
cognoscit ꝑ priuationē sed similitudinē. sed similitu
do est ydea in deo. ergo mala habent ydeam in deo.
Rº dōm q̧ mala a deo cognoscunt̃. non tamen in 25
deo existunt ſm q̧ mala. quia sic loquuntur in ꝓposi
to. ideo inquā cognoscunt̃. quia sicut rectum est iu/
dex sui ⁊ obliqui. sic summa veritas ⁊ lux ⁊ actus est
ratio cognoscendi. nō tm̄ veritatē ⁊ lucem ⁊ actum.
sed etiam obliquitatē tenebrā ⁊ priuationē. Uñ lux
seipsam ⁊ tenebram cognoscit. Non sunt autē mala
in deo. quoniā illa dicunt̃ esse in deo ad que coope/
ratur deus ſm aliquod genus cause. et maxime ſm
genus cause formalis ⁊ exemplaris. malum autem
nō habet deum ꝓ causa ⁊ ꝓ exēplari. quia malū ra/
tione malicie dicit solum priuationē. exemplar autē
ſm q̧ huiusmodi dicit assimilationē. hinc est q̧ nec
malum nec falsitas habet ydeam in deo. suū autem
oppositum est assimilabile. Unde cum vno ⁊ eodēȝ
cognoscat deus bonum. ⁊ malū sibi oppositum. bo/
num cognoscit ſm rationem assimilationis. ⁊ ideo
bonum est in deo vt in exemplari ⁊ vt cognitū ꝑ se
⁊ per modū positionis. Malum autē cuȝ cognosca
tur a deo nō habet in ipso ydeam. ideo nō est in deo
q̃uis [illegible] in dei cognitione. quia q̃uis cognoscatur a
deo. non tamen cognoscitur per ydeam sui. sed boni
cuius est priuatio. ⁊ ideo dicit̃ cognosci ꝑ accidens ⁊
per priuationē. Ad illud ergo qꝺ obijcitur q̧ ma/ 26
lum est in dei cognitione. ⁊ cognitio est deus. igit̃ ⁊c.
dicendū q̧ hic est fallacia ſm accidens. Q̃uis enim
idēȝ sit cognitio dei qꝺ deus. tm̄ aliud cōnotat. sic ut
potentia ⁊ sapientia. Unde sicut nō sequit̃ est in ꝑ̄oi

doticia.ergo ⁊ in potentia.immo est ibi accidens et
ↄsequens.sic ⁊ in ꝓposito. Ad illud qꝺ obijcitur
ꝙ malū ↄgnoscitur in deo.dꝯm ꝙ illud non sequit̄.
aliud eīn dicit esse in deo.ꝙ cognosci a deo vel in deo.
Cum eīn dicit̄ aliquid cognosci a deo.ꝑ hoc intelli/
gitur ꝙ deus sit ratio cognoscendi illud.sed cū addi
tur ꝙ hoc fit in deo.significat̄ ꝙ deus sit ratō cogno/
scendi vt exemplar ⁊ ꝑ assimilationez.⁊ ideo est ibi
28 ↄsequens. Ad illud qꝺ obijcitur qꝺ cognoscit nō
per accidens mala ⁊c̄.dicendū ꝙ cognosci ꝑ accidēs
hoc est dupliciter.aut a parte cognoscentis.aut co/
gniti.In deo nulla cadit cognitio ꝑ accidens a par/
te cognoscentis.quia omnia cognoscit seipō.tamen
cadit a parte cogniti.quoniā aliquid cognoscit ꝑ si/
militudinem suā.vt bonū.Aliquid ꝑ similitudinem
sui oppositi.⁊ ita est ibi ꝑ accidens.nō in discurren/
do sed in assimilando.cum eīn deus cognoscit malū.
nō intelligitur assimilari ei sed suo opposito.Simili
29 ter soluendū est de priuatione.quia cognoscere ꝑ pri
uationem est dupliciter.Aut ita ꝙ sit priuatio in vir
tute cognoscente.sicut cognoscit aliquis silentium ⁊
tenebrā per aurem ⁊ oculum.⁊ sic ponit imperfectio
nem.Aut ita ꝙ sit priuatio in cognito nō in cogno/
scente.sicut lux cognosceret tenebrā si haberet vim
cognitiuā.sonus silentiū.⁊ sic cognoscit deus.qm̄ ē
actus purus ⁊ lux ⁊ veritas.

Questio.ij. f

Utrum imperfecta sm̄ ꝙ huiusmodi sint in deo.Et
videtur ꝙ nō.quia mala vt mala nō possunt habe/
re similitudinem cū summo bono.ergo pari ratione
cum imperfecta nō habeant similitudinē cum perfe
ctissimo.non sunt in deo. Itē illa sola sunt in deo
que possunt esse a deo ⁊ per deum.sed imperfecta
a deo non sunt.quia dicitur Deuteronomij.xxxij.ca
pitulo.dei perfecta sunt opera. Item specialiter
obijcit deur materia ⁊ passione.diuersitate ⁊ com/
positione.Cum eīn exemplar sub rōne exemplaris
sit forma.sit actus purus.⁊ ita omnino simplex.vi/
detur ꝙ rōnes materie ⁊ passionis.⁊ diuersitatis et
cōpositionis repugnent exemplari.⁊ si hoc.cuꝫ nihil
dicatur esse in deo nisi rōne exemplaritat̄.patet ⁊c̄.
Item sicut veritas est generalis conditio entiuꝫ.
ita ⁊ vnitas.sed oppositū veritatis nō habet ydeam
in deo.similiter ⁊ bonitatis.ergo pari ratione oppo/
situm vnitatis.sed oppositū vnitatis est multitudo.
ergo ⁊c̄. Contra.Aug.ad Nenbridiū.quia totum
condidit.nō potuit ⁊ partiū nō habere rationes.er/
go cum partes sub rōne partium sint imperfecte.pa
tet ꝙ habet rationes imperfectoꝝ. Item omnis
cognitio diuina est a priori.cum ergo in omni crea/
tura prius cadit ratio imperfecti ꝙ̄ perfecti.vt ma/
terie ꝙ̄ forme.principioꝝ ꝙ̄ principiati.partiū ꝙ̄ to/
tius.ergo per prius hec cognoscit deus.ergo si perfe
cta habent ydeam in deo.necesse est ꝙ habeant etiā
imperfecta. Itē diuinum exemplar exprimit rem
sm̄ totum.alioquin non ꝑfecte cognosceret.sed ma
teria est de rei cōstitutione.et imperfectū de consti/
tutione perfecti.ergo ⁊c̄. Itē omnis effectus assi/
milatur sue cause aliqua assimilatione.sed minima
assimilatio sufficit ad rationē exemplaris.ergo om̄e
qꝺ est a deo habet ydeam in deo.ꝑ quā prius ꝙ̄ fiat
est exemplar in deo.sed materia est a deo.⁊ passio.et
cōpositio.⁊ diuersitas.quia omnia dicunt ens.ergo
omnia sunt in deo. R°.ad hoc dixerunt aliqui ꝙ 30
imꝑfecta nō sunt i deo.nec cogscunt̄ a deo ꝑ aliquā
ydeā ꝓpriā.sꝫ ꝑ ydeā suoꝝ oppositoꝝ.vt materia per
ydeā forme.passio per ydeā actus.mltitudo ꝑ ydeā
vnitatis.Sed illud stare nō potest. Cum eīn ista di/
cant entitatē aliquā.et ita veritatē.de necessitate ali
quam assimilationē habent ad primā veritatē.⁊ ita
rationē exemplaritatis.⁊ ideo necessario sunt i deo.
Preterea intelligendū.ꝙ cū querit̄ vtrum imperfe/
cta habeāt ydeam in deo. hoc dupliciter potest in/
telligi.aut rōne ipius qꝺ subest.aut ratione imperfe
ctionis. Si ratione imperfectionis.cum impfectio
sit priuatio.⁊ ꝑuatio nō dicat ens nec aliquid a deo
nec assimilabile.sic non habet ydeam.Si autē ratio/
ne eius qꝺ subest sicut materia dicit̄ quid impfectū.
⁊ materia aliquā essentiā dicit.habet ydeam sed nō
imperfectaꝫ.Quia sicut nō viuentiū est ydea viuēs.
⁊ corporalium spūalis.sic temporaliū eīna.⁊ imper
fectorum perfecta.nec tamen maloꝝ est ydea bona.
Unde notandum ꝙ ydea sicut supra dictum fuit in
questione de ydeis dicit assimilationeꝫ extra genus.
Prima autē assimilatio est in ratione entitatis i deo
Omne igitur qꝺ de se dicit rationē entitatis.siue sit
cōpositum siue imperfectum.siue materiale siue paf
sibile.siue in actu siue in potentia.potest deo assimi/
lari et ꝓduci.et ideo habet esse in deo.Qꝺ autē di/
cit priuationem.hoc ipso amittit rationē effectus et
rationem assimilationis. Et ideo falsitas ⁊ malicia
ydeam nō habent.nec sunt a deo nec in deo.Ex his
patet ꝙ imperfecta sunt in deo.patent etiam quesi/
ta. Qꝛ eīn obijcit̄ de malo patet responsio.qꝛ ma/ 31
lum dicit simpliciter priuationē in eo ꝙ malum.nō
sic imperfectum. Ad illud qꝺ obijcitur ꝙ imper/ 32
fecta nō sunt a deo.dicendum ꝙ imperfecta sm̄ id
ꝙ sunt.a deo sunt.licet in eis nō remaneat imperfe/
ctio.quia deus perficit. Ad illud quod obijcitur 33
ꝙ non habent assimilationē.dicendum ꝙ ꝗuis nō
habeant in conditionibus specialibꝰ.habent tamē
in generalibus.⁊ hoc sufficit. Omnia eīn habent ra
tionem boni et pulcri ⁊ entis. Ad illud quod obij 34
citur de opposito vnitatis.dicendū ꝙ nō est simile.
nam vnitas saluatur in multitudine.nō sic bonitas
in malicia.nec veritas in falsitate.quia ille sunt pri/
uationes.non sic autem vnitatis priuatio est multi/
tudo.et ideo patet totum.

Distinctio.xxxvij.Quomodo deus est in rebus ⁊ locis corporalibus.

T quoniā demonstratū est ex parte quomodo omnia dicant̄ esse in deo. Supra egit magister quo/
modo omnia sunt in deo.Hic secundo agit quomō deus sit in rebus ⁊ in locis corporalibus.Et quo
niam ad esse in loco ⁊ in re mutabili.sequitur mutatio in eo qꝺ in illo est.ideo agit de dei immutabi/
litate ꝙ̄tum ad locum.ꝭ.eadem dist.Cumqꝫ diuina natura ⁊c̄. Prima pars habet tres partes. In prima
narrat quō deus est in locis ⁊ in rebus.⁊ per autoritates confirmat.In secunda nititur dictorum aperire in
telligentiam.ibi.Quomodo autē deus habitat in bonis ⁊c̄.In tercio ostendit intellectus nostri ad hoc ca/
piendum insufficientiam.ibi.Ex predictis patet quomodo deus vbiqꝫ totus est. Prima pars tres habet

partes. In prima ostēdit modos essendi deū in rebus. In scd'a vero cōfirmat autoritatibus ꝙ de⁹ est vbiqꝫ ꝑ essentiā. ibi. Ne autē ista qꝛ capacitatē humane intelligentie ꝛc. In tercia ōndit ꝙ deus in solis sanctis habitat per gratiā. ibi. In sanctis vero etiā habitat in quibus ꝛc. Similiter secunda pars in qua recitat dictorum intelligentiā habet tres partes. In prima rōnabiliter manuducit. In scd'a stultam rationem excludit. ibi. Sciendū est etiā qꝛ vt ait Aug. In tercia in admirationē erigit. ibi. Illud quoqꝫ mirabile est. Sacramenta eñ diuina magis sunt mirabilia ꝙ̄ intelligibilia. Itē tercia pars in qua ostendit insufficientiā ad cognoscendū quō deus est vbiqꝫ per essentiā. habet tres partes. Primo eñ ostendit ꝙ intellectus nostri nō sufficiunt. Scd'o excludit eos qui presumptuose soluunt. ibi. Quidā tamen immensa. ingenio suo metiri ꝛc. Tercio vero abijcit eos qui irrationabiliter querunt. ibi. Solet etiam ab eisdem queri quomodo deus ꝛc. Ubi ostendit questionem eorum esse friuolam ꝛ responsione indignam.

Ostendit modum essendi deum in rebus. a

Et quoniā demonstratū est ex parte. quō omnia dicantur esse in deo. addendū videt̄ hic. quibus modis dicat̄ deus esse in rebus. si tamē id humana mens. vel ex parte digne valeat cogitare. vel lingua sufficit eloqui. Sciendū ergo est ꝙ deus incōmutabiliter semꝑ in se existens. p̄sentialiter. potentialiter. essentialiter. est in omni natura siue eēntia sine sui diffinitione. ꝛ in omni loco sine circūscriptione. ꝛ in omni tēpore sine mutabilitate. Et preterea in sanctis spiritibus ꝛ animabus est excellentius scꝫ gratiam inhabitans. ꝛ in homine xp̄o excellentissime in quo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat vt ait apostolus. In eo eñ deus habitauit non per gratiam adoptionis. sed per gratiam vnionis. xxxvij Col.ij.

Confirmat autoritatibus ꝙ deus est vbiqꝫ ꝑ essentiā. b

Ne autē ista quia capacitatē humane intelligētie excedunt. falsitatis arguere aliqui presumant. sanctoꝝ autoritatibus munienda mihi vident̄. Beatus Gregorius super cantica canticoꝝ inquit. Licet deus communi modo omnibus rebus insit p̄sentia. potentia. substantia. tamē familiariori modo ꝑ gratiam dicit̄ esse in illis qui mirificentiā operum dei acutius ꝛ fidelius considerant. De hoc eñ eodē Aug. ad dardanū in li. de p̄sentia dei ait. Cum de⁹ sit natura incorporea ꝛ incommutabiliter viua. eterna stabilitate in seipso manens. totus adest rebus omnib⁹ ꝛ singulis totus. sed in quibus habitat. habent eum ꝓ sue capacitatis diuersitate. alij amplius. alij minus. quos ipse sibi dilectissimū templū gratia sue bonitatis edificat. Hyla. quoqꝫ in. viij. lib. de trini. apertissime docet deū vbiqꝫ esse. Deus inqt immēse virtutis viuēs potestas que nusqꝫ nō assit. nō desit vsqꝫ. se omnē per sua edocet. vt vbi sua sint ipse esse intelligatur. Non autē corporali modo cum alicubi sit. non etiā vbiqꝫ esse credatur. cum ꝛ in omnibus esse nō desinat. Ambro. in li. j. de spiritusancto. spiritūsanctū ꝓbat nō esse creaturā. quia vbiqꝫ est. qd' est ꝓpriū diuinitatis ita dicens. Cum omnis creatura certis nature sue sit circūscripta limitibus. quō quis audeat creaturā appellare spiritūsanctū. qui nō habꝫ circumscriptam determinatāqꝫ virtutē. qui et in omnibus ꝛ vbiqꝫ semꝑ est. qd' vtiqꝫ diuinitatis ꝛ dñationis est ꝓprium. Idē in eodē. dñi est omnia cōplere qui dicit. Celū ꝛ terrā ego impleo. Si ergo dñs ē qui celū implet ꝛ terrā. quis ergo potest spiritūsanctū iudicare dñationis ꝛ diuine potestatis exortē qui repleuit orbē? Et qd' plus est. repleuit ꝛ iesum totius mundi redemptorem. Ex his alijsqꝫ pluribus autoritatibus aperte monstrat̄. ꝙ deus vbiqꝫ ꝛ in omni creatura essentialiter. p̄sentialiter. potentialiter est. Hyla. Ambro. Jere.xxiij.

Ostendit ꝙ deus in solis sanctis nō modo est s; etiam habitat per gratiā. quia nō vbicūqꝫ est habitat. s; econuerso vbi habitat ibi est. c

In sanctis vero etiā habitat in qbus est gratiā. nō eñ vbicūqꝫ est ibi habitat. vbi vero habitat ibi est. In solis bonis habitat q̄ sunt templū eius ꝛ sedes eius. Unde ꝑ Esaiā dñs ait. Celū mihi sedes est. terra autē scabellū pedum meoꝝ. qꝛ in electis q̄ sunt celū habitat deus ꝛ regnat. q̄ eius voluntati deuoti obtēperant. Malos vero q̄ sunt terra. iudicij districtione calcat. Unñ ꝛ in lib. sap̄. dicit̄. Thronus sapīe anima iusti. quia in iustis specialius est ꝙ̄ in alijs rebus. in qbus tamen omnibus totus ē. Quēadmodum anima (vt ait Aug. in epistola ad Hierony. de origine anime) ꝑ oēs particulas corpo- Isa.lxvj. Aug°.

ris tota adest simul. nec minor in minorib⁹. nec maior in maiorib⁹. s; tñ i aliis intẽsius. in aliis remissius opaṫ. cũ in singulis pticulis corporis eẽntialiṫ tota sit. Ita ꝛ deus cũ sit in oibus eẽntialiṫ ac tot⁹. in illis tñ pleni⁹ eẽ dr̃ q̃s inhabitat. i. in q̃bus ita ẽ vt faciat eos tẽplũ suũ. ꝛ hi tales cũ eo sunt iã ex pte s; in beatitudine pfecte. Mali vo. ꝛ si ibi sint vbi ipe est q̃ nusq̃ deest. non tñ sunt cũ eo. Vñ Aug. sup Joh. Nõ satis fuit dicere vbi ego sum ꝛ illi sunt. sed addidit mecũ. q꞉ ꝛ miseri psũt eẽ vbi ꝛ ille ẽ. q̃ nusq̃ deest. Sz beati sũt cũ illo quia nõ sunt beati nisi ex eo ꝙ cũ illo sunt q̃ fruunṫ eo. ꝛ vident illũ sicut est.

a [a] Mali vero nõ sunt cũ illo. vt ceci in luce nõ sunt cuz luce. nec boni ita nũc sunt cũ eo vt videant p spẽm. ꝛ si sint aliquo mõ cũ eo per fidem.

Nititur dictoꝝ intelligentiã aperire et rationabiliṫ manuducit. d

Si vis intelligere quõ habitet recurre predicta de spũsctõ.

Quõ aũt deus habitet in bonis. ex illis aliq̃ten⁹ intelligere valebis q̃ sup̃ dicta sunt cũ de spũsctĩ pcessione tpali agereṫ. vbi (licet ex pte) exponiṫ. Ex pte eñ cognoscim⁹. ꝛ ex pte pphetam⁹ quõ spũssanct⁹ habitet i nobis. q̃ nõ sine pr̃e ꝛ filio inhabitat. Si autẽ q̃ris vbi habitabat de⁹ anteq̃ sctĩ eẽnt: Dicim⁹ q꞉ in se hitabat. Vñ Aug. in li. 3 maximinũ. In tẽplo inq̃t suo habitat deus. scz in sctis q̃ sunt tẽplũ dei mõ ẜm fidẽ ambulantes. ꝛ tẽplũ dei erũt aliqñ ẜm spẽm. q̃liter etiã nũc templum dei sũt angeli.

Ubi habitauit deus anteq̃ eẽt creatura.

Sz dicet aliqs. anteq̃ faceret de⁹ celuz ꝛ terrã. anteq̃ faceret sctõs. vbi habitabat? [b] In
b se habitabat de⁹. apud te habitabat. ꝛ apõ se ẽ. Nõ ẽ sctĩ sic sunt dom⁹ dei. vt ea sbtracta cadat de⁹. Immo sic habitat deus in sctis. vt si ipse discesserit. cadant.

Stultam rationem excludit. e

Sciendũ est etiã q꞉ vt ait Aug. in li. ad dardanũ. Dici nisi stultissime neq̃t spũsctm̃ nõ hr̃e locũ in nr̃o corpore. qd̃ totũ aĩa nr̃a impleuerit. Stultius etiã dicitur angustiis alicubi impediri trinitatẽ. vt pr̃ ꝛ fili⁹ ꝛ spiritussanct⁹ alicubi simul eẽ nõ possint. Ve꞉ illõ ẽ multũ mirabili⁹ ꝙ cũ de⁹ vbiq̃ sit tot⁹. non tñ i oib⁹ habitat. Quis porro audeat opinari. nisi insepabilitatẽ trinitatis penit⁹ ignoret. ꝙ in aliq̃ possit habitare pr̃ et fili⁹ in q̃ nõ habitet spũssanctus. aut in aliq̃ spũssanct⁹ in q̃ nõ habitet pr̃ ꝛ fili⁹. Fatendũ est ẽ vbiq̃ eẽ deũ p diuinitatis pñtiã. s; nõ vbiq̃ p inhitatõis gratiã. Propter hanc eñ habitationez gratie non dicim⁹. pater noster qui es vbiq̃. cũ ꝛ hoc veꝝ sit. s; qui es in celis. i. in sanctis in q̃bus est quodã excellentiori modo.

In admirationẽ erigit ꝙ de⁹ inhabitatoꝛ ẽ q̃rundã nõ cognoscentiũ eũ. ꝛ nõ q̃rundã cognoscentiũ. f

Illud q̃z mirabile est. Quia vt ait Aug. in eodẽ deus est inhabitatoꝛ q̃rundã nõ cognoscẽtiũ deũ. ꝛ nõ quorundã cognoscentiũ deũ. Illi eñ ad templũ dei nõ ptinent. qui cognoscentes deũ. nõ sicut deũ glorificant. Ad tẽplũ dei ptinent puuli sanctificati sacramẽto xp̃i

a Mali vo nõ sṫ cũ illo ꝛc. Contra. videṫ male dicere. q̃a mali sunt i deo. q꞉ in illo viuunt. moueṫ ꝛ sunt. ẽ si nõ ipoꝛtaṫ maioꝛ cõueniẽtia p h̃ ꝙ ẽ eẽ cũ aliq̃ ꝙ in aliq̃. videṫ ꝙ sicut mali dicũṫ eẽ in deo. ita debeãt dici eẽ cũ deo. Itẽ q̃ ẽ magis ppria. de⁹ ẽ cũ malis. vl' mali cũ deo. vr̃ ꝙ h̃. mali sũt cũ deo. Vñ Aug. in lib. ꝯfes. Mecũ eras. ꝛ tecum non erã. loq̃ṫ p statu pctĩ. Sz ꝯtra. cũ dicit auctẽ in casuali. ẽ videṫ ꝙ meli⁹ dĩ bõ cũ deo ẽ ecõuerso. Rñ⁹. ꝛ dõm. ꝙ hec ppositio cũ dicit associationẽ. In societate ãt ꝯside rãṫ duo. scz mutuuz auxiliũ. ꝛ cõformitas volũtatis. Qm̃ ẽ soli boni h̃nt volũtatẽ cõformẽ ꝛ sunt coadiutores dei. iõ de eis sol' ppric dicit ꝙ sũt cũ deo ꝛ ecõuerso. q꞉ tũc hoc qd̃ est cũ. nõ dicit auctẽ. Qz vo mali nõ ꝯformãṫ nec auxiliãtur deo i sua salute. ẽ ꝯdicũt. ꝛ tñ de⁹ adiuuat eos i mlt'. iõ dicit Aug. Mecũ eras ꝛc.

b In se habitabat deus ꝛc. ꝛ apud se est. Videṫ male dicere. q꞉ ppositões sṫ distinctiue. q꞉ trãsitiue. si ẽ de⁹ a se nõ distinguiṫ. male diciṫ ꝙ apud se erat. Si tu dicas ꝙ trãsitionẽ solũ dicit q̃tũ ad modũ. Cõtra ẽ glo. s. s. Joh. q̃ dicit ꝙ apud notat distinctionẽ pr̃is ad filiũ. Rñ⁹. dõm. ꝙ deus nõ solũ ꝛ est in creaturis s; etiã apud se. Vñ Aug. in li. ꝯfes. de⁹ ẽ in se vt alpha ꝛ o. in mũdo vt creatoꝛ ꝛ rectoꝛ. in angelis vt sapoꝛ ꝛ decoꝛ. in liberatis vel electis vt liberatoꝛ et adiutoꝛ. in reprobis sicut terroꝛ ꝛ horroꝛ. Qd̃ obiicitur. ꝙ ppositio dicit trãsitionẽ ꝛ distinctionẽ. dõm ꝙ q̃tũ est de virtute sue significatõis. nõ dicit nisi transitionẽ q̃tũ ad modũ. ꝙ aũt dicit q̃tũ ad rẽ hoc est rõne materie sue terminoꝝ q̃bus additur.

τ remunerati spūsancto. qui nondū valent cognosce-
re deū. Ergo quē potuerūt illi nosse nec habere. isti po
tuerūt hr̄e anteꝗ̄ȝ nosse. Beatissimi autē sunt illi q̄bus
est deū hr̄e q̄ð nosse. Hic aliq̄ten⁹ apit Aug. quō de⁹ c
habitet in aliquo. i. habeat᷑. cū videlicet ita est in aliq̄
vt ab eo cognoscat᷑ τ diligatur.

Quō deus totus vbiq̄ȝ sit p essentiā non potest in-
telligi ab humano sensu. g

Ex p̄dictis patet ꝙ deus vbiq̄ȝ totus est p essentiā. et
in sanctis habitat p gratiā. Cunq̄ȝ superius (licet te-
nuiter) ostensum sit qua ratione dicat᷑ habitare in qui-
busdam. efflagitaret ordinis ratio id etiam assignari
quomodo vbiq̄ȝ p essentiā τ totus sit. nisi huius consi
derationis sublimitas atq̄ȝ immensitas humane men
tis sensum omnino excederet. Ut eñ ait Cryſ. super Cryſ.
epistolā ad Heb. Sicut multa de deo intelligim⁹ que
loqui penitus nō valemus. ita multa loquimur que in
telligere nō sum⁹ idonei. Uerbi gratia. Q̄ vbiq̄ȝ de⁹
est. scimus τ dicimus d quō autē vbiq̄ȝ sit. intellectu nō d
capimus. Itē ꝙ est incorporea quedā virtus que om
nium est causa bonoꝝ scimus. quō autē vel que ista sit
penitus ignoramus.

Excludit eos qui p̄sumptuose soluūt quō de⁹ vbiq̄ȝ
sit p essentiā. potentiā. p̄sentiā. h

Quidā tamē immensa ingenio suo metiri p̄sumentes
hoc ita fore intelligendū tradiderunt ꝙ deus vbiq̄ȝ p
essentiā esse dicit᷑. nō ꝙ dei essentia ꝓprie sit in omni lo
co τ omni creatura. sed quia omnis natura atq̄ȝ omne
q̄ð naturaliter est. in quocunq̄ȝ loco sit. per eum habet
esse. τ omnis locus in quo illud ē. Hijdē etiā dicunt iō
deū vbiq̄ȝ dici esse p p̄sentiā. vel p potentiā. quia cun-
cta loca sunt ei p̄sentia. τ que in eis sunt. nec in eis ali-
quid opari cessat. Naȝ et ipsa loca τ quicq̄d in eis est.
(nisi ipse ꝯseruet) manere nō possunt. In eis ḡ p ſbam
deus esse dicit᷑ (vt aiunt) quia p virtuteȝ ꝓprie ſbe sue
facit. vt etiā loca sint τ oīa que in eis sunt. Sed licet h̄
vera sint que asserunt in explanandis intelligētijs pre
dictoꝝ. in illis tñ verbis q̄bus dicit᷑ deus vbiq̄ȝ eē per
essentiā. plus contineri credendū est. quod homo vi-
uens capere nō valet.

Abijcit eos q̄ irrationabiliter q̄runt quō deus cum
sit in omnibus rebus essentialiter. nō tamen sordibus
rerum inquinetur. i

Solet etiam ab eisdem queri quomodo deus substan
tialiter insit omnibus rebus. τ corporaliū sordiū inqui
nationibus nō contingatur. q̄ð tam friuolū est. vt nec
responsione sit dignū. cū etiā e spūs creatus sordib⁹ cor e
poreis etiā leprosi vl' q̄ȝtūcūq̄ȝ polluti inq̄nari ñ possit.
Sol q̄ȝ radios suos siue sui pollu-
tione effundit sup loca et corpora.
nō soluȝ munda. ß etiā immunda.
ac sordibus fetentia. quoꝝ conta-
ctu homines τ alie quedā res infi-
ciunt᷑. solis ꝟo radij īpolluti τ in-
cōtaminati ea ꝯtingentes existūt.

Augusti. de agone xp̄iano. Timent q̄dam q̄ð fieri nō potest. scȝ ne humana carne veritas τ substantia dei inq̄netur. τ tamē p̄d

c Quō deus habitet in aliq̄ ꝛc̄. Uidet᷑ non bene dicere. quia habitat in puulis qui eū nō cognoscunt. ergo nō videt᷑ hec ratio
3 conueniens. R⁰. est cognoscere actu. τ est cognoscere habitu. τ q̄ȝuis paruuli nō cognoscant actu. cognoscūt tamen habitu. eo ꝙ gratiā habent τ habitum virtutū. sicut dicitur in quarto libro.

d Quō autē vbiq̄ȝ intellectu nō capimus. Uidetur falsuȝ dicere. quia q̄ð intelligim⁹ debetur rationi sicut dicit Aug. ß habemus rōnes p quas scimus deū esse in rebus potentialiter. p̄sentialiter τ essentialiter. Si tu dicas ꝙ ñ comp̄hendimus que dicunt᷑ de deo. Obijcitur ꝙ simılit᷑ nec alia que dicunt᷑ de deo cōprehendim⁹. ergo nō magis de hoc q̄ȝ de supradictis deberet dicere magister ꝙ sit in-
4 effabile. R⁰. dōm. ꝙ quedaȝ sunt pure intelligibilia. τ talibus nō contradicit imaginatio ſȝ deficit. Quedam sunt sensibilia. τ in talib⁹ sufficit. Quedam sunt quodā modo imaginabilia. τ q̄dam modo intelligibilia. τ in talibus frequenter intellect⁹ deficit. τ imaginatio cōtradicit τ oficit. vt cū cogitamus deum esse vbiq̄ȝ. deū solo intellectu capimus. locū autē imaginamur. τ q̄m nostra imaginatio extra nō capit ꝙ aliq̄d creatū sit i plurib⁹ locis. τ intellectus claritatem lucis non aspicit. hinc ē ꝙ talia nobis non intelligibilia iudicantur magis q̄ȝ alia.

e Spūs creat⁹ sordibus ꝛc̄. Uidet᷑ ꝯtrariū eē

dicant istũ visibilẽ solem radios suos per omnes feces ꝛ sordes spargere et eos mundos ꝛ sinceros seruare. Si ergo visibilia munda a visibilib⁹ immundis contingi possunt ꝛ nõ inquinari. quãtomagis inuisibilis et incõmutabilis veritas.

f

Non est ergo mirandũ. si essentia diuina omnino simplex ꝛ incõmutabilis omnia replet loca. ꝛ omnibus creaturis eẽntialiter inest. nec tamẽ cuiusq̃ rei sordibus cõtaminatur vel cõtingatur. Unde Augustinus in li. de natura boni[f] cum in deo inquit sint omnia que condidit. nõ tamen inquinãt eum illi qui peccant. de cui⁹ etiã sapientia que attingit a fine vsq̃ ad finẽ fortiter dicit̃. attingit oĩa ꝓpter suam mundiciã. ꝛ nihil inquinatũ in eã incurrit. Postremo respondeant quid potius de deo respondendũ existiment. vel ꝙ nusq̃ eẽntiã sit. vel vbiq̃. vel ꝙ alicubi. ita ꝙ nõ vbiq̃. Sed quis audeat dicere ꝙ nusq̃ diuina eẽntia sit vel ꝙ alicubi ꝛ ñ vbiq̃ sit. Si eñ ita ẽ alicui ꝙ nõ vbiq̃. ergo localis est. Est ergo vbiq̃ tota q̃ continet totũ. ꝛ penetrat totũ. que nec ꝓ sui simplicitate diuidi. nec ꝓ sui puritate maculari. nec ꝓ sui immẽsitate vllo modo ꝯprehendi potest. Unde Aug. deus vbiq̃ est. cui nõ locis sed actionibus ꝓpinquamus.

ei qd̃ dicitur Sap. ix. Corpus qd̃ corrumpitur aggrauat animam. Et itez. anima contrahit originale a carne ꝛ inficit̃ ab illa. R°. sicut gñatio vniuoca est. que est similis ex simili. ꝛ equiuoca que est rei dissimilis. ita est infectio ẜm rõnez vniuocã. vt leprosus facit leprosũ. ꝛ ẜm rõnẽ equiocã. vt infectio generat infectionem. primo modo loquitur magister. quia anima leprosi ñ est leprosa. scd̃o modo obijcitur.

f Cum in deo inq̃t sint omnia que cõdidit nõ tamen inq̃nãt eum ꝛc̃. Videt̃ male dicere. q̃a sordes corporales inquinãt res corporales. ḡ sordes spũales res spũales. Itẽ si deũ nõ inquinãt. ḡ videt̃ ꝙ posset dici ꝙ deus ẽ in diabolo. qd̃ est cõtra oẽm vsuz. R°. dicẽ ꝙ sicut tangit mgr̃ in lr̃a. sordes corporales non coinq̃nant corpus spũale. q: nec cõicãt in materia nec dependẽt. vt pz in radio. q̃ nõ inficit̃ fecibus. q: nec dependet nec cõicat in trãsmutabili materia. ꝛ qm̃ de⁹ neutrũ hz. ideo nõ valet illud. Qd̃ obijcit̃ ꝙ deus est in peccatorib⁹. dicẽ ꝙ nullũ incõueniens esset dicere.
7 tñ quia hoc videbat̃ sonare in cõtumeliã. iõ ponẽda ẽ determinatio. rõne cui⁹ sermonis intellectus sanus appareat. vt si dicatur deus in dyabolo vel in adultero q̃tum ad conseruationem nature.

a Ad intelligentiã huius partis querit̃ de existentia dei vbiq̃. ꝛ circa hoc tria principalit̃ querunt̃. Primo querit̃ vtrũ esse vbiq̃ conueniat deo. Scd̃o vtrum esse vbiq̃ sit ꝓpriũ dei. Tercio qualiter cõueniat deo esse vbiq̃. Et q̃tum ad primum quia esse vbiq̃ põt distribuere ꝓ omnibus rebus. et ꝓ omnibus locis. duo querunt̃. Primo vtrum deus sit in omnibus rebus. Scd̃o vtrũ sit in omnibus locis.

Questio. j. a

Qꝫ sit in omnibus rebus ostenditur sic. Phus in. j. phia. Quãto aliquid simplicius. tanto a plurib⁹ indigetur ꝛ in pluribus inuenit̃. sed deus est simplicissimus in fine simplicitatis. ergo inuenit̃ in omnibus. sed nõ reperit̃ nisi vbi est. ergo est in omnibus. Itez quanto causa prior tanto vniuersalior. ergo causa prima est vniuersalissima. sed quanto aliquid vniuersalius tanto influit in plura. ergo cum prima causa sit vniuersalissima. influit in omnia. sed omnẽ qd̃ influit in aliquid est illi p̃sens ẜm virtutez. nusq̃ eñ ꝛ nunq̃ opatur deus agens. nisi ꝑ p̃sentiã virtutis. sꝫ deus ꝓpt̃ suã simplicitatẽ est idẽ qd̃ sua v̾tus. cũ ḡ virtus dei sit in oĩbus. ꝛ s̾ba ẽ in oĩbus. Itẽ hoc videt̃ ꝑ impossibile. quia omne qd̃ est in vna re limitata ita ꝙ nõ est in alia est limitatũ ꝛ artatũ. sed hoc est impossibile circa deum. ergo nõ est in vna re quin in omnibus sit. Itẽ si deus est in vna re ita ꝙ nõ in alia. aut potest esse in illa in qua nõ est. aut nõ. Si nõ potest. ergo nõ est omnipotens. Si potest esse ꝛ nõ est. cũ res nõ mutet̃. ergo mutari põt. ergo deus nõ est in omnibus rebus. aut nõ est omnipotens. aut mutabilis. quoꝝ vtrunq̃ est impossibile.

esse futura ab istis. sic prescit modum cōtingētie sm
quē sunt ab istis. Ad intelligētiam aūt obiectorū 17
notādum q̄ duplex est necessitas. scilicet absoluta ꝛ
respectiua. Necessitas absoluta que opponit̄ cōtin
gētie dicit̄ necessitas consequētis. Necessitas respe
ctiua dicit̄ necessitas consequētie. ꝛ hec nō opponit̄
cōtingēti. nam aliquod contingēs necessario sequit̄.
vt si ambulat. necessario seq̄t̄ q̄ mouet̄. dōm. ergo q̄ i
prescito nō est necessitas absoluta. sed solū cōseque
tie. quia necessario sequit̄ deus prescit hoc. ergo hoc
erit. ꝛ hoc modo intelligit̄ autoritas Anß. ꝛ cōsimi
les autoritates que ꝓponūtur cum modo necessita
tis. ꝛ sic patet primū. Ad illud qđ scđo obijcit̄ de 18
silogismo ex maiori de necessario ꝛ minori de inesse.
dōm. q̄ sicut pȝ ꝛ phūs exponit. h̄ itelligit̄ d̄ ea ꝓpo
sitōe que ē de ineē simpliciter q̄ equalet necessario. ꝫ
minor huius silogismi scilicet hoc ē prescitū nō est d̄
inesse simpliciter. sicut eīm infra patebit nō ē neces
saria. Ad illud quod obijcit̄ de p̄scito q̄ verū est. 19
et si verum ē. necessario est. dōm. q̄ istā rationem fa
cit phūs ad ostēdendū q̄ in futuris non est veritas.
et ē sophistica. Istā qñ dicit̄. eē quod ē qñ est. necessa
rio ē, intelligit̄ de eo quod ponit aliq̄d in actu circa
suppositū. quod ex quo positū ē. impossibile ē non eē
positū. sed verū de futuro nihil ponit circa subiectū.
quia nō est verū ꝓ p̄sēti sed solum ꝓ futuro. ꝛ ideo
nulla ē necessitas neq̄ȝ simpliciter. neq̄ȝ vt nūc. quia
nihil ponit vt nūc. Ad illđ quod obijcit̄ ꝑ impos 20
sibile q̄ si posset aliter eē posset falli ꝛc. dōm. q̄ sicut
veritas venit ex cōcordia intellectus ad rē cognitā.
hec autē concordia non est aliud q̄ȝ adequatio rei ꝛ
intellectus. sic falsitas venit ex discordia intellectus
ad cognitū. similiter potētia fallēdi ex potētia discor
dandi. dico ergo qñ necessario p̄scitū sequitur ad p̄
sciētiam. idō non p̄ūt discordare. ꝛ ideo nunq̄ fallit̄
nec p̄t falli. Quod ergo obijcit̄. q̄ aliter potest eē. 21
dōm. q̄ aliter potest eē quia deus p̄t aliter p̄scisse. ꝛ
cum ponit̄ q̄ aliter scit. ponitur q̄ aliter p̄scit. Quā
do ergo infertur. p̄t aliter eē q̄ sit. ꝛ deus p̄sciuit sic.
ergo aliter q̄ deus prescit. distinguēda ē conclusio.
quia potest intelligi diuisim. sic vera ē. Et ē sēsus. de
us p̄scit hoc euenire. ꝛ possibile ē illud non euenire.
Si aūt coniūctim. falsa ē. ꝛ ē sēsus. illđ ē possibile qđ
deus prescit vno modo vt eueniat alio mō. Et ē fal
lacia compositōis in illo ꝓcessu. sicut hic. currens p̄t
non moueri. ergo possibile ē q̄ aliquis currat ꝛ non
moueat̄. non sequitur. Similiter cum querit̄. quod
ponitur ponēdum ē. sed cuȝ assumit. deus presciuit.
hoc ē oppositum posito. ꝛ idō ē negādum.

Questio.ij.

Utrum diuina presciētia habeat in se necessitateȝ. h̄
est. vtrum necesse sit deum prescire quod prescit. Et

q̃ sic.ostẽditur primo per autoritatẽ Ans.i ll.de cõ-
cordia p̃destinatõis ⁊ liberi arbitriȷ̃.Q̃ð prescit de⁹.
impossibile est non p̃scire.ḡ ab equipolleti. necesse ẽ
prescire. Item ratione videt̃.quia omne dictũ de
preterito verum est necessariũ.Unde si cucurrit. ne-
cesse est cucurrisse.sed si prescit. presciuit. ḡ cum hoc
sit dictũ de preterito.ḡ necessariũ. Item licet po-
tentia dei sit indifferens ad exeũdum ⁊ non exeũdũ.
tamen exquo exiuit i actũ necesse est exisse.Unde q̃
uis potuit creare et nõ creare anteq̃ crearet. tamen
exquo creauit necesse ẽ creasse.ḡ exquo presciuit ne-
cesse est presciisse. Item si homo voluit ⁊ presciuit
aliquid. necesse est hoiem sciuisse et voluisse. ergo si
circa sciẽtiam dei nõ est minor certitudo immo ma-
ior q̃ circa sciẽtiaȝ hominis. multofortius est neces-
se.Si tu dicas sicut aliqui dicunt q̄ in hac deus pre-
sciuit.totũ ex futuro est ẜm rem.q̃uis intelligat̃ sub
ratione preteriti.Unde nihil plus est dicere deus p̃-
scit.nisi deus est. et hoc erit. Contra. tunc esto q̄ ds
nullam haberet cognitõem.dum tamen res esset fu-
tura.hec esset vera. deus prescit. quod manifeste est
falsum. Preterea.esto q̄ presciẽtie addatur actus
trãsiẽs in preteritum.vt promissio.vel predictio. vel
ꝓphetatio.ibi trãsit in preteritum aliquid.et vere fit
idem sophisma ⁊ idẽ dubiũ.⁊ hoc non soluit. Itẽ
plus distat esse et non esse q̃ necessarium ⁊ ꝯtingẽs.
sed aliquid quod simpliciter non est habet esse in dei
presciẽtia.ergo multofortius aliquid quod in se con-
tingens est potest esse necessarium in prescientia dei.
ḡ ⁊c. Itẽ omne immutabile est necessariũ. sed cuȝ
dicit̃ deus prescit.est immutabile.ḡ est necessarium.
Prima est manifesta.secũda patet.q2 cuȝ dicit̃ deus
prescit.prescire.est immutabile.ḡ est necessariũ. Pri-
ma est manifesta. Secũda patet. quia cũ dicitur de⁹
prescit.si mutat̃ vt fiat nõ presciens.aut hoc erit ẜm
mutatõem rei. aut dei. Rei non.quia res adhuc ni-
hil est.ergo nõ mutat̃ nec mutari potest.Si ẜm mu-
tatõem dei.ḡ deus mutat̃. Item omne eternũ est
necessariũ.quia vnũ solum est eternũ.⁊ illud est in q̃
non cadit contingẽtia ẜ summa necessitas.sed presci-
re dei est eternũ.ḡ necessariũ est deũ prescire. Cõ-
tra. regula est.si antecedẽs hone cõditõis est necessa-
rium.et consequẽs.⁊ si consequẽs non est necessariũ
nec antecedẽs.Sed sequit̃ si deus prescit hoc esse fu-
turum.hoc erit quocũq; cõtingẽti demõstrato. quia
oppositũ non potest stare. ḡ cum consequẽs non sit
necessarium.nec antecedẽs. Item regula est q̄ ne-
cessariũ cõpatitur se cũ omni possibili.Omne eñ re-
pugnans necessario est impossibile.demonstrato ta-
mẽ aliquo qui prescitus est damnari. possibile ẽ istũ
saluari.ḡ ista duo possunt simul stare q̄ iste sit presci-
tus damnari et saluet̃.⁊ hoc ẽ impossibile.⁊c. Itẽ
regula est q̄ oppositum contingẽtis est contingẽs.⁊
oppositũ necessariȷ̃ est impossibile.Et regula itez est
q̄ si ad antecedẽs sequitur ꝯsequẽs.ad oppositũ ꝯse-
quẽtis sequitur oppositum antecedẽtis.Ex hijs ar-
guo sic. Sit a contingẽs prescitũ a deo. si deus p̃scit
a erit.ḡ per regulã si a non erit.deus non prescit.sed
a non esse fuit contingẽs.deũ nõ presciisse fuit impos-
sibile.ḡ ad contingens sequit̃ impossibile.sed hoc est
contra artem.necesse est ḡ hoc esse contingẽs. deum
scilicet p̃scire hoc. Itẽ omnis diuina actio que re-
spicit obiectuȝ quod potest non esse.potest desinere.
Unde cuȝ deus cõseruet rem creatã. potest desinere
conseruare. ḡ cum prescire sit respectu contingẽtis:
erit contingens. R⁰.dõm q̄ sicut ꝓbatum est.illõ 22
constat ⁊ non est dubiũ.q̄ deũ prescire cõtingẽs ali-
quod cũ antecedit ad contingẽs.⁊ connotat aliquid
quod habet veritatẽ contingẽtem.q̄ ipm iudicãduȝ
est contingens.sed aliqui voluerũt ipm iudicare cõ-
tingens.quia totũ quod dicit.dicit de futuro. ⁊ illud
improbatũ est.quia falsũ est ⁊ nõ intelligibile. Om-
nis eñ intellectus qui intelligit hoc.q̃uis non intel-
ligat tẽpus circa deum.intelligit q̄ actus diuine pre-
cognitõis ab eterno fuit in dõ.⁊ ille differt a re futu-
ra.et ꝓpterea sicut dictũ est hoc nõ soluit.Alij volue-
runt iudicare contingẽs quia cũ sit dictum de p̃teri-
to.pendet tamẽ ex futuro. Et hoc dicũt in credito.⁊
ꝓphetico.⁊ dicto a xp̃o .⁊ cõsimilibus que inferũt de
necessitate ꝓpositõem de futuro.et illud est improba
bile.vt videtur. Qm̃ si actus diuine precognitõis pẽ-
det ex futuro.tũc cum in futuro q̃ꝫtuȝ est ex parte rei
contingẽtis nulla sit certitudo.nec in diuina p̃cogni-
tõe esset. Preterea.quõ depẽdet.cuȝ ab eo nõ causet̃
aliquo mõ.Et iterũ.quõ depẽdet illud quod necessa
riũ est fuisse.vt actus cognoscẽdi et credẽdi ⁊ p̃dicẽ-
di ab eo quod futurũ est.non videt̃ nec ꝓbabile nec
intelligibile.Et ideo alio mõ dõm. q̄ quoddã est di- 2
ctũ de preterito et ꝓ preterito. sicut si dicat̃ petrũ le-
gisse.Quoddã de preterito sed ꝓ futuro. vt anticri-
stus fuit nasciturus.Quoddã ꝓ preterito tñ depen-
det ex futuro. vt hoc dictũ. petrũ dixisse verũ naua
le bellũ fore.Ad hoc enim quod dictuȝ habeat veri-
tatem. exigit̃ belli euẽtus. et ab illo depẽdet veritas
nostre assertõis que causat̃ a re. Quoddã est dictuȝ
de preterito quod non depẽdet sed cõnotat veritatẽ
circa illud futurum .sicut si dicatur deus prescit hoc
futurũ. Quia eñ dei sciẽtia est solum respectu veri.
ideo cõnotat veritatem circa illud dictũ futuruȝ.sed
qm̃ diuina cognitio non habet certitudinẽ a re.quia
ab ipa nec causatur nec oritur.ideo ab illa non depẽ-
det.et preterea falli non potest q̃uis connotet futu-
rum.Unde in presciẽtia hec duo dicũtur.scȝ act⁹ di-
uine cognitõis.⁊ hũc necẽ ẽ eẽ siue fuisse.Et ordiatõ
futuri ad illũ actũ. ⁊ hꝫ ordinatio futuri ad illũ actũ.
ñ ẽ necessaria.⁊ iudicãda ẽ ꝯtingẽtia i totali dicto. ñ
rõe totalitatis siue p̃ncipal significati.ẜ cõnotati.Et
si ponatur deũ nõ prescire aliquid quod prescit. po
test et debet intelligi non per remotõem principalis
significati.sed ipius connotati.siue illius ordinis ip-
sius tpalis ad eternum.qui quidem est cõtingẽs
tione alterius scilicet tpalis.contingentia ergo est in
totali dicto.quia cõnotat aliquid esse verum d̃ futu-
ro.quod quideȝ est contingẽs.⁊ hoc patet sic.Cũ eñ
dicit̃.de⁹ prescit te saluãdum. hic duplex includitur
actus et cõpositio.videlicet.hic.tu saluaberis. ⁊ hic.
deus habet cognitõem de salute tua.⁊ habuit cogni-
tõem ab eterno. Habere quideȝ cognitiõeȝ est actus
eternus et necessarius.quia non depẽdet a re.sed sal-
uari est actus futurus et contingens.qm̃ ergo actus
diuine cognitõis non depẽdet a cognito.ideo potest
esse certitudo in ipo.re contingẽte existẽte.Sed quã-
do significatur per modũ presciẽtie.cõnotat futuruȝ
contingẽs.⁊ omne dictũ quod claudit in se ꝯtingẽs.
iudicãdum cõtingens ẽ.ideo totale contingẽs iudi-
catur.Et hec solutio est vera generalis. Naȝ act⁹
credulitatis.actus ꝓphetatõis.et diuine assertiõis.p
hoc q̄ currũt ẜm illustratõem diuine presciẽtie.ideo

ꝯnotāt.⁊ nō depēdēt.iō certi ⁊ infallibiles sūt de re/
24 bus in se nō certis. Ad illḋ ꝫ qḋ obijcit̄ de Aug.
ꝙ necesse est p̄scire qḋ p̄scit.dōm.ꝙ hoc intelligit q̄/
tū ad actū p̄cognitōis quē necesse ē fuisse. sed nō q̄/
25 tū ad ꝯnotatōem futuritiōis. Ad illud qḋ obijcit̄.
ꝙ dictum est de preterito.dōm.ꝙ q̄tum est de rōne
preteritōis.necessariū est.sed qm̄ cōnotatur futurū.
idō est ꝯtingēs.Et ex hoc patet sequēs. quia q̄tū ad
illud futuruꝫ nō est adhuc potētia i actu.imo adhuc
26 non potest exire.iō ⁊c. Ad illḋ qḋ obijcitur ꝙ ē co
gnitio sine existētia rei.ꝫ necessitat̄ sine rei necessita/
te.dōm.ꝙ verū est ꝙ in actu cognitōis est necessitas
sed nō in toto. Nec est simile.quia precognitio n̄ cō/
notat actualē rei existētiam. sed cōnotat rei futuriti/
onem.⁊ ad hoc ꝙ dictū sit necessariū.necesse est ꝙ sit
27 necessitas in ꝯnotato. Ad illḋ qḋ obijcit̄.ꝙ oē im
mutabile est necessariū.dōm.ꝙ ad esse mutabil' duo
cōcurrunt.ꝙ se habeat vno mō prius. alio mō poste
ri⁹. Et ꝑ oppositū immutabile p̄t dici duplicit̄. Aut
quia nihil actu est. aut qꝛ actu ē ⁊ nō p̄t aliter se hr̄e.
⁊ h̄ ꝯuertit̄ cū necessario.sꝫ illud immutabile qḋ nō
est aliquid actu nō cōuertit̄. ⁊ sic est verū cōtingens
de futuro anteq̄ res sit. Et sic hoc dictū.antixp̄m fo
re.est mō verū immutabile. quia si ponat̄ esse verū.
ponit̄ ꝙ semp fuerit.⁊ similiter si falsū.⁊ hoc quia ni
hil actu ponit.qm̄ ergo deū presciisse cōnotat futuruꝫ
cōtingens.iō est dictum immutabile.nec ex hoc seq̄/
tur ꝙ sit necessariū vt visū ē. Tn̄ aliqui volūt aliter
dicere.ꝙ deum p̄scire hoc futurū contingēs.ē immu
tabile a parte prescientis.sed a parte rei p̄scite ē mu/
tabile.⁊ ideo ex parte illa cōtingens.Sed tamē illud
difficile est dicere.qḋ enim p̄scitur semel.semp presci
tum fuit.⁊ deus nō p̄t prescire futurum cōtingēs.ita
ꝙ nihil fiat circa futuꝝ.⁊ ita nulla mutatō.Et ꝓpter
hoc modus alius dicendi est rōnabilior. Ad illud 28
qḋ vltimo obijcitur.ꝙ nihil eternum est contingens.
dōm.ꝙ ens eternū est dupliciter. Aut pure eternuꝫ.
aut connotat tp̄ale de futuro. ⁊ pure eternuꝫ est ne/
cessariū.sed connotās tp̄ale de futuro rōne cōnotati
p̄t iudicari cōtingens.sicut ⁊ rōne illius p̄t desinere.
Sūma dictoꝝ est ista.ꝙ deū p̄scire futurum con/ 29
tingens.est quoddā dictū qḋ claudit in se actum di/
uine cognitōis eternum.⁊ ordinatōem dicit ad futu
rū contingens.Et q̄uis act⁹ diuine cognitōis ponat
aliquid exn̄s necessariū et eternum.illa tamē ordina
tio ponit futurū qḋ cōtingens est.Et iteruꝫ q̄uis di/
cat ordinatōem.nō tamē dicit depēdētiam sed soluꝫ
cōnotatōem.⁊ ideo nō ponit incertitudineꝫ. Hincē
ꝙ deuꝫ prescire futurum est cōtingens rōne conno/
tatōis ad cōtingēs.Est immutabile rōne ordinatōis
ad futurum.quod potest non esse nulla facta muta/
tione.Est certum ratione independentie ab eodem.
et hoc patebit infra planius in distinctione de prede
stinatione.

Distinctio.xxxix.de immutabilitate vel perfectōe diuine sciētie vl' cognitōis.

p Reterea queri solet.vtrū sciētia dei possit augeri vel minui.Supra egit magister d' sciētie diuine cer/titudine.hic agit de perfectōe.Et qm̄ vere p̄fectum est cui non est possibilis additio.ideo magister q̄rit vtrum diuina sciētia possit augeri vel minui.Et habet hec pars tres partes.In prima magister q̄rit ⁊ determinat ꝙ diuina essentia non recipit augmētum.nec diminutōem.nec alteratōem. sed omnia simul et vno aspectu cognoscit. In secūda opponit cōtra hoc.ꝙ diuina sciētia nō potest augeri. ꝓ hoc ꝙ videt̄ aliquid posse scire ex tp̄e.⁊ determiat.⁊ hoc facit ibi.Hic opponit̄ a quibusdā. In tercia obijcit autoritate Iero.contra hoc qḋ dictum erat diuinam sciētiam esse respectu oīm.⁊ hoc ibi. Ei vero quod predictū est scilicet ꝙ deus ⁊c.Et q̄libet harū triū partiū p̄t subdiuidi.qꝛ p̄mo in eis opponit.secūdo soluit.Et ponit duplicē r̄nsionē. ⁊ in tercia post r̄nsionē epilogatōem subiūgit.ibi.Simul itaqꝫ.

Vtrū scientia dei possit augeri vl' minui. vel aliquo mō mutari. vtrumqꝫ enī videtur posse ꝓbari.

a

xxxix

Reterea queri solet. vtruꝫ scientia dei possit augeri vel minui? vtrūqꝫ enim videtur posse ꝓbari. Qꝛ diuina sciētia possit augeri vel mutari hoc modo probatur.quia potest deus scire quod nunq̄ scit.Est enim aliquis qui non est lecturus hodie.et tamen potest esse vt legat hodie. potest enim hodie legere. Nihil autem potest fieri quod non possit a deo sciri. Potest ergo deus scire hunc lecturum hodie. potest ergo aliquid scire qḋ non scit.ergo potest eius scientia augeri vel mutari.Eademqꝫ videtur posse minui. Est enim aliquis hodie lecturus quem deus scit lecturum. At potest esse vt non legat.ergo potest deus non scire hunc lecturuꝫ.potest ergo nō scire aliquid quod scit.ergo potest minui eius sciētia vel mutari. Ad quod dicimus.quia dei scientia omnino immutabilis est. nec augeri potest vel minui. R° Nam vt ait Augu.in.xv.li.d' trini. Sciētia dei est ipsa sapiētia. ⁊ sapiētia est ipsa essētia siue sb̄a dei. quia in illius nature simplicitate mirabili nō est aliud sapere ⁊ aliud esse.sed quod est sapere.hoc est ⁊ esse. Ideoqꝫ nouit oīa verbū que nouit pater.sed ei nosse de patre est sicut esse. Nosse enim ⁊ esse ibi vnum est.Et ideo patri sicut esse non est a filio.ita nec nosse. Proinde tanq̄ seip̄m dicens. Pater genuit verbuꝫ sibi equale per omnia. Non enī seip̄m integre ꝑfecteqꝫ dixisset. si aliquid minus aut amplius esset in eius verbo q̄ in seipso. Hoc est enī oīno verbū quod pater.non tn̄ est pr̄.qꝛ iste fili⁹.ille pater.

a [a] Sciunt ĝ seiuicē pr̄ ꝛ filiꝰ. ꝟ ille gignēdo iste nascēdo
b [b] Et oīa q̄ sūt in eoꝝ sciētia. in eorum sapiētia. in eorū essentia. vnusquisq; eorū simul videt. nō particulatim aut singulatim. velut alternāte conspectu hinc illinc ꝛ inde. huc ꝛ rursū inde. vel inde in aliud atq; aliud. vt aliq̄ videre non possit nisi nō videns alia. ꝟ oīa simul videt. quoꝝ nullū est qđ nō semꝑ videat ꝛ sciat. Eius itaq; sciētia inamissibilis ꝛ inuariabilis est. Nr̄a vero sciētia ꝛ amissibilis ꝛ receptibilis est. qꝛ nō hoc ē nobis esse quod scire. Propt̄ ħ sicut nr̄a sciētia illi sciētie dei dissimilis est. sic ꝛ nr̄m verbū qđ nascit̄ de sciētia nr̄a. dissimile est illi verbo qđ natuꝫ est de pr̄e scīa. Ex hac autoritate clare ōndit̄ sciam dei oīno inuariabilē esse. sicut ipa essentia dei oīno inuariabilis est. ꝛ ꝙ pater et filius cū spūsācto simul oīa sciūt ꝛ vidēt. Sicut ĝ non p̄t augeri vel minui diuina ēētia. ita nec diuina sciētia. ꝛ tamē cōcedit̄ posse scire qđ nō scit. ꝛ posse nō scire qđ scit. qꝛ posset aliq̄d esse subiectū eius sciētie qđ n̄ est. ꝛ posset non esse subiectū aliquid quod ē sine permutatione ipius scientie.

Oppositio ꝙ deus possit nouiter vel ex tempore scire vel prescire aliquid. b

Hic opponit̄ a quibusdā ita. Si ds̄ p̄t aliq̄d scire vl̄ p̄scire qđ nūq̄ sciuit vel p̄sciuit. potest ĝ ex tp̄e aliq̄d scire vel p̄scire.
R° Ad qđ dicimꝰ. Potest q̄dē ds̄ scire vl̄ p̄scire oē qđ p̄t facē. ꝛ p̄t facē qđ nūq̄ fiet. Potest ĝ scire vl̄ p̄scire qđ nūq̄ fiet. nec ē. nec fuit. nec illud scit
[illegible] vel nesciuit. neq; p̄scit vl̄ p̄sciuit. [c] qꝛ sciētia dei nō ē nisi de hijs q̄ sūt vl̄ fuerūt vel erūt. ꝛ presciētia nō est nisi de futuris. Et licet possit scire vl̄ prescire qđ nunq̄ ē vel erit. nō tñ p̄t aliquid scire vel p̄scire ex tp̄e. Potest vtiq; scire vl̄ p̄scire qđ nūq̄ ē nec erit. nec illđ scitū vel
d p̄scitū ē ab eterno. [d] Nec tñ p̄t incipe scire vl̄ p̄scire illđ. ꝟ ita p̄t mō scire vl̄ p̄scire. sic̄ p̄t scisse vl̄ p̄scisse ab eterno. Si eñ dicas eū mō posse scire vl̄ p̄scire qđ ab eterno nō sciuit vl̄ p̄sciuit. i. ita ꝙ ab eterno nō sciuerit vel p̄sciuerit. quasi vtrūq; simul esse possit. falsū ē. Si vero dicas eū posse mō scire vl̄ p̄scire qđ ab eterno n̄ sciuit. vl̄ p̄sciuit. i. habere potētiā sciēdi vl̄ p̄sciēdi ab eterno. ꝛ mō aliq̄d. nec tñ illđ p̄scitū ē vl̄ futuꝝ. verum est
e [e]. Nō potest ergo nouit̄ vel ex tp̄e scire vl̄ p̄scire aliq̄d

a Sciūt ergo seiuicē pater et filiꝰ. sed iste gignendo. ille nascēdo. videt̄ male dicere. qꝛ scire ē ēētiale i diuinis. ĝ si scit nascendo. cū nasci dicat, ꝓꝓetatē ꝑsōalē. ꝓꝓetas ꝑsonalis ē rō rei ēētialis. qđ nō ē sane neq; vere dictū. R°. dōm. aliq̄ voluerit dicere ꝙ scire dei relatū ad creaturas ita ꝙ vna persōa sciat seipam. ē dictū ēētialr̄ Si ħm ꝙ vna ꝑsōa sciat aliā. dicit respectū ꝑsōe ad ꝑsonā. ꝛ ē dictū notionalit̄. Sꝫ hoc nō ē cōueniēt̄ dictū. qꝛ sicut i p̄cedētibꝰ habitū ē. sapia ꝛ sapē ēētialit̄ tm̄ dr̄. Est ꝓterea dicēduꝫ ꝙ ablatiuꝰ ille nō tm̄ dicit cām sine rōem dicēdi ꝟ rōeꝫ cōcomitātie Gerūdia ei sicut dicit p̄s. habēt exponi ꝑ si. vel ꝑ dum. vel ꝑ qꝛ. ꝛ p̄mo mō dicit ꝯueniētiā. scđo cōcomitātiam. ꝛ tertio cām. b Et oīa que sūt i coꝝ scīa. i coruꝫ sapia. ꝛ i eorū ēētia. vnusq̄sq; eorū simul videt. Cōtra. supra di xxxvj. dictū ē ꝙ creature sūt i dei noticia ꝟ nō i dei ēētia. ĝ ē cōtradictio. R°. dōm est 2
ꝙ i diuīa scīa sūt scibilia. i diuīa vero ēētia sūt attributa. sicut potētia. sapia. ꝛ bonitas. Et Augu. vult dicere ꝙ pr̄ et filiꝰ sil̄r vident oīa cognoscibilia creata ꝛ creāda. ꝛ oīa essētie atr̄buta. Vñ lr̄a

legēda ē diuisim. oīa que sūt in eoꝝ sciētia. vtputa creata simul scit quilibꝫ. similiter oīa que sūt in eoꝝ essētia
vtputa attributa simul sciūt. siue scit quilibet. ꝛ iđo nō vult dicere ꝙ creature sint in diuina ēētia. c Qꝛ 3
sciētia dei nō ē nisi de hijs que sūt vl̄ fuerūt vel erūt. Videt̄ hoc eē falsū. qꝛ deus scit oē qđ p̄t facere. ꝟ p̄t facere qđ nūq̄ fuit. nec ē. nec erit. ĝ sciētia dei ē đ aliquo qđ nūq̄ fuit. vel est. vel erit. Et p̄terea ē infinitoꝝ. sicut vult Augu. xv. de ciui. dei. nō tm̄ que sūt vel fuerunt vel erūt. R°. dōm ꝙ magister loquit̄ de sciētia visionis q̄ est illoꝝ tm̄ quoꝝ ab eterno fuit p̄uisio. ꝟ ipe obijcit de scīa intelligētie. q̄ nulliꝰ cōnotat existētiā. qđ pꝫ. Intelligit ei ds̄ oē qđ p̄t. ꝛ ita nō recte currit obiectio. [illegible] Nec tñ p̄t icipe scire vl̄ p̄scire ꝛc̄. Videt̄ male dicere. qꝛ nihil scit̄ nisi veꝝ. ĝ anteq̄ sit veꝝ n̄ scit̄. ĝ si aliq̄d icipit eē veꝝ. aliq̄d icipit a đo sciri. ĝ ds̄ p̄t icipe aliq̄d scire.
Itē creatō ē diuīa ēētia. ꝛ tñ rōe connotati ds̄ p̄t aliq̄d icipe creare. ĝ sil̄r ꝛ aliq̄d scire. R°. Scire duplicit̄ 4
dr̄. Vno mō scire ħ ē qđ hr̄e cognitōem de aliq̄. ꝛ sic connotat actualē existētiā cogniti. ꝛ sic n̄ p̄t ds̄ aliq̄d icipe scire. i. alicuiꝰ cognitōem icipe hr̄e. Alio mō scire ħ est quod n̄ nosse aliq̄d eē verū. et ħ tūc p̄mo scit̄ eē verum quādo incipit eē. ꝛ sic incipit deus scire. sic ꝛ definit p̄scire. nō rōe p̄ncipal̄ significati qđ ē scīa. ꝟ rōe connotati. quod quideꝫ est veritas rei scite. e Nō p̄t ergo nouiter ex tp̄e scire vel prescire aliq̄d. sicut nec p̄t nouiter

sicut non potest nouiter vel ex tpe velle aliqd. ꝛ tamē potest velle quod nūq̄ voluit. Itē a quibusdā dicitur ds posse plura scire q̄ sciat. quia potest oīa scire q̄ scit. et potest aliqua facē q̄ nūq̄ erūt. ꝛ illa potest scire. nō eīn aliq̄ icognita facē pt Si vero oīa ēēt que mō sūt. ꝛ alia quedā faceret que nō sūt nec erunt. ꝛ illa oīa sciret. procerto plura sciret q̄ mō scit. nec tamen eius sciētia augeri potest. qꝛ hoc totū fieri posset sine mutabilitate sciētie. Cōstat ḡ dei sciētiā oīno eē immutabilē. nec augeri posse vl̄ minui. sꝫ ei subiecta. — An deus possit plā scire q̄ scit.

Obijcit autoritate Hiero. cōtra hoc q̄ de⁹ ꝛ semꝑ et simul scit oīa. c

Ei vero qd̄ p̄dictū est. scꝫ q̄ deus oīa sp̄ videt ꝛ simul. videtur obuiare qd̄ ait Hiero. in expositōe Abacuck Absurdū est inqt ab h̄ deducere dei maiestatē vt sciat ꝑ momēta singl'a quot culices nascāt. q̄tue moriātur. quota pulicū ꝛ muscaruꝫ sit multitudo. q̄tue pisces nacēt in aq̄s ꝛ silia. Non sim⁹ tā fatui adulatores dei. vt dū ꝓuidētiā eius etiā ad ima retrudim⁹. in nosipos iniuriosi sim⁹. eandē irrationabiliū ꝛ rōnabiliū ꝓuidentiā esse dicētes. Hic videt dicere Hiero. q̄ de⁹ illorum minimoꝝ sciam siue ꝓuidētiā nō habeat. q̄ si hoc est. tūc nō oīa simul scit ꝛ sp̄. Ex tali itaq̄ sēsu illd̄ dictū eē nouerim⁹. vt deū illa alternatim vl̄ ꝑticulatim scire neget. nec ꝑ diuersa tpm momēta sic illa cognouit. sicut ꝑ varia momēta illoꝝ q̄dā deficiūt q̄dā incipiūt. Neq̄ illt alijsq̄ irrōnabilib⁹ ita ꝓuidet queadmoduꝫ rōnabilib⁹. Nūqd eīn (vt ait apl's) cura est deo de bob⁹ et sicut nō est cura deo de bob⁹. ita nec de alijs irrōnabilib⁹. Dicit tn̄ scriptura. qꝛ ipi est cura de oīb⁹. Prouidētiā ḡ ꝛ curā vniuersaliter d̄ cūctis que ꝯdidit hꝫ. vt habeat vnūquodq̄ qd̄ sibi debet ꝛ cōuenit. f Sed specialē ꝓuidētiā atq̄ curā habet d̄ rōnabilib⁹. quib⁹ p̄cepta tradidit. eisq̄ recte viuēdi legē p̄scripsit. ac premia ꝓmisit. Hāc ꝓuidētiā ꝛ curā de irrōnabilib⁹ non hꝫ. Ideo dicit Apl's. qꝛ nō ē cura deo de bob⁹. Prouidet tn̄ oīb⁹ ꝛ curat. i. gubernat oīa. q̄ oīb⁹ solē suū fac oriri ꝛ pluuiā dat. Scit itaq̄ de⁹ quāta sit multitudo pulicū. culicū. muscarū. ꝛ pisciū. ꝛ q̄t nascāt q̄tue moriāt. s̄ nō scit h̄ ꝑ momēta singl'a immo simul ꝛ sp̄ oīa. Neq̄ ita scit vt eādē habeat ꝓuidentiā irrōnabiliū ꝛ rōnabiliū. i. vt eodē penit⁹ mō ꝓuideat irrōnabilib⁹ ꝛ rōnabilib⁹. Rōnabilib⁹ eīn ꝛ p̄cepta dedit. ꝛ angl'os ad custodiā delegauit.

Hiero.

Re⁹. Quō pmissa verba hiero. sint intelligēda.

.i. cor. ix.

Sap. xij.

f

Math. v.

Breuis sūma p̄dictoꝝ cū additōe q̄rūdā. d

Simul itaq̄ ꝛ immutabiliter scit deus oīa que fuerūt et sunt ꝛ erunt. taꝫ bona q̄ mala. prescit quoq̄ omnia futura tam bona q̄ mala.

vel ex tpe velle aliqd. ꝛ tn̄ pt velle qd̄ nūq̄ voluit. Videt hic dicere duo cōtradictorie opposita. qm̄ illd̄ ē nouū qd̄ pri⁹ n̄ fuit et nō ē. ḡ si posset qd̄ pri⁹ n̄ voluit. videt q̄ icipiat velle. Re⁹. dōm q̄ cū dico deū velle. h̄ duo dico. ꝛ actū diuine volūtatis. ꝛ vlteri⁹ ordinatōem ipius effect⁹ ad illū actuꝫ. Et primū quidē ē necessariū. ꝛ semꝑ. nec pt icipe vel desinere. volūtas eīn diuina ē sp̄ i actu suo. ita q̄ nec pt illo carere. nec alium hr̄e. s̄ ordinatio alic⁹ effect⁹ ad illū actuꝫ ē ordinatō rei future q̄ nōduꝫ ē. ꝛ iō pt eē ꝛ n̄ eē. ꝛ ordinari ꝛ nō ordiari. Quādo ḡ dicit q̄ ds pt velle qd̄ nūq̄ voluit. ꝛ tn̄ n̄ ex tpe. itellect⁹ ē. q̄ effect⁹ ille potuit ordinari ad diuinū velle. ꝛ qm̄ ordinatio effect⁹ ē ordinatio rei future. ꝛ qd̄ est futurū. sp̄ fuit futuꝝ. et qd̄ semel fuit ordiatū. sp̄ fuit ordiatuꝫ ad illā. Qn̄ ḡ dr̄ q̄ ds pt velle aliqd. idē ē dicere q̄ aliqd potuit esse futurū. siue hr̄e ordinē ad diuinā volūtatē. qd̄ tn̄ n̄ hꝫ ordinē. s̄ si hr̄et. ab eterno habuisset. ꝛ iō n̄ icipit ex tpe. ꝛ iō exēplū magri bonū ē. si velle dei importat ordinē ad volūtā i rōe futuri. s̄ s̄m q̄ iportat cōcomitātiā i rōe p̄ntis. pt dī ex tpe velle s̄ eē sine hoc approbare hodie. n̄ qꝛ n̄ icipiat act⁹. s̄ qꝛ incipiat ꝯnotatū. f Sꝫ specialē ꝓuidētiā atꝫ curaꝫ hꝫ de rōnabilib⁹. obijcit q̄ videt eē cōtra illd̄ qd̄ dr̄ sap. vj. Equalit ē illi cura de oibus. Re⁹. dōm q̄ equaliter non priuat ibi ordinē diuine distributōis. sed priuat acceptiōem psōe. Et oibus distribuit ibi tn̄ ꝓ hominibus. tam ꝓ magnis ꝛ paruis. pauperibus ꝛ diuitibus. ꝛ sic est ei equaliter cura d̄ omnibus quia ita vult salutem pauperum et diuitum.

a Ad intelligētiam presentis distinctōis queritur de ꝑfectione diuine cognitōis. ꝛ circa hoc duo prima

paliter querũtur. Primo queritur de pfectione diui
ne cognitõis q̃tum ad numerũ cognoscibiliũ. Secũ
do queritur de ipa q̃tũ ad modũ cognoscẽdi. Quã
tum ad primũ querũtur tria. Primo querit̃ vtrum
deus cognoscat alia a se. Secũdo queritur vtrũ de⁹
cognoscat oĩa alia a se. Tercio vtrũ deus possit sci
re vel pscire plura q̃ sciat.

Questio .j. a

Qd deus cognoscat alia a se ostẽditur autoritate et
ratione. Autoritate sic. ps. Qui plãtauit aurẽ nõ au
diet. aut qui finxit oculũ nõ considerat? q.d. Hoc est
impossibile q̃ det alijs potẽtiaz cognoscẽdi τ ipe nõ
cognoscat. Item Eccl. xxiij. Dño deo anteq̃ crea
rẽtur oĩa sunt agnita. et post pfectum respicit omĩa.
ḡ si non creat se sed aliud. non tñ se cognoscit sed eti
am aliud. Item pbatur rõe ostẽsiua sic. Omne p
ducens res fm ordinẽ τ libertatẽ pducit eas pcog
noscẽs. Si eñ pducit ordinate. necesse est q̃ pducat
fm sapiẽtiam. Rursũ si fm libertatem. necesse est q̃
fm sapiẽtiam ppriam non alienã. ḡ i ipo est omniũ
cognitio. Itez in entibus est status. ḡ pari rõne et
in cognoscibilibus. sed primũ ens in quo est stat⁹ est
principium a quo est omnis entitas. τ sine quo nihil
est. nec aliquid est nisi ab eo. ḡ eadem rõne in primo
cognoscẽte (si status est) necesse est q̃ ab ipo sit om
nis cognitio. τ q̃ ipm omnia cognoscãt. τ sine ipo
nihil. Si ḡ pter quod vnũquodq̃ τ illud magis. pz
τc. Item hoc ipm ostẽditur p impossibile. q2 si nõ
cognoscit aliud a se. aut ergo quia nõ potest. aut q2
non vult. Nõ quia nõ vult. quia in deo volũtas nõ
precedit cognitõem. ḡ quia non potest. sed omne cog
noscens qđ non potest cognoscere aliquid quod est
cognoscibile habet cognitõem deficiẽtem τ artataz.
quod impossibile est esse in deo. ḡ τc. Item nihil
potest deus nisi quod nouit. alioquin aliquid posset
ignorãs. quod absurdum est. ḡ si non nouit aliquid
aliud a se. nec potest supra aliud a se. nec in se potest.
cũ non sit supra se. ḡ nihil in toto mũdo potest. ḡ de⁹
est impotẽtissim⁹. qđ est absurdissimũ dicere. Sz
cõtra opponit̃ p rõem phi in .xj. Intelligibile est p
fectio intellectus. ḡ si deus intelligit aliud a se. intel
lectus ei⁹ perficitur ab alio. τ si hoc. sequitur triplex
inconueniens. Primum. q̃ eius cognitio vilescit. cũ
perficiat̃ a re minus nobili q̃ sit deus. Secũduz. q̃
eius cognitio vel ipe deus trãsmutatur. omne enim
quod ab alio perficitur habet potẽtiam passiuã que
est principium trãsmutãdi. Tercium incõueniẽs ẽ
q̃ deus non sit sua actio. cum actio sit a perfectione.
et deus perficiatur τc. Itez si deus cognoscit aliđ
a se. cum omne quod cognoscit deus sit idem quod
deus. necesse est q̃ illđ quod cognoscit sit extra deũ.
ergo si cognoscit aliud. cognoscit aliquid extra se. Et
ex hoc similiter oritur triplex incõueniens. scilicet q̃
cognitio eius sit indigens exteriori. sit etiam trans
mutabilis. τ q̃ sit aliud q̃ ipse. que omnia sunt incõ
uenientia. Item illud idem ostenditur per rõem
cognoscẽdi. qm̃ rõ cognoscẽdi ẽ ipa veritas. ꝫ veritas
idez est qđ rei entitas vt dicit Augu. ergo nihil cog
noscitur a deo nisi ens. sed deus nihil cognoscit nisi
ab eterno. ergo nihil cognoscitur ab ipo nisi ens qđ
est ab eterno. sed tale est vnum solum scilicet ipse de
us. ergo τc. Item ratõ cognoscẽdi est assimilatõ.
vbi est enim cognitio. necesse est q̃ ibi sit assimilatio
cognoscẽtis ad cognoscibile. ergo vbi summa cogni
tio. ibi summa assimilatio. τ quia dei cognitio est sũ
ma et perfectissima. ergo debet attendi fm summaz
assimilatiõem. sed nihil summe assimilatur deo nisi
ipse. ergo solum seipsum cognoscit. Itez videtur
q̃ nulla necessitas sit ponere deum cognoscere alia
a se. Qm̃ sicut potẽtia se habet ad pductionem. ita
et intelligentia ad cognitõem. sed dei potẽtia etiaz si
nihil pducat non est minus potens. ḡ si intelligẽtia
dei nihil aliud a se cognoscat. nihilominus est sũme
intelligẽs. Itẽ bonitas creature cõparata ad bo
nitatem creatoris est sicut punctus ad lineam. ergo
similiter veritas ad veritatem. Sz si intelligatur pũ
ctus amoueri a linea. non est linea minor nec imper
fectior. ergo si deus veritatez suam cognoscit sine ve
ritate creature. nihilominus sua cognitio perfecta ẽ
Rñ. dđm. q̃ pium τ necessarium est dicere q̃ deus 7
aliud a se cognoscat. Pium quidem. quia omnis re
ctus animus hoc dicit. quia non latet deum qđ cog
noscit noster animus. Necessarium. qm̃ non potest
opus latere sapiẽtissimum opificem. τ ideo opposi
tum est dicere impium τ impossibile. Et ꝓpterea 8
ad intellectũ obiectorum notãduz q̃ cognoscere ali
ud est dupliciter. aut per aliud a se cognoscente. aut
per se. Quando cognoscens cognoscit aliud τ p ali
ud tunc verum est q̃ perfectiõem habet aliunde. et
tunc eius intellectus est in potentia. et recipit aliun
de perfectiõem. τ ideo additõem τ transmutatiõem.
et hoc omnino impossibile est circa deum. Est iterũ
aliud cognoscere per se. τ tunc contingens est actus
respectu cognoscibilis. τ tunc non recipit imperfe
ctionẽ a cognoscibili. sed magis ecõuerso. τ hoc mo
do ponimus deum aliud cognoscere a se per seipm.
et sic non procedit prima ratio. sed fm primam viã.
et ita intelligit phũs si verum dixit. Ad illđ quod 9
obijcitur secũdo q̃ si deus cognoscit aliud a se. ergo
aliquid extra se. dicẽduz q̃ cognoscere aliquid extra
se est tripliciter. Aut per aliquid cõceptuz ab extra.
et sic dependet cognitio ab extrinseco. τ sic nõ ẽ pos
sibile ponere in deo. Aut est cognoscere aliquid ex
tra. quia aspectus cognoscẽtis deflectitur extra. sicut
cognoscit angelus. Aut quia illud quod est aliud et
diuersum habet ortum ab intra. et ita quod est extra
cognoscit̃ p oĩno intrinsecũ. τ hoc mõ cognoscit ds.
scz p exẽplar quod ẽ idẽ quod ipẽ a ḡ res cognoscũ
tur. et ħ mõ nihil valet obiectio. Ad illud qđ obij 10
cit̃ tercio q̃ ab eterno fuit vnũ solũ ens. dđm. q̃ du
plex ẽ rei eẽ. scz i se. τ in sua cã. id ẽ i ꝓprio genere. τ i
exemplari. Et ad cognitõez rei sufficit exñtia eius in
causa siue in exẽplari. τ quia per exẽplar representa
tur sicut futura est in ꝓprio genere. ideo p exñtiaz in
exemplari oĩno cognoscit̃ sicut futura est. nec aliter
cognoscit̃ postq̃ facta est. Quod ḡ obijcit̃ q̃ ab eter
no fuit vnũ solũ ens. dđm. q̃ verũ ẽ in ꝓpo genere si
ue in eẽ actuali. multa tamẽ fuerũt in causa. τ eẽ illđ
erat rõ cognoscẽdi fm vtrũq̃ modũ essendi. Ad illđ
qđ obijcit̃ q̃rto đ assilatõe. dđm. sicut supra dictũ fu
it i q̃one de ydeis q̃ ad cognitõez req̃rit̃ assilatõ ñ p
ꝯuenietiã i genere vł spẽ. sed fm rõem exprimẽdi. et
qm̃ diuina veritas vna τ sũma expressione exprimit
se et alia. ideo sũma assimilatio est. non tñ respectu
sui. ꝫ etiã respectu alioꝝ. τ ita pz illud. Ad illđ qđ
obijcit̃ q̃ potentia dr̃ pfecta etiã si nihil faciat. ḡ τc.

dicendum. ꝙ non est simile de actu faciendi respe-
ctu potentie. ⁊ sciēdi respectu intelligētie. Nā facere
est actus vt actus et vt egrediēs. qui non facit pfecti
onē sed consequitur. et ei attestat. sed scire est actus
vt habitus. qui significat vt pfectio potentie. Cū ḡ
diuina intelligētia est pfectissima. ideo nō tm̄ cogno
scit aliqua s; oē quod potest cognosci. nō aūt facit oē
11 quod potest fieri. Ad illud quod obijcit vltimo ꝙ
veritas creature nihil facit ad primam veritatē ⁊c.
dōm. ꝙ verū est. et ideo eque nobilis et pfecta erat
prima veritas ante creatōem veritatū aliarum sicut
post. sed tamē ponere ꝙ aliqua veritas sit. ⁊ non sit
a veritate eterna. est ponere primā veritatē nō esse
sūmā. sic ponere aliquā veritatem nō esse. ⁊ nō eē
cognitam. tollit rōem pfecte veritatis vt est rō cog-
noscēdi. et ideo patet ꝙ de pfectione summe verita-
tis est cognitio creature. sicut ⁊ potētia pducēdi.

Questio. ij. b

Dato ꝙ deus cognoscat alia a se. querit vtrū cogno
scat oia alia a se. Et ꝙ sic videt autoritate Iere. xvij.
Prauū est cor hoīs ⁊c. et post. Ego dominus scru-
tans corda et renes. sed nihil incertius. nihil occul-
ti⁹ nostris cogitatōibus. ergo si has cognoscit. ⁊ oia
alia. Item heb. iiij. omnia sunt nuda ⁊ aperta ocu
lis eius. ad quē nobis sermo. Et iterū. Viuus est
sermo dei et efficax. vsq; ibi. ⁊ non est aliqua creatu-
ra inuisibilis i conspectu eius. Itē Io. vlti. Dn̄e
tu oia nosti. Item Augu. iij. de tri. Nihil fit visi-
bile nec intelligibile quod non de aula interiori atq;
inuisibili sūmi imperatoris aut iubeat aut pmittat.
s̄m ineffabilē iusticiā penaꝝ et premioꝝ. gratiarū et
meritorum. ⁊ si hoc. ḡ oia cognoscit. Item ratiōe
videtur. quia q̄to sba spūalior atq; simplicior. tāto
plurium ē cognitiua. s; ds ē sba simplicissima ⁊ spūalissi
ma. ḡ est oīm cognitiua. Itē ds ē creator ⁊ remu-
nerator. sed inquātū creator ē artifex. inq̄tū remu-
nerator iudex. sed perfectus artifex cognoscit oīa
pducta. pfectus iudex oia remunerāda. s; ois crea-
tura spectat ad artificiū. ⁊ oē bonū et malū ad iudi-
cium. ḡ deus oēm creaturam cognoscit. ⁊ oēm boni
tatem ⁊ maliciā. Itē impossibile est aliquid eē in
quo non sit deus p presētiam essentie. vt supra pba-
tū est. sed cuicūq; presens est essētiam. ⁊ cognitōem.
ḡ impossibile est aliquid deo esse incognitū. Itē
si esset in vna re ita ꝙ non in alia. esset eius essentia
limitata. ḡ si ita cognosceret ꝙ aliqua essent incogni
ta. esset eius cognitio limitata ⁊ artata. ⁊ ita imper-
fecta. Sed ꝯtra. Omne nobilius deo est attribuē-
dum. sed quedam melius est nescire q̄ scire. sicut di
cit Augu. in ench. ergo necesse est ponere ꝙ deus
illa non sciat. Item intellectus noster pter sui i-
materialitatē non intelligit singularia. Vn̄ vt phūs
dicit intellectus est vniuersaliū. et sensus singulariū.
Sed diuinus intellectus multo magis est immate-
rialis q̄ noster. ergo si noster non intelligit singula-
ria. nec diuinus. Item noster habitus scientialis
pter sui certitudiem non est nisi necessarioꝝ ⁊ non
cōtingētium. Quia dicit Boetius ꝙ sciētia est corū
que sui immutabilē existētiam sortiūtur. Si ḡ diuina
cognitio est multo certior q̄ nostra scientia. patꝫ ⁊c.
Item sicut deus dicit omnisciēs. ita est ops. s; po
tētia mali nō est de omnipōtētia nec de pfectōe potē
tie naturaliter. ḡ similiter cognitio mali nō est de p-
fectōe sciētie ḡ ⁊c. Itē hoc ipm ostēdit autoritati-
bus. Et pmo autoritate Abacuc. j. Mūdi sūt oculi
tui domine ne videāt malū. ḡ. Item Math. xxv. 11
de malis. Nescio vos. Itē q̄ necessitas est deū po
nere cognoscere omnia. Et videtur ꝙ nulla. qr cog-
nitio nostra nō minus dicitur pfecta si nō cognoscat
vnam muscā. si ergo diuina cognitio multomin⁹ pfi
cit a scibili. n̄ erit impfecta si nō cognoscit ista vilia.
Rᵒ. dicēdum. ad intelligētiā obiectoꝝ ꝙ in deo ē 12
cognitō approbatōis. ⁊ simplicis noticie. Et noticia
approbatōis connotat cōplacētiā volūtatis. Hac n̄
cognoscit deus oia. quia nec mala nec malos. s; tm̄
bona et bonos. ⁊ de hac intelligūtur due vltime au-
toritates. Est alia cognitio simplicis noticie. ⁊ hec qr
habet rōē cognoscēdi a veritate que est lux summa
cui nihil potest occultari. nec etiā tenebre obscuran-
tur ab ipa. ideo de necessitate cognoscit oia. magna
et parua. bona et mala. sicut ostēdunt rōes ad pmā
partē. Ad illd ergo qd primo obijcit ꝙ oē nobili⁹ 13
deo est attribuēdum. dōm. ꝙ est melius simpliciter.
et est melius huic ⁊ s̄m statum. Dico ḡ ꝙ omnia scire
simpliciter melius ⁊ nobili⁹ est. sed homini corrup-
to qui accipit occasiōem peccādi ex cognitōe. meli⁹
est quedam nescire. ideo non sequit ꝙ sit deo attri-
buēdum. Ad illud quod obijcit d' immaterialita 14
te intellect⁹. dōm. ꝙ hoc ꝙ nō cognoscit singularia n̄
tm̄ venit ex immaterialitate. imo ex immaterialitate ꝯiū
cti ⁊ immaterialitate sua. Cū cū ꝯiūgit corpori. iō hꝫ
potētias s̄m q̄s depēdet a corpore q̄tū ad operatōes.
et p quas intellectus q̄diu est in corpe exit ad exte-
riora. quia ille sūt medie. scꝫ. sēsus pticularis ⁊ ima-
ginatio. Cū ḡ singulare non puenit ad intellectum
nisi istas potētias. et ascēsus p has est s̄m abstra-
ctōem ⁊ depuratōem. ⁊ abstractio facit de singulari
vniuersale. ideo non potest singularia cognoscere vt
intellectus. nisi intellectus sit separatus vel diuin⁹.
Ad illd quod obijcit de certitudine sciētie. dōm. 15
ꝙ hoc nō ē pter certitudinē simpliciter. sed pt cer-
titudiem causatā a re. Et qm̄ causat certitudo in no
stra cognitione vel pēdet ex re. idō nō potest nostra
cognitio esse certa nisi res sit necessaria. Diuina aūt
cognitio qm̄ a re non causat. nec depēdet. idō potest
esse certa de re contingēti. Ad illud quod obijcit 16
ꝙ potēcia mali non est de oipotētia ḡ ⁊c. dōm. ꝙ nō
est simile. quia rectitudo manēs rectitudo est rō cog
noscendi malū. sed rectitudo non est causa mali nisi
declinādo a rectitudine ⁊ deficiēdo. ideo scire malū
est de pfectione sciētie. sed posse malum non est de p-
fectione potētie. Ad illud quod querit que neces- 17
sitas ē cognoscēdi deum omnia. dōm. ꝙ infinitas ⁊
immēsitas veritatis que non patitur aliquid latere
deum. sicut immensitas diuine presentie non patit
aliquid absētari a deo.

Questio. iij. c

Vtrū deus possit scire vel prescire plura q̄ sciat. Et
ꝙ possit plura scire oñditur sic. Nihil scitur nisi ens
et verum. sed multa possūt esse que non sunt. ⁊ veri-
ficari que falsa sunt. ḡ multa possunt sciri a deo que
tamen non sciūtur. Itē ꝙ possit plura prescire vi
detur. quia presciētia est tm̄ futuroꝝ. sed multa pos-
sunt esse futura que nunq̄ fient nec erunt. ḡ multa
possunt presciri que non presciūtur. ḡ deus pt plura
pscire q̄ presciat. Sꝫ cōtra ꝙ non possit plura sci-
re videtur. quia sciētia dei est infinitoꝝ. cū sit infini-
ta. sicut pbatū est supra. sed infinitis nō possūt esse

plura nec cogitari. ꝙ ꝛc. Item potest prescire plu-
ra. aut plura incōplexa siue plures res. aut plura cō-
plexa siue enūciabilia. Non plura incōplexa. q: res
scit deus etiā si nūꝙ sint. scit enim oia que possūt fie-
ri. Similiter nō plura cōplexa. quia cuiuslibet ꝯtra-
dictōis semꝑ altera pars est vera. altera falsa. ergo ꝺ
cōplexis semꝑ tot sūt vera quot sūt falsa. ergo q̄ scit
oia. non potest sciri plura. quia nō possūt esse plura
vera. Itē ꝙ nō possit plura prescire ꝙ̄ presciat vi-
det. quia quecunqꝫ deus prescit. simul prescit. nec p̄t
prescire nisi simul. ergo potest plura prescire ꝙ̄ pre
sciat. aut ergo simul. aut successiue. Simul ē impos-
sibile. successiue similiter impossibile. quia in eterni-
tate non est successio. ergo nullo mō. Item si po-
test plura prescire. ergo cū maior sit presciētia pluri-
um saltem extēsiue. et quod potest esse maius potest.
augeri. ergo diuia presciētia potest augeri. sed vbi au
gmētū ibi mutatio et variatio. ergo diuina sciētia p̄t
18 mutari et variari. R°. dicendum ꝙ cū querit̄. vtrū de⁹
possit plura prescire vel scire. aliter est iudicandum
de prescientia ꝙ̄ de scientia. Naz sicut dici cōsueuit.
triplex est dei cognitio. nō q̄tum ad diuersitatem co-
gnitionum. sed cognitorū. scꝫ cognitio approbatōis.
intelligentie. ꝛ visionis. Cognitio approbatōis ē so-
lummō de eis ad que se extendit beneplacitū volun-
tatis. et hoc est solummō de hijs q̄ fiunt et bona sūt.
hec absqꝫ dubio potest esse pluriū. Cognitio vero
intelligentie dicitur cognitio qua deus cognoscit oē
possibile et sibi ꝛ alijs. et hac cognoscit deus infini-
ta. et hec nullo modo potest esse pluriū. Cognitō vi-
sionis est eorū quorum ab eterno fuit preuisio. et hec
solum est eorum que sunt vel fuerūt vel erunt. et hec
cognitio potest esse pluriuz ꝙ̄ sit. et quia eiusdem est
hec cognitio cuius est presciētia. prescientia potest eē
plurium. Concedēdum ergo ꝙ quedam scientia po-
test esse pluriū. quedā non. Et per hoc patet respon-
sio ad obiecta de sciētia. Qꝫ eī obijcit ꝙ scientia
19 dei est infinitorū. et ꝙ nihil cōnotat circa incōplexū.
dicendum ꝙ hoc verum est de sciētia intelligentie. sed nō
est verum de sciētia visionis. Qđ aūt obijcitur de
20 prescientia. concedendum est ꝙ potest esse plurium.
21 Qđ aūt obijcit̄ ad oppositū ꝙ si potest scire plu-
ra. aut simul. aut non simul. dicendum ꝙ simultas potest
attēdi dupliciter. Aut q̄tum ad sbam prescitorū siue
cognitōem. sic est veruz ꝙ simul. quia ab eterno pre-
sciuit quedā. et ab eterno potuit prescire plura et po-
tuit presciisse. Si aūt considerat̄ simultas q̄tum ad
rōem paucitatis et pluralitatis. sic est implicatio op-
positorū. et sic est sensus. ꝙ simul presciat plura ꝛ pau-
22 ciora. et primo sensu obiectio habet veritatez. Ad
illud qđ obijcit̄. si potest plura prescire. ꝙ p̄t presciē-
tia augeri. dicendum ꝙ esto ꝙ prescita possint augeri. non
tamen auget̄ presciētia. quia vno eodē prescit de⁹
et multa et vnū. et plura et pauca. tamē q̄uis presci-
ta possint esse plura. non tamen possūt augeri. q: au-
geri est de paucioribus fieri plura. ꝯ hec. posse eē plu
ra. habet duas causas veritatis. aut quia de paucio-
rib⁹ possūt fieri plura. aut q: ab initio potuerūt eē plu
ra. ꝛ h̄ vltimo sēsu ē oio va. Et ido cū pcedat a plib⁹
causis veritatis ad vnā. facit sophisma p̄m ꝯñs.

e Onsequēter est questio de secundo articulo
scilicet de mō diuine cognitōis. Et circa hoc
q̄rūtur tria. Primo q̄rit̄ vtruz ds cognoscat
se et alia vniformit̄. Secūdo vtrū cognoscat mutabi-
lia immutabiliter. Tercio vtrū cognoscat oia p̄nter.

Questio .j. d

Qꝫ cognoscat se et alia eodem mō siue vniformiter
ostēditur sic. Scientia dei est sua essētia. et suū scire ē
suū esse. ergo et modus cognoscēdi est modus essen-
di. sed vnus est modus essēdi in deo essētialis. ergo ꝛ
vnus modus cognoscendi. Itē deus seipō ꝛ non
alio cognoscit se. et seipso et non alio cognoscit alia.
ergō vna et eadem ratione cognoscit se et alia. ꝯ mo-
dus cognoscendi attēditur penes rationem cogno-
scēdi. ergo si est eadē rō cognoscendi se ꝛ alia. ꝛ idem
modus. ꝛ sic ꝛc. Itē hocipm videt̄ impossibile.
quia si alio mō cognoscit se. alio mō creaturas. ergo
cum cognoscit se et creaturas. variatur in cognoscē-
do. ergo apud deum est transmutatio et vicissitudi-
nis obumbratio. Itez si alio mō. tunc ego quero.
aut modus ille est creator. aut creatura. Non crea-
tura. quia cognitio ꝛ modus cognoscēdi est eternus.
Si creator. aut dicit quid ꝑsonale. aut quid essentia-
le. Nō personale. quia omnis cognitio est cōmunis
tribus. ergo dicit quid essētiale. ergo si alius et alius
modus. ergo alia et alia essētia. sed hoc est impossibi-
le. ergo et primū. Contra. deus cognoscendo alia
a se cognoscit per ydeam. se aūt non cognoscit ꝑ yde-
am. ergo si cognoscere per ydeam dicit modū cogni-
tōis. ꝛ se non cognoscit per ydeam. patet ꝙ alio mo-
do cognoscēdi. ꝛ sic ꝛc. Item in cognitiōe qua co-
gnoscit se. idem ē cognoscēs ꝛ cognitum. et ratio co-
gnoscēdi. sed in cognitiōe qua cognoscit creaturā nō
est idem ratio cognoscendi cum cognito. ergo non
idem modus. Item nihil est commune creatori ꝛ
creature ꝯm rōem essendi. ergo neqꝫ ꝯm rōez cogno-
scendi. cum ergo aliud sit esse creature ꝙ̄ creatoris.
et alius modus essendi. ergo alia cognitione et alio
modo cognoscitur ꝙ̄ creator. Si ergo alio modo co-
gnoscitur a deo. et idem est creaturam cognosci ꝛ de-
um cognoscere. ergo deus alio modo cognoscit se et
alia. Item omnis cognitio in qua cognitū est no-
bilius. presentius. ꝛ intelligibilius. est cognitio no-
bilior scilicet q̄tum ad rem et modum. Qꝫtū ad reꝫ.
quia de re magis nobili. Qꝫtum ad modum. quia de
re presentiori. Sed in cognitione qua deus cogno-
scit se. cognitum est nobilius. presentius. ꝛ intelligi-
bilius ꝙ̄ in cognitione creature. ergo nobilior cogni
tio q̄tum ad rem ꝛ modū. R°. dicendum ꝙ est q̄- 23
dam cognitio que causatur et ortum habet a cogno-
scibili. et hec qm̄ a cognoscibili causatur et depēdet.
variatur ꝯm exigentiam cognoscibilis q̄tum ad reꝫ
et modum. Est et alia cognitio que ꝯm rem idem est
quod cognoscens ꝛ a cognoscibili non causatur nec
dependet. et hec accipit identitatem quantum ad
rem et modum a parte cognoscentis non a parte co-
gniti. Qm̄ ergo diuina cognitio a rebus nō pendet
nec causatur. sed est idem quod deus. ꝛ deus eadem
essentia et eodem modo se habens. ideo vna cogni-
tione ꝛ eodem modo cognoscit deus se. ꝛ alia a se.
quia per seipsum nullo modo variatum nec diuersi-
ficatuz. Ad intelligentiam autem obiectorū notā- 24
dū ꝙ per respectum ad cognoscētem cognitio eodez
modo cōparatur. ꝛ eodem modo est. Quia ꝯm illaz
cōparatōem habet esse. ꝛ sic pcedūt p̄me rōes ostēden-
tes ꝙ eodem modo cognoscit se ꝛ alia. Sed ꝑ respe-

ctū ad cognitū. licet [illegible] codē.tn̄ alio mō cōparaṫ. nā
ad deum ſm rōem identitatis.ad creaturā ſm rōem
diuerſitatis et cauſalitatis.et ideo ad creaturam ſm
rōem ydeandi.ad deū vero minime.et hoc ꝓbāt ra-
tiones inducte ad ſcdam partē ꝙ alio mō cōparaṫ.
[illegible] hoc mō ſunt ꝯcedēde. Si ergo inferat ꝙ alio mō.
ſic ratio non valet.quia cognitio dei non recipit mo-
dū eſſendi nec nobilitatē a cognito.et ſic patēt duo
25 obiecta de ydea et diuerſitate. Ad illud qđ obijciṫ
tercio.nihil ē cōmune creatori et creature.dōm ꝙ ve
rum eſt de cōmunicato ſm eādem cōparatōem.ſ ſm
aliā et aliā.nihil ꝓhibet ꝙ aliquid ſit veritas creatu-
re. ⁊ ſimilitudo dei.ſimiliter ꝙ aliquid ſit veritas dei
et ſimilitudo creature.et q[illegible] ratio cognoſcēdi accipi
tur penes vtrūqȝ modū.ideo cognitio poteſt eſſe cō-
munis. Ad illud quod obijciṫ vltimo.dōm. ꝙ te-
26 net cū cognitio cauſaṫ a cognito.non aūt tenet cum
nō cauſaṫ ſicut in ꝓpoſito.

Queſtio.ij. e

Utrū deus cognoſcat mutabilia immutabiliter. Et
ꝙ ſic oſtēditur autoritate dyo.ḋ di.no.Cognoſcit de
us oīa materialia immaterialiter.impitite ptita.vni-
formiter multa. immutabiliter mutabilia. Item
Augu.xv.ḋ tri.Eius ſciētia inadmiſcibilis eſt ⁊ inua-
riabilis.ſ oē tale imutabile.ģ ⁊c̄. Itē hoc ipm oñ-
ditur rōne.qꝛ quod nobilius eſt.deo attribuēdū eſt.
ſed nobilior eſt cognitio qua cognoſciṫ res immuta-
biliter q̄ȝ qua cognoſciṫ mutabiliter. ģ ⁊c̄. Item qđ
eſt in aliquo.eſt in eo ꝑ moduȝ eius in quo eſt. ⁊ hoc
verū eſt maxime in deo.in quo oē quod eſt. ē ipm ſi-
ue ipe deus.ģ cū ſciētia rerū [illegible] ipe res cognite ſint in
deo.et ipe ſit oīno immutabilis.ſūt ergo in deo imu-
tabiliter. Itē ad hoc eſt rō Augu.ducēs ad impoſ-
ſibile.dei cū ſcire eſt ſuū eſſe.et ſcia ſua eſt ſua eſſen-
tia.ſi ģ ſciret mutabiliter.eſſet mutabilis.qđ oīno in
ipo eſt impoſſibile. Itē vbi eſt mutabilitas.ibi nul-
la eſt certitudo.ſi ģ deus ſciret res mutabiliter.ſciret
incerte.ſed incertitudo eſt cōditio dedecorās cogni-
tōem.ģ nō haberet dei cognitio ꝑfectā nobilitatem.
Cōtra.cū res eſt p̄ſens.ſcit deus eā eſſe p̄ſenteȝ.et
cū p̄terita.ſcit eā eſſe preteritā.et cū futura. ſcit eā eē
futurā.non preteritā. ģ videṫ ſicut nos cognoſcimꝰ
res mutabiliter. ita ⁊ deus cognoſcat. Itē ad hoc
ꝙ ſciētia eſt vera neceſſe ē ſcibile ⁊ ſciam ꝓportiona-
ri.alioquin nō eſt vera ſcia.cū ergo mutabilis ad im-
mutabile nō ſit ꝓportio.ſed mutabilis ad mutabile.
ģ deus non cognoſcit res mutabiles immutabiliter
ſ mutabiliter.alioquin non vere cognoſcit vt videṫ.
Itē q̄cquid ſciṫ eſt verū. ģ qđ immutabiliter ſciṫ
immutabiliter eſt verū.ſ res mutabiles non habent
veritatem immutabilem.ģ non poſſūt ſciri immuta-
biliter. Item quia res ſūt contingētes.ideo deum
preſcire futura cōtingentia eſt cōtingēs.ſicut in p̄ce-
dentibus oſtēſum eſt.ergo quia res ſunt mutabiles.
deū ſcire res mutabiles eſt mutabile.ergo mutabiliṫ
cognoſcit deus mutabilia.aut ſi nō eſt hoc verū.que
ro quare non.Et iterum.quō poteſt illud intelligi ꝙ
27 rei mutabilis ſit ſciētia immutabilis. Rº. dōm.ꝙ
cū queritur.vtrū deus ſciat res immutabiliter.hec ē
duplex.quia hec determinatio immutabiliter.poteſt
determinare actū ſciēdi dei.vel actū eſſendi rerū.Si
actū ſciēdi dei.ſic oīno veꝝ eſt ꝙ immutabiliter ſcit.
quia circa eius actū et cognitōem non cadit trāſmu-
tatio nec viciſſitudinis obumbratio. Si aūt determi-
net actū eſſendi rerum. ſic falſū eſt de rebus mutabi-
libus. quia deus ſcit eas mutabiles.⁊ nouit ipſarum
mutabilitatē.⁊ ſcit ſe habere nūc aliter q̄ȝ prius.ſ ta-
men nouit immutabiliter. Et ratio huius eſt. qm̄ in
eius cognitōe non eſt receptio. non eſt ſucceſſio. nec
eſt obliuio. ⁊ ideo q̄ȝtūcunqȝ res ſint mutabiles. ipſe
nō mutaṫ in cognoſcendo mutabilitatē eaꝝ. Et q̄ȝ-
uis nullū ſit ſimile.pt tn̄ cogitari.ſi intelligaṫ vel co-
gitetur oculus fixus in pariete.qui ſeipō videat trā-
ſeūtes ſine receptōe. ⁊ vnico aſpectu omnes videat.
et omnes motus ipoꝝ q̄ȝtūcūqȝ res mutētur.tamen
nec oculus mutaṫ nec eius cognitio.⁊ ſic eſt in deo.
Exemplum aūt ad hoc intelligendum poteſt ſumi a
contrario.ſic. Quia eni ſciētia cauſata pēdet a ſcibi-
li et non ecōuerſo.ideo poteſt eſſe mutatio circa ſciē-
tiam ꝑ obliuiōem ⁊ errorē et ſucceſſiuā ꝯſideratōeꝫ.
nulla facta mutatōe in ſcibili.Sic cōtrario mō. quia
ſcia diuia nō pēdet ex re ſcita. pt eē mutatō circa ſci-
bile.nulla mutatōe exiſtēte in diuia ſcia. ⁊ tn̄ illa ſcia
totū ſcit.Et ꝑ h̄ pȝ rn̄ſio ad p̄mo obiectū de h̄ qđ ſcit
fuiſſe et eſſe.dōm cū ꝙ h̄ dicit mutatiōem a pte ſci-
bilis nō ſciētie. Ad illđ qđ obijciṫ ḋ ꝓportōe.dōm. 28
ꝙ in ſpecialibꝰ ꝯditōibꝰ nō oportet ꝓportionari etiā
ſciētiā cauſatā.qꝛ rei corꝑalis eſt ſcia ſpūalis. ſ ſuffi-
cit ꝙ ſit ꝓportio in veritate. Ad illud qđ obijciṫ ꝙ
q̄cq̄d ſciṫ eſt verū.ergo qđ ſciṫ immutabiliter.imu- 29
taliter eſt veꝝ.dōm ꝙ hic eſt accidēs. Omis cū ſcia
requirat veritatē in ſcito de rōe ſue intētōis generaľ
maxime ſcia reſpectu enunciabiľ.tn̄ ſcia non ſꝑ dicit
cōformitatē in immutabilitate.maxime diuia ſcia.q̄
a ſcibili nō depēdet. Ad illud qđ obijciṫ ꝙ futurū
cōtingēs nō p̄ſcit deus neceſſario.dōm ꝙ nō eſt ſiľe. 30
tū ex pte actus p̄ſciendi.tn̄ ex pte diſpoſitōis.Ex pte
actus nō eſt ſiľe.qꝛ p̄ſcire ſꝑ notat euētū rei. ſ ſcirē
ſꝑ cōnotat rei exiſtētiā.ſcit eni deus q̄ pt facere ⁊ nū-
q̄ȝ faciet. Preterea nō eſt ſimile de diſpoſitōe.qꝛ mo-
dus immutabilitatis reſpicit actū. ſ cōtingēs reſpi-
cit nō tm̄ actū ſ ordinatōem ad futuꝝ. ⁊ actꝰ quideȝ
probať per experimentū. Enoch eī̄ ꝛ Helyas sicut di
cūt glo. ꝛ autoritates sanctoꝝ in padiso cōseruanť p
esum ligni vite vsq̄ ad antixp̄i aduentū. sed qua rōe
vsq̄ ad illud tēpus cōseruari pn̄t. eadem rōne ꝛ dein
ceps. ꝫ pari rōne ꝛ corpus Ade. Item nō fuit ma
ioris efficacie lignū sciētie boni ꝛ mali ad corp⁹ per
dendū q̄ꝫ lignū vite ad cōseruandū. sed p esum illius
ligni corpus hois factū est dissolubile. ꝫ pari rōne p
esum alterius ligni poterat corp⁹ corruptibile solida
ri ꝛ ppetuari. sicut ecōtra alteri⁹ ligni comestio corp⁹
sanū ꝛ solidū reddidit dissolubile ꝛ infirmū. Itē
post peccatum si spūs hominis iungeretur fonti vite
disponereť ad perpetuā beatitudinē ꝛ vitā immor
talem. ergo lignū vite corpale sic se habebat ad cor
pus ɔseruandū. sicut lignū vite spūale se habet ad spi
ritū. vi̅ q̄ si homo penituisset. ꝛ de ligno vite gustassꝫ.
q̄ corpus eius esset factū indissolubile. Item ho
mo bene cōplexionatus si nō habet impedimentum
extrinsecū viuere pt vsq̄ ad ɔsumptōeꝫ radicalis hu
midi. si igiť illud humidū posset restaurari. possꝫ cor
pus eius imperpetuū incorruptū seruari. si ergo illō
lignū vite sicut dicūt doctores habebat vim restaurā
di humidū radicale. videtur q̄ si homo de illo come
disset. q̄ corpus eius ineternuꝫ posset durare. etiam
post cōmissionem culpe. Sed ɔtra. Ro. vj. Stipē
dia peccati mors. ergo si postq̄ homo peccauit neces
sarium fuit ipm peccasse. necessariū fuit ipm mori. ꝫ
necessarium fuit corpus eius dissolui. igitur nō pote
rat perpetuari p esum alicuius ligni. Item sentē
tia data fuit Gen̄. iij. Quacūq̄ die co. ꝛc. Si igiť illā
sententiā nulla ɔtus creata pt infirmare. quātūcūq̄
homo comederet de ligno vite necesse erat ipm mori
ꝛ corpus eius resolui. ꝛ hoc ipm dicit alius text⁹ gen̄.
iij. Puluis es ꝛ in pul. ꝛc. Item homo p peccatū
similis factus ē iumentis insipientibus. sed iumenta
si comederent de ligno vite nō ꝓpter hoc corpora co
rum fierent indissolubilia. ergo homo q̄tum ad cō
ditionem mortis iumentis similis effect⁹ est per cul
pam. quantūcūq̄ de ligno vite comederet. corpus ei⁹
dissolui necesse esset. Item non minus est mor
tali immortalē facere q̄ꝫ de mortuo viuū. sed mortuū
suscitare hoc est virtutis solius dei ꝛ virtutis infini
te. ergo corpus dissolubile ad indissolubile reducere
hoc est solius virtutis diuine. ergo si homo post pec
catum de illo ligno comederet. corpus eius nihilo 28
minus dissolui necesse esset. R. dōm q̄ eadem lege
qua diuina iusticia non patitur innocentem puniri
ꝛ mori. non patitur etiam malum remanere impuni
tum. ꝛ ideo diuinū decretum fuit vt si homo manda
tum dei transgrediendo peccaret. ꝛ ipi actori suo in
obediēs existeret. spiritus carnis dominiū amitteret.
ꝛ sicut volūtas a deo recesserat. sic anima in vita cor
pus ipsum desereret. ꝛ dissolutū in suam originē vn̄
sumptum erat rediret. Et quoniaꝫ diuinū decretum
erat inuiolabile. hinc est q̄ postq̄ homo peccauit. q̄
tumcūq̄ de ligno vite ederet. corpus eius non fieret
indissolubile. ita q̄ mortem posset euadere. ideo con
cedende sunt rationes hoc ostendentes. Ad illud 29
quod obijcitur in contrariū de textu. dōm q̄ eternuꝫ
nō dicit ibi vite interminabilitateꝫ. sed vite quandā
diuturnitateꝫ. sicuti sepe consueuit loqui scriptura.
Quis autem lignum vite illud corpus non posset p
petuare. poterat tamen adeo naturā ipius adiuua
re ꝛ vigorare vt diutius viueret. Ex hoc ptꝫ rn̄sio ad
seq̄uentia. s. ad verbū Richar. ꝛ ad illud quod obi de
Enoch ꝛ Helya. Utrūq̄ eī̄ nō cōcludit vite inter
minabilitatem. sed solū quandā diuturnitatē. quā ꝛ
si lignū vite posset homini lapso ɔferre p sibi diuini
tus collatā virtutē. nō tn̄ poterat ineternū ɔseruare.
q̄ diuinū decretū infirmare nō poterat. ꝛ corp⁹ hois
peccātis ad h̄ post pctm̄ habile n̄ erat. ꝛ illō lignū i solo
eo q̄ dispōꝫ hēbat. ad ei⁹ effectū efficaciā hēbat. Ad 30
illud qō obī per silē de ligno scie boni ꝛ mali. dōm q̄

illud sile deficit dupl'r. Primo q2 illud lignū sciē boni
τ mali nō fecit corpora illa esse dissolubilia. s solū bo
minis culpa τ diuina sentētia. Secūdo vo q2 corpus
Ade anteq̄ peccaret nō habebat necessitatē ad pma
nendū. nec necessitatē ad corrūpendū. s postq̄ homo
peccauit corpus eius subiectū fuit necessitati morie
31 di. τ ideo p esum ligni vite nō poterat ꝯseruari. Ad
illud qđ obi' de coniūctione spūs ad fontē vite spūa
lis ꝛc. dōm q illud simile deficit dupliciter. Primuꝫ
quidem q2 voluntas facilius verti' τ reuerti' q̄ na
tura. Secūdo vo quia fons vite spūalis multo potē
tior est sup animā q̄ illud lignū esset sup corpus. τ iō
non seq̄tur q si diuinus spūs recreat τ viuificat ani
mam. q lignū vite reformet τ consolidet corpus i sta
32 tum pristinū. Ad illud qđ obijcitur q lignū vite re
stauraret humiduꝫ radicale. dōm q τ si per sui esum
sufficienter restauraret humidū in corpore hominis
ꝓm statum nature institute. nūq̄ tamē in statu natu
re lapse sic restauraret quin semp aliqua deperditio
fieret. τ ita q̄uis diutius conseruaret. nihilominꝰ ta
men aliquando illud radicale humidum deficeret. τ
corpus ad dissolutionem perueniret.

Onsequenter queri' de immortalitate primi
hominis q̄tū ad coniūctū. Et circa hoc q̄run'
duo. Primo q̄ritur vtruꝫ illa immortalitas
inesset homini a natura vel a grā. Secūdo q̄ri' vtꝝ
illa immortalitas esset eadem p essentiam cū immor
talitate gloriosa.

Questio. j.

Utrum illa immortalitas esset a natura vel a grā
Et q a natura vide'. Illud ē nobis naturale qđ no
bis innasci' τ cū quo nati sumus. s homo cū illa im
mortalitate ꝓductus ē. τ illa immortalitas indita ē
homini a sua conditione. ergo fuit ei naturalis vel a na
tura. Item mors nō poterat inesse homini nisi ꝓ
cedente culpa. sicut probatū ē supra. s culpa nō pote
rat homini inesse. nisi deordinare' natura. si ergo mors
inerat homini ꝯtra naturam. immortalitas inerat ei
p naturā. Item p hoc homo erat immortalis per
qđ erat innocēs. s innocēs erat ex cōditione nature.
esto eñ q nullā haberet grām. nihilominꝰ tñ habe
ret innocētiā. ergo immortalis erat ex cōditōne nature.
nō ex būficio grē. Item immortalitas aīe cōsistit i
ꝯtinua ꝯiūctiōne aīe τ corporis. cōtinua aūt ꝯiūctio
anime τ corpis ē p continuū appetitū vnius ad alte
rū. s aīa habet continuū appetitū ad corpus. τ econ
uerso p naturā absq̄ grā. ergo immortalitas inerat ho
mini p naturā. Item idē est principiū p quod dat
rē esse τ per qđ in esse cōtinua'. sed aīa rōnalis q̄ est
forma p naturā immortalis τ incorruptibilis corpo
ri dabat naturaliter sui esse ꝯplementū. ergo τ ipius cor
poris siue hominis esse naturali' ꝯtinuabat. sed a quo
inest ei continuatio. ab eodē est immortalitatis ppe
tuatio. ergo ꝛc. Item naturale est homini comedere
ea q̄ sibi apponūtur. s homo p esum ligni vite τ alio
rū lignoꝝ paradisi vitā suā poterat perpetuare sicut
dicit Aug. τ magister. ergo vide' q oīs ppetuatio ine
rat homini p naturā. Sed ꝯtra. Augu. sup Geñ. τ
mgr dicit in lr̄a. Creatus ē homo immortalis quod
inerat ei de ligno vite. nō de ꝯditōe nature. mortalis
erat ꝯditione corpis aīalis. immortalis būficio cōdi
toris. Et iteꝝ ipe Aug. expssius dicit. q sicut ꝓstituꝫ
fuit filijs israhel q in. xl. annis vestimenta eoꝝ nō ve
terascerēt. ita ꝓstituꝫ fuit Ade vt nō morere'. Itē
sup illud Lu. x. Expoliauerūt euꝫ τ plagis impositis
ꝛc. Glo. exponit de primo hoīe quē dicit expoliatum
fuisse gratuitis. τ vulneratū in naturalibꝰ. si ergo immor
talitas nō fuit vulnerata simpl'r ablata ipi homini
p culpā. ergo nō inerat ei a natura s a grā. Item hoc
vr̄ rōne. ꝓprietates naturales non derelinquūt subie
ctū ꝓpter culpā. ergo si immortalitas inerat homi a na
tura. non vr̄ q debuerit eū relinquere ꝓpter culpā. q
si eā amisit. ptꝫ ꝛc. Item impossibile ē duo oppo
sita inesse eidē ꝓm eadē pncipia naturali' causantia
q̄ nō inclināt ad opposita. s hō per naturā suā pote
rat mori. aut ergo imortalis non erat. aut si erat. non
erat p naturā sed per grām solū. Item corpꝰ Ade
per naturā ꝓpriā erat nobiliter cōplexionatū. ergo mol
les τ teneras carnes habebat. sed naturali' molle ce
dit duro. igi' p naturā corpꝰ ade vulnerari poterat
τ secari. ergo p naturā Adam nō erat imortalis. Iteꝫ
ignis naturaliter ꝯsumit corpus ex elementis q̄tuor
constitutū. τ corpus aīale p naturā indiget aspiratio
ne τ respiratione. ergo si hō caderet in aquā vel in ignē.
τ nō morere'. hoc nō esset virtutē nature. sed potiꝰ
contra vel supra. nō ergo esset a natura sed potius ex
grā. R. dōm q sicut dicit mgr in lit. circa hoc mul 33
tiplex τ varia fuit opinio. Quidam eñ dicere volue
rūt q immortalitas primi hominis esset a natura. q̄
dam q esset a grā. vtraq3 aūt harū opinionū habuit
aliquā efficacē rōnem mouentem. τ vtraq3 habet ali
quid veritatis. licet vna plus habeat q̄ altera. Sicut 34
eñ cū dr̄ homo ē beatificabilis duo tangūtur. τ apti
tudo τ dispositio. ita etiā cū dici' homo ē immorta
lis. Unđ sicut hō quodāmō potest dici beatificabilis
per naturam. quodammodo per gratiam. sic τ in ꝓ
posito. Prout eñ hoc quod est beatificabile impor
tat aptitudinem sic inest homini per naturam. homo
enim a natura sua habet aptitudinem ad beatitudi
nem. ꝓm autem q importat dispositionem sufficien
tem τ propinquam per quam quis venit ad beatitu
dinem siue sufficientem ordinem ad actum. sic inest
homini nō per naturā sed p gratiam. per quā suffici
enter disponitur ad gloriam. nec sine illa potest suffi
cere natura. Sic τ in ꝓposito immortalis q̄tum ad 35
statū innocentie dici poterat homo per naturam. im
mortalis etiam per gratiam. quia a natura habebat
aptitudinem. sed a gratia habebat cōpletionem. Et
hoc patet sic. Tripliciter enim potest mors homini
contingere. aut per elementorum pugnam τ dissolu
tionem. aut per humidi consumptionem. aut per ex
trinsecam lesionem. Immortalitas ergo dicit priua
tionem huius triplicis modi moriendi quantum ad
actum τ potentiam in beatis. qui dicuntur immorta
les. quia non possunt mori. q̄tum ad actum vo solū
in hominibus institutis. qui dicuntur immortales
quia poterant non mori hoc triplici genere morien
di. habebant eñ aptitudinem euadendi hoc triplex
genus mortis per id quod habebant a natura. Naꝫ
corpus valde bene erat complexionatuꝫ. τ anima de
se incorruptibilis erat que illud corpus regebat τ cō
seruabat. τ ita ydoneus erat primus homo ex his cō
stitutus q nunq̄ deficeret per elementorum pugnā.
sed tamen illud non sufficiebat. hoc enim non pos
set anima peccatrix facere si poneretur in consimili
corpore. Et ideo datum fuit illi anime donum gratie 36
p quā posset corpori ꝓsidere. τ illud agere. τ elemēta

quasi in quadā amicitia custodire. ⁊ hoc q̄diu vellet
suo actori subiacere. Hoc aūt donū grē vocat Ansel.
iusticiā originalē. Et sic patet q̄ q̄tum ad immortali
tatem cōtra primū genus moriēdi aptitudinem ha
bebat a natura. sed cōplemētū a gratia. Similiter q̄
tum ad secūdū genus moriendi qd̄ est p humidi con
sumptionem. vis eñ nutritiua potens erat ad ꝯuer
tendū alimentū sibi sufficiēs. ⁊ elemēta efficacem ha
bebāt virtutē ad nutriendū. ⁊ ex hoc hō ydone⁹ erat
vt cōseruaret̄ in eo sine corruptione naturale humi
dum. ſ q̄ humidū radicale paulatim consumit̄. nec
pōt reparari p qdcūq; alimentū. ideo data ē virtus spe
cialis cuidā ligno qd̄ dictū ē lignū vite. p cuius sum
ptionem repararetur humidū radicale. ⁊ hoc quidem
nō fuit ex ꝯditione nature. ſ ex bñficio conditoris. si
cut dicit Aug. Similiter etiā q̄tū ad terciū gen⁹ qd̄
37 q̄dem fit p extrinsecā lesionē. Adam eñ fortis ⁊ po
tens erat ad repellendū nociua. sapiēs ⁊ diligens ad
p̄cauēda. nec habebat nociua extrinseca. ⁊ iō ydonei
tatē habebat vt p nullius lesionē incurreret mortē.
verūtamen q̄ bestie ⁊ alia animalia sunt q̄ nocere
possent. ipm minime lederent. nec in somno. nec i vi
gilia. hoc non erat a natura. sed a dei spāli providen
tia. q̄ ita eū custodiebat vt sub pedibus eius oia sub
iacerēt. vt nihil cuperet ipm offendere. ⁊ si cupet non
valeret. Et sic patz q̄ immortalitas q̄ fuit in statu in
nocentie q̄tū ad aptitudinē fuit a natura. q̄tum ad
cōplementū fuit a grā. ⁊ per hoc p magna parte ptz
rñsio ad obiecta. Rōnes eñ que probant q̄ nō fuit
simplr̄ a natura. cōcedende sunt. quia verū cōcludūt.
38 Ad id ◦o qd̄ obi. q̄ fuit a natura. q̄ fuit ei innata.
dōm q̄ nō omne qd̄ inest homini a pncipio sue nati
uitatis naturale ē. nisi extendat̄ hoc nomē naturale.
multa eñ bona gratis data cōcreant̄ ⁊ dant̄ cū na
39 tura. sicut planū est. ⁊ ideo illud nō valet. Ad illd̄
quod obi. q̄ mors non poterat interuenire nisi p̄uia
culpa. dōm q̄ nō erat solū propter naturam. sed pro
pter beneficiū gratie qd̄ erat nature supadditū. quia
eñ originalis iusticia faciebat naturā immortalē eē.
⁊ hāc non poterat perdere nisi per culpā. ideo mors
40 nō poterat interuenire nisi per culpā. Ad illud qd̄
obi. q̄ innocentia erat a natura. ḡ similiter ⁊ immor
talitas. dōm q̄ innocētia dupliciter pt dici. Uno mō
priuatiue. quia priuat culpā. Alio mō positiue. quia
ponit iusticiā ꝯtrariā. Innocentia aūt nō erat causa
immortalitatis ſm q̄ dicit puram priuationē. ſ ſm
q̄ importat originalē iusticiā merito cuius erat i aīa
41 vis totius corporis contentiua. Ad illud quod obi.
q̄ cōtinuatio vite est ex coniūctione anime ⁊ corporis.
dōm q̄ ad cōiunctionē vite nō sufficit appetitus. si
cut ad beatificationē nō sufficit appetere beatitudi
nem. sed necessaria ē vlterius virtus ad satisfaciēdū
appetitui. ois eñ natura appetit esse ⁊ durare. nō so
lum hoim. sed etiā brutoꝝ. nō tñ in oibus ē immorta
litas. ⁊ ideo nō seq̄tur q̄ si a natura sit cōtinuatio ap
42 petitus. q̄ a natura sit ꝯtinuatio immortalitatis. Et
per hoc patet rñsio ad aliud qd̄ obi. q̄ ab eodē est da
tio esse. ⁊ cōseruatio. dōm eñ q̄ si illud sit verū de cō
seruatione q̄ ē ad temp⁹. nō tñ ē verū de ppetuatōne.
multa eñ sunt q̄ pñt esse dare ⁊ tñ nō pñt ppetuare.
43 Ad illud qd̄ obi. p esum ligni vite ⁊ alioꝝ lignorū
poterat in esse cōseruari. dōm q̄ ista nō erat tota cā.
immo necessaria erat diuina virtus ptegens. ⁊ phi
bens nociua. ⁊ interior virtus cōseruans ⁊ conciliās

cōtraria. Preterea q̄ lignū vite talem effectum habe
ret speciale donū erat dei. sicut etiā q̄ tanto tempore
vestimenta ⁊ calciamenta populi israhel potuerunt
sibi prebere obsequia. Et sic patet illud.

Questio. ij. F

Utrum eadem esset immortalitas innocentie per
essentiam cum immortalitate glorie si homo stetisset
Et q̄ sic videtur. Augusti. de vera religio. Per xp̄m
recuperamus quod perdidimus in Adam. sed illa i
mortalitas quā recuperamus per christū est immor
talitas gloriosa. ergo ⁊c. Item potentia materie
disposita. est eadē per essentiam cum seipa indispo
sita. sed immortalitas innocētie ⁊ immortalitas glo
rie sic se habent sicut potentia indifferēs ⁊ potentia
disposita dispositione que est necessitas. cum igitur i
statu innocentie poterat mori ⁊ nō mori. in statu glo
rie necesse habeat non mori. ergo ⁊c. Item li. ar.
confirmatum ⁊ non confirmatum est idem per essen
tiam. similiter ⁊ charitas. ergo pari ratione ⁊ immor
talitas. ſ sicut se habet hec mortalitas sic ⁊ illa. ḡ ⁊c.
Item mortalitas in statu innocentie non est alia
a mortalitate in statu miserie. quia non est post pec
catum data noua potentia. nec ablata. ergo pari ra
tione in statu innocētie ⁊ in statu glorie non est alia
⁊ alia immortalitas. Item si homo stetisset trans
ferretur ad immortalitatem ita q̄ nullius proprieta
tis nobilis in eo fieret deperditio. ergo cum immor
talitas in homine diceret conditionem nobilē. si trāſ
ferretur. illa immortalitas nō amitteretur. sed non
sunt in eodem homine due immortalitates simul et
semel. ergo immortalitas innocentie ⁊ immortalitas
glorie nō differrent. Sed cōtra. quod habēt aliud
⁊ aliud principium proximū differens per essentiam
est differens per essentiam. sed immortalitas in sta
tu innocētie ⁊ in statu glorie habēt aliud ⁊ aliud pn
cipium differens per essentiam. quia illa est a gloria.
ista est a gratia gratis data. ergo differunt per essen
tiam. Item non est transitus ab eodem in idem.
sed transitus est ab immortalitate innocentie ad im
mortalitatem glorie. ergo illa immortalitas ⁊ ista nō
sunt eadem. Item quorum opposita sunt diuer
sa. ipa sunt diuersa. sed immortalitas status innocē
tie non opponitur mortalitati cum simul inessent ei
dem. Adam enim ⁊ mortalis erat ⁊ immortalis. sed
immortalitas glorie opponitur illi. ergo non est ea
dem cum illa immortalitate. Item licet vita Ade
esset vna ⁊ continua si stetisset in via ⁊ patria. status
tamen vite ⁊ conditio esset alia ⁊ alia. q̄ conditō ani
malitatis ⁊ spūalitatis non habent idētitatem ſ po
tius oppositionem ⁊ diuersitatem. ergo cum immor
talitas non dicat solum vitam sed potius conditio
nem vite ſm statū animalem ⁊ spūalem. videtur q̄
immortalitas sit alia ⁊ alia. Item hoc ipm videt̄
per illud quod dicit in littera. Alia est immortalitas
quā amisimus. alia quā in resurrectione speramus.
Et hac auctē expsse colligit̄ q̄ alia sit imortalitas vie 45
⁊ alia patrie. R. ad p̄dictoꝝ intelligentiā ē notan
dū q̄ cū idem sit signatum in principali ⁊ deriuatiuo
siue in abstracto ⁊ concreto. idem est signatum hui⁹
quod est mortale. ⁊ eius quod est immortalitas. Im
mortale autem dr̄ quod ē aptum natū siue potēs nō
mori. imortalitas igit̄ idē ē qd̄ potētia siue aptitudo
ad nō moriendū. ⁊ hec potētia ad nō moriendū non

ē aliud ꝙ potentia anime in regēdo ⁊ ꝯtinuādo corpus vt nūꝗ̄ deficiat nec ab ea sepetur. hec aūt potentia ꝯsequit̄ ipm̄ li. ar. ⁊ ei ꝯformat̄. Un̄ sicut in statu innocentie hō poterat peccare ⁊ nō peccare. sic aīa poterat corpus cōtinere ⁊ nō cōtinere. ⁊ hō poterat mori ⁊ nō mori. Quia vo in statu glorie impossibile ē li. ar. peccare. impossibile ē etiā aīam corpus deserere Et quia in statu miserie necesse habz peccare. ⁊ aliqñ in peccato esse. saltē in sua origine. ideo impossibile ē aīam corpori vnitā ꝯtinuare quēadmodū ipsius lib. ar. potētia in statu innocētie ⁊ glorie ē eadem p essentiā. differēs solū sm̄ statū ⁊ dispōnem supadditā. sic illa potētia cōtinuādi ⁊ regendi corpus q̄ dr̄ immortalitas. p eēntiā ē eadē. differēs sola supaddita dispositione. Et iō cū q̄rit̄ vtrū immortalitas innocentie ⁊ glorie. siue vie ⁊ patrie sit eadē. videri pōt ꝙ eadē ē q̄tū ad potentiā. ſ3 alia q̄tū ad dispōem supadditā. Ad vt ꝓprius dicamus. vna ⁊ eadē ē. ſ3 altera siue alterata. sicut coriscus albus ⁊ niger idē est. ſ3 alterat⁹. Et iō ꝯcedende sunt rōnes ondentes ꝙ hec immor-
46 talitas ⁊ illa p essentiā essent vna. Ad rōnes vo ad oppositū facile est rn̄dere. Nam ad illud qd̄ primo obijcit ꝙ principiū primū hui⁹ immortalitatis ⁊ illius ē aliud ⁊ aliud plana ē rn̄sio. q2 ꝓncipiū ꝓcipuū s3 potentia ꝯtentiua est vna ⁊ eadē. licet sit aliter ⁊ aliter disposita. hinc grā. inde vo glīa. Ad illud qd̄ 47
obi ꝙ nō est transitus ab eodē in idē. dōm ꝙ transitus ab hac immortalitate ad illā ē p diuersificationē statuū. q2 ē trāsitus a statu i statū. ⁊ iō sicut qd̄ mouetur a statu imꝑfectōis ad statū ꝑfectōnis nō dr̄ aliud ⁊ aliud. ſ3 status dr̄ alius ⁊ alius. sic i proposito intel- 48
ligendū. Ad illud qd̄ obi ꝙ hn̄t diuersa opposita. dōm ꝙ illa diuersitas oppositionis venit ex rōne superaddite dispōnis. sicut intelligit̄ i libertate arbitrij q̄ ē libertas a coactiōe. a culpa. ⁊ a miseria. Libertas eīm a culpa supaddit aliquā dispōnem. s. grām. libertas aūt a miseria supaddit aliā dispōnem. s. vel innocentiā vel glīam. rōe q̄rū dispōnū h3 opponi diuers. Sic ⁊ immortalitas glīe supaddit vltra imortalitatē innocētie. sicut dispō q̄ ē necessitas supra dispōem q̄ ē congruitas. Ad id qd̄ obi ꝙ imortalitas dicit 49
ꝯditōem vite siue statū. dōm ꝙ verū ē. ſ3 nō ꝑncipalit̄ immo ꝑncipalius dicit potentiā corpis cōtentiuā sicut ꝑdictū ē. ⁊ iō rō illa nō cogit. Ad vltimū. s. au- 50
toritatē mgr̄i iā patz rn̄sio. qd̄ eīm dr̄ ꝙ sit alia ⁊ alia. aut intelligitur hoc esse dictū quia est altera ⁊ altera. aut intelligitur esse alia ⁊ alia. nō q̄tum ad ipam potentiam quā principaliter importat ipsa immortalitas. sed q̄tum ad dispositionē supadditam. Et sic pz rn̄sio ad q̄sita.

Distinctio. xx. de hominis duratione ⁊ ꝯseruatōne q̄tū ad filiorū ꝓcreationem.

Post hec videndū q̄liter primi parētes ⁊c. Supra egit mgr̄ de duratione immortalitatis. in hac parte agit de ꝓcreatione posteritatis. Ad aliū ⁊ in idē redit. Supra egit de cōseruatione indiuidui. hic agit de ꝯseruatione speciei. q̄ quidē ē p filiorū ꝓcreationē. Diuidit̄ aūt hec pars in tres ptes. In pma determinat q̄liter primi parētes filios ꝓcreassent. In secūda determinat q̄les filij nascerētur. ibi. Si vo q̄rit̄ q̄les si non peccasset ⁊c. In tercia breuiter epilogat q̄ primo determinata sunt. ibi. Talis erat hois institutio ante pctm̄. Prima ps habet duas. In pma determinat de mō generatōnis. In secūda de tpe translationis. ibi. De termino vo tpis quo transferrētur ⁊c. Similit̄ secūda ps principalis habet duas. In prima determinat q̄les nascerentur filij q̄tum ad corpus. In secūda quales nascerētur q̄tum ad animā. ibi. ⁊ cū de corpe humano non sit absurdū ⁊c. Aliarū ptiū subdiuisiones ⁊ continentia manifesta sunt in littera.

Determinat de mō ꝓcreatōnis filiorū si nō peccassent primi parētes ⁊ q̄les nascerentur filij.

Opio secundā.

Post hec videndū ē q̄liter primi parētes si nō peccassent filios ꝓcreassent. ⁊ quales ipi filij nascerētur. Quidā putāt ad gignendos filios primos homines in paradiso misceri non potuisse nisi post pctm̄ dicentes concubitū sine corruptione vel macula non posse fieri. Sed aū peccatū nec corruptio nec macula in homine esse poterat. quoniam ex peccato hec consecuta sunt. Ad quod dōm est ꝙ si non peccassent primi homines. sine omni peccato ⁊ macula in paradiso carnali copula ꝯuenissent. ⁊ esset ibi thorus immaculatus. ⁊ ꝯmixtio sine ꝯcupiscentia. atq3 genitalibus mēbris sicut ceteris imperarent. vt ibi nullum motum illicitū sentirent. ⁊ sicut alia membra corporis alijs admonemus. vt manū ori sine ardore libidinis. ita genitalibus vterent̄ mēbris sine aliquo pruritu carnis. Hec eīm letalis egritudo mēbris hūanis ex peccato inhesit. Genuissent itaq3 filios in paradiso per coitum immaculatum ⁊ sine corruptione. Cur nō credamus primos homines ante peccatum genitalibus membris ad procreationē imperasse potuisse. sicut ceteris in quolibet ope sine voluptatis pruritu vtūtur? Incredibile enim non est deum talia fecisse illa corpora. vt si non peccassent. illis mēbris sicut pedibus imperarent. nec cum ardore seminarent. vel cum dolore perēt. s3 post pctm̄ motū illū meruerūt quē nuptie ordināt. ꝯtinētia cohib3.

Rn̄sio ɔtra illorū opinionē.

Augu. super Gen̄ libro. ix.

[a] Infirmitas enī ꝓna in ruinā turpitudinis. excipitur honestate nuptiali. ꝛ qđ sanis ē officiū. egrotis ē remediū. Emissi quidē de paradiso cōuenerūt ꝛ genuerūt. a
sed [b] potuerūt in paradiso eis esse nuptie honorabiles ꝛ thorus immaculatus. sine ardore libidis. sine labore pariendi. b

Quare in paradiso non coierunt duobus modis soluit. b

Cur ergo non coierūt in padiso. Quia creata muliere mox trāsgressio facta ē. ꝛ eiecti sunt de padiso. Uel [c] nondum deus iusserat vt coirēt. ꝛ poterat diuina expectari autoritas vbi cōcupiscētia nō angebat. Deus v̾o nō iusserat. q꞉ casum eoꝝ p̄sciebat. de q̄bus hō ꝓpagādus erat. Ecce exp̄sse habes de modo ꝓpagatōnis filiorum. c

Determinat de tp̄e translationis. vtrū natis filijs ꝑ successiones an fil' oēs trāsferēdi essent. c

De termīo v̾o tp̄is quo trāsferrēt ad spūalē celestē q̄ vitā certū aliq̄d scriptura nō tradit. Et iō ambiguū ē vtꝝ p̄tes genitis filijs. pfectaq̄ hūani officij iusticia. ad meliorē statū trāsferrēt̃ nō ꝑ mortē ꝭ ꝑ alquā mutationē. an p̄ēs ī aliq̄ statu vite remanerēt. ligno vite vtētes. donec filij ad eūdē statū ꝑuenirēt. ꝛ sic īpleto nūero oēs fil' ad meliora trāsferrent̃ vt cēnt sicut scti āgeli ī celis. de quo Aug. ambigue disserit sup Gn̄. ita inquiens. Potuerūt p̄imi hoīes ī paradiso filios gignere. nō vt morientib⁹ p̄rībus succederēt filij. ꝭ in aliq̄ forme statu manētibus. ꝛ de ligno vite vigorem sumētibus. Aug.

1 a Infirmitas enī prona in ruinā turpitudinis. excipit̃ honestate nuptiali. Contra. ex hoc videt̃ q̄ nō possit actus ille sine peccato ꝛ turpitudine exerceri. Sed contra hoc ē. quia omnis actus qui est in precepto potest fieri sine peccato. ergo ꝛ coit⁹. R. dōm q̄ hic nō dicitur de turpitudine q̄ sonat in culpā. sed que magis sonat ī penam. vel si de illa itelligitur. tūc nuptie ita excipiūt pronitatem carnis q̄ act⁹ ille absq̄ omni peccato pōt fieri. vñ qđ dicit magister q̄ nuptie ordinant actū illum. non est intelligendū rōne ordinationis q̄ fit in actu illo. sed q̄ in esset nisi esset m̄rimoniū. de hoc autem diffusius agetur in quarto in tractatu de matrimonio.

2 b Potuerūt in paradiso eis esse nuptie honorabiles. Cōtra. videtur q̄ similiter sint honorabiles in statu ecclesie cum sit sacramentum magnū. sicut dicit ap̄lus Ephe. v. cum etiam approbētur a iure naturali. Si tu dicas q̄ honorabilitas nuptiarum attenditur q̄tum ad actum illum. tunc queritur quare magis actus ille honestus ꝛ castus fit cum pudore q̄ alius actus in quo est culpe deordinatio. magis enī verecundatur quis de actu illo honeste ꝛ caste facto. q̄ de alio actu inordinato. vtpote cognoscere vxorem q̄ percutere seruū. R. dōm q̄ est loqui de nuptijs q̄tum ad signatum. ꝛ q̄tum ad fructum. ꝛ q̄tum ad actum. ꝛ q̄tum ad hec tria honorabiles erant ī paradiso. in statu v̾o miserie q̄uis sint honorabiles q̄tum ad signatum ꝛ fructum. habent tamen pudorem annexum q̄tum ad actum. quia omnis homo vtens ratione actum illum erubescit exercere coram alijs. etiam
3 cum propria vxore. Rationem autem huius assignat Augustinus in. xiiij. de ciui. dei. quia cum ratio deberet dominari corpori. magis erubescit q̄ ipa subijciatur alicui parti corpis. ꝛ q̄ aliqua pars corporis dominetur ei q̄ q̄ ipa inordinate dominetur ei. ꝛ ideo magis verecūdatur de ardore libidinis q̄ est in actu illo q̄ de ꝑturbatione furoris que est in conuiciādo seruo.

4 c Nondum deus iusserat vt coirent. Hoc videtur esse falsū. quia dicit̃ Gen̄. j. Crescite ꝛ mul. ꝛ reple. terrā Constat q̄ hoc dictum est q̄tum ad actum generatiue. ergo ꝛc. Iuxta hoc queritur. si mandatū illud omēs obligat. q̄ si sic. ergo videtur q̄ transgressi sunt quia non coierunt in statu innocentie. Si non. ergo videt̃ q̄ poterant cōtinue seruare virginitatem. Item quero vtrum illud mandatum maneat adhuc. q̄ si manet. ergo non licet alicui seruare virginitatem quod est contra apostolū qui dicit. j. Corinth. vij. Volo vos omnes esse sicut ego sum. loquitur de castitate. Si non obligat modo. quero. quando reuocatū est. Videt̃ etiam q̄ modo sint melioris conditionis homines q̄ tunc. quia modo possunt seruare virginitatem. tunc autem non poterant. R. dōm q̄ illud mandatum datum fuit viro ꝛ mulieri in statu innocentie. sed cum esset mandatū affirmatiuū non obligabat ad semper. sed pro loco ꝛ tempore. determinatio autem temporis dependebat ex reuelatione diuine voluntatis. quā quia deus nondum eis reuelauerat. ideo dicit magister q̄ nondum iusserat. Ad illud quod queritur vtrum illud mandatum fuerit reuocatum. dōm q̄ aliter obligabat tempore nature institute. aliter nunc. tunc enim omnes obligabat. quia omnibus erat in officium. nunc autem non obligat omnes pro eo q̄ sunt multi qui sufficiunt illud implere alijs consilium virginitatis seruantibus. hoc aūt consilium competit statui nature lapse. non autem nature institute. quia tunc cum nulla esset pronitas. non esset maior virtus continere q̄ nubere. ꝛ omnes ad cultum dei generarent. nunc autē propter difficultatem ꝛ arduitatem omnino continere magne virtutis est ꝛ dignitatis. Et sic patent ea que obijciūtur.

d z filij ad eundē perducerent statū. donec⁹ impleto numero sine morte aīalia corpora in aliā q̄litatē trāsirēt. in q̄ oīno regēti spūi deseruirēt. z solo spū viuificante sine corporeis alimētis viuerēt. Vel potuerūt pentes filijs cedere. vt p successionez numer⁹ impleret. Qui genitis filijs. pfectacꝫ hūani officij iusticia. ad meliora trāsferrent. nō p mortē ꝟ p aliquā mutatōnē. Ecce hic habem⁹ de trāsitu hoīs ad meliora. ꝟ incertū nob relinquit. vtrū simul trāsferant an p successiones.

Determinat q̄les nascerent filij q̄ntū ad corp⁹. vtꝫ pfectionez stature et vsum mēbroꝝ habentes q̄lis hō pmus fuit conditus.

Quales nascerent hoīes q̄tū ad corpus.

Rūsio vbi vno sine ābiguo posito tripartitā subijcit distinctionem.

Si vo q̄rit quales si nō peccasset hō filios genuisset. vtrū vicz sicut ipe pmus hō ꝫm staturā corpis z vsus mēbroꝝ pfectus mox cōditus extitit. ita etiā ei⁹ filij in ipo natiuitatis exordio pfecti existerēt. q̄ ambulare [illegible] loq z cuncta facē possent. Rūderi pt q̄ filios puulos nasci oportebat ppter materni vteri necessitatē. Sed vtrū mox nati pfectionē stature z mēbroꝝ vsum haberent. an puuli z in minori etate cōstituti vti possent mēbroꝝ officijs. an [illegible] interualla tpm. eo mō quo nunc fit perfectionē stature z vsum mēbroꝝ recepturi eēnt. de autoribus diffinitū nō habemus.

Ambigua Augustini verba ponit. vbi tñ videt innuere q̄ filij z puuli possent mēbroꝝ vti officijs. e

Et sup hoc Aug⁹. ambigue loquit. Mouet nos inqt si pmi hoīes nō peccassent. vtrū tales filios essent habituri q̄ nec lingua. nec manibus. nec pedib⁹ vterent. Nā ppter vteri necessitatez forte necesse erat puulos nasci. Sed q̄uis exigua ps corpis sit costa. nō ppter hoc paruulā viro cōiugē fecit. Vñ z eius filios poterat oīpotentia creatoris mox natos grandes facē. Sz vt hoc omittā. poterat certe eis pstare qđ multis aīalibus pstitit. q̄ꝝ pulli q̄uis sint paruuli. tñ mox vt nascunt currūt z matrē sequunt. Econtra. hoī nato nec ad incessum pedes ydonei sunt. nec man⁹ saltē ad scalpēdū habiles. z iuxta se magnis positis nascētes magis pñt esurientes flere q̄ sugere. ppriecꝫ infirmitati mentis cōgruit hec infirmitas carnis. His verbis videtur insinuari q̄ filij etiaz paruuli officijs membroꝝ valerent vti.

Quibusdā nō absurde placuit q̄ filij parui nascerentur. z per accessuz tēporis in statura z in alijs sicut nūc pficerēt. qđ nō esset vicio imputandū. f

Sed cū Aug. sub assertione de his nihil tradat. nō irrōnabiliter qbusdā placuit primoꝝ parentū filios nascituros paruos. ac deinde p interualla tēpoꝝ eadem lege qua z nūc natiuitatē humanā ordinatā cernim⁹. stature incrementū z membroꝝ vsum recepturos. vt
e in illis expectaret etas ad ambulandū z loquenduz sicut mō in nobis. qđ vtiqꝫ nō esset vicio imputandū. ꝟ conditioni nature. sicut a cibo abstinere penit⁹ non valebāt. nec tñ illud erat ex vicio. ꝟ ex nā cōditionis.

Oppositio quorundā volentium pbare eos posse viuere sine alimonia. g

a Impleto numē ro zc. 5 Videt hec positio eē incōueniēs. primū q2 magnū dispendiū esset pentib⁹ si tāto tpe glia coꝝ differretur q̄usqꝫ electoꝝ numer⁹ impleret. Et iterū si spes q̄ differt affligit aiam. videtur q̄ in eis esset aliq̄ afflictio. Rursus ē numerus electoꝝ futurus sic in magna multitudine. quō possent oēs hoīes intra padi[illegible] spaciū cōtineri. hoc nō videt esse pbabile. Si tu dicas q̄ pp̄t [illegible] pentes transferrētur absqꝫ alijs z glificarē cur. hoc nō videt cōueniens. q2 ad magnitudinē dei spectat omnes simul glorificari. sicut faciet in die iudicij in resurrectōne generali. Et dōm breuiter q̄ ista scđa opinio pbabilior est. sicut dicte rōnes ostendunt. nec obstat illud de simultate glorificatōis. hoc eñ magis est pp̄t iudiciū z resurrectionem corpoꝝ (quā decet eē simul) q̄ ppter btitudinis collatōnē. hui⁹ rō expssius habetur in q̄rto in tractatu de resurrectione.

e In illis expectaretur etas zc. 6 Hāc de puulis primoꝝ pentum opinionē videt mgr approbare. Sed q̄ hoc est verbū Aug. pcedens paulo ante hoc. dicit eñ sic. Infirmitati mentis congruit [illegible] īfirmitas carnis. Itē si natura humana potentior z nobilior est q̄ brutal. et quorundā aialiū fet⁹ statim q̄n nascuntur pñt ambulare. mlto fortius videtur q̄ filij hoim. Rñ⁹. dōm q̄ magister nullā istaꝝ opinionū intendit asserē z dubiū est vtrum sic vel sic esset. nihilominus tñ hanc opinionem approbat tanq̄

Et

pbabiliorem que di/
cit paruulos paulati
ue pficere et crescere
ad vsum membrorū.
Nec hoc dicit sine ra
tiōe. Teneritudo em̄
membrorū debet pli
hominis pter boni/
tatem cōplexionis et
congruentiaz nature
que pcedit a debilio/
rum complexione ad
fortiorez. vnde puuli
habent teneriora mē
bra q̄ adulti. pcessus
autez in incremento
nō esset miraculosus
sed naturalis. etiā tē
pore nature institute.
z ideo rōnabiliter ma
gister hunc modū di/
cendi magis appro/
bat. Uerbum autem
Aug. pcedens intelli
gitur de infantia ra/
tione incōmodorū cō
comitantiū carni. non
ratione impfectionis
membrorū. Ad illud
qd obijcit de illis ge/
neribus animaliū nō
valet. quia alterius
sunt cōplexionis z or
ganizationis.

7 f Per interuallum
tpis in sensu z cogni/
tione pficere zc. Cō/
tra. videt falsum qd
hic dicit de puulis. cū
em̄ anima rōnalis
nescit in tpe nō vide
tur sm̄ conditionem
tpis alterari. ergo vi/
detur q pcessu tēpis
nō efficeretur magis
sciens. cū nō haberet
in scientia p tpa alte/
rari. Item deus fecit
animā ade perfectaz
sciētia. ergo pari rōe
fecisset animā filiorū
ipse stetisset. Rº. di/
cendū ad hoc q h est
pbabilior positio q
aliquo mō p interual
la temporū in sensu et
cognitōne pfecissent.
Anima em̄ duz est in
corpore cōplexionem
corporis imitat. Et
q̄m infantia est mol/
lis. z fluida cōplexio
cerebri. ideo non pōt
ibi esse fortis impssio.

Ad hoc autē opponit ita. Si nō peccarent nō more/
rentur. s nō peccarrnt si nō comederent. Poterāt igi/
tur sine alimonia viuere. Ceterū sicut sup̄ diximus nō
solū peccarent si de ligno vetito ederent. s etiā con/
cessis non vterent. quia sicut erat eis p̄ceptū non illo
ligno vti. ita alijs vesci. Preterea cōtra naturalem
tionē facerēt q̄ intelligebant de illis esse edendū qd et
naturalit appetebant. Itē opponit. Cuz fames sit *Alia oppositio circa idem.*
pena peccati. si nō peccarent. famē nō sentirent. s sine
fame superfluū videret comedere. Un̄ putant quidā
eos cibis nō indiguisse ante pctm̄. quia non poterant
esurire nō peccassent. Ad qd dici pōt. q fames vere
defectus ē z pena pcti. Est em̄ imoderatus appetitus
edendi. cui nō subiacuisset hō si non peccasset. s pcul/
dubio peccaret nisi hūc defectū cibo p̄ueniret. Habe/
bat em̄ naturalē appetitū z moderatū cui ita satisfaci/
endū erat ne defectū famis sentiret. Sicut g nō ex vi/
cio s ex nature cōditione erat q ante pctm̄ hō cibis in
digebat. ita nō ex vicio esset s de natura. si hoīs cōdi
tio in p̄ncipio suo. i. in p̄mo pente a pfecto inchoata in
subsequēti ppagatione a modico ad maiora pficeret
vt scz per interualla tēporis. stature corporee incremē
ta vsumq; membrorū susciperet.

Quales nascerent filij q̄tū ad animā. Utrū sicut
statura corpori ita etiā sensu mētis paruuli nascerēt.
z per accessum tpis pficerent sensu z noticia veritatis.
an scz mox nati in his essent pfecti. h
Et cū de corpore humano nō sit absurdū vel incōue/
niens hoc existimare. queri solet. vtrum de sensu aīe z
cognitione veritatis eodez mō sentiendū sit. vt scz hi
qui sine pctō nascerent. sensu z intelligētia mētis im/
perfecti existerēt. z accessuz tpis in his pficerēt vsq;
ad pfectionē. an mox cōditi pfectionē sensus z cogni/
tionis pciperēt. Illi qui sentiūt puulos natos in statu *Responsio.*
ra corporis z vsu membrorū per accessum tpis pfectu/
ros. nō diffitent eosdē in exordio natiuitatis sensu im
perfectos existere. z per interuallū tpis in sensu z co/ *f*
gnitione pficere vsq; ad perfectum.

Contra illorū sententiā opponunt quidā. i
Ad quod quidā opponūt dicētes. Si mox nati nō ha
berent perfectionez sensus z intelligentie. ignorantia
in eis essz. ignorātia autē peccati est pena. Sed q̄ hoc
dicunt nō satis diligent cōsiderant. quia non oīs qui
aliquid nescit vel minus pfecte aliqd scit. statim igno
rantiā habē siue i ignorātia esse dicēdus est. qz igno/
rantia nō dicit nisi cū id qd sciri z non ignorari debet
nescit. Talisq; ignorantia pena pcti ē cū mens vicio *Quō ignorantia dicit esse in aliquo.*
obscurat. ne cognoscē valeat ea q̄ scire deberet.

De hoīs translatione in meliorē statū. et de duob
bonis. altero hic dato. altero pmisso. k
Talis erat hoīs institutio ante pctm̄ sm̄ corporis cō/
ditionē. De hoc autē statu transferēdus erat cū vni/
uersa posteritate sua ad meliorē digniorēq; statū. vbi
celesti z eterno bono in celis sibi parato frueret. Sicut
em̄ ex duplici natura cōpactus ē hō. ita illi duo bona

specierū. nec fortis cōuersio sup illas. Unde sicut facies nō relucet in aqua mota. sic paruuli nō essent ydonei statim ad vsum cognitionis. Qd' ḡ obi͡ q anima nō alterat̄ in tpe. verū est q̄ntū est de se. s̄ rōne corporis cui coniungit̄ qd' crescit ⁊ in tpe fortificat̄. Ad illud vo qd' obi͡ q haberet habitū. dōm q ⁊ si h̄ret sciaz q̄tū ad habitum. nō tñ h̄ret q̄tū ad actualē ɔsideratiōnē ꝓpter organi ineptitudinē. sicut etiā nō habēt dormiētes. Unde sicut puuli baptizati dicunt̄ h̄re virtutes in munere. nō in vsu vel in actu. sic intelligendū est paruulos illos sciam habuisse. ⁊ post modū cōplexione facta habili ad considerandū statim essent in actu ɔsiderationis sine penuria ⁊ labore. ⁊ potissime verū esset in eis illud verbū ph̄i qd' dicit q in sedēdo ⁊ in quiescēdo fit aia prudēs ⁊ sciens. cum sessio ⁊ quies dicatur ɔtra motū ⁊ fluxibilitatem complexionis.

conditor a principio p̄parauit vnū tēporale. alterum eternum. vnū visibile. alterū inuisibile. vnū carni. alterum spiritui. Et quia primū est qd' est animale. deinde qd' est sp̄uale. tēporale ac visibile bonū p̄us dedit. inuisibile autē ⁊ eternū ꝓmisit. ⁊ meritis querendū ꝓposuit. Ad illius aūt custodiā quod dederat. ⁊ ad illud ꝓmerēdū qd' ꝓmiserat naturali rationi in creatione anime hominis indite qua poterat int̄ bonū ⁊ malum discernē [g] p̄ceptū addidit obediētie. p cui⁹ obseruantiam datū nō pderet. ⁊ ꝓmissū obtinēt. vt p meritum veniret ad premium.

Qr rōem nālē ⁊ p̄ceptū dedit deus hoi ad obseruandū bonū qd' acceperat et ꝓmerendū qd' ꝓmissum erat.

g Preceptū addidit obediētie. Querit̄ q̄re dn̄s addidit preceptū sup preceptū. ⁊ q̄re tot fuerunt p̄cepta que homini dedit. et iterū quare p̄ceptū obedientie siue disciplīne potius fuit negatiuū q̄ affirmatiuū. Respondendū est ad hoc breuiter q tria dn̄s fecit eis p̄cepta in principio. Unū scʒ qd' fuit. Crescite ⁊ multiplicamini. Aliud fuit. De ligno paradisi comedite. Terciū fuit. De ligno sciētie boni et mali nolite comedere. Numerus autē ⁊ sufficientia istoꝝ p̄ceptoꝝ pōt sumi dupliciter. Uno mō sic. Quoddā cū est p̄ceptū qd' ordinat ad deū. ⁊ istud fuit preceptū obedientie. Quoddā qd' ordinat ad ꝓximū. ⁊ illud fuit preceptū de multiplicando genere. Quoddā qd' ordinat ad seipm. ⁊ hoc fuit preceptum de comestione. Scdo modo sic. Ut quoddā p̄ceptū respiciat corpus. ⁊ hoc est preceptū de comedendo. Quoddā respiciat animā. et hoc est preceptū de abstinendo qd' est obedientie meritū. Quoddā cōiunctū et hoc est preceptū de consimili multiplicando. Preceptū autē discipline fuit negatiuū. vt facilior esset ei⁹ obseruantia. et hō non posset de transgressione vel omissione habere excusationē. Et in hoc terminat̄ total' illa pars huius libri que est de hominis constitutione.

a D intelligentiā huius ptis que est de ꝓcreatione liberoꝝ in statu innocentie quedā incidunt dubitabilia. Et p̄mo querit̄ vtꝝ in statu innocentie fuisset sexuū cōmixtio. Scdo vtruʒ in illa cōmixtione esset seminū decisio. Tercio vtruʒ in illa seminis decisione esset delectatōis intēsio. Quarto vtrū in illa cōmixtione esset integritat' corruptio Quinto vtrum in omni coitu esset ꝓlis generatio. Sexto vtrū equalis esset p generationē masculoꝝ et feminarū multiplicatio.

Questio. j. a

Circa quā sic ꝓceditur ⁊ ondītur q et si hō stetisset facta esset sexuū cōmixtio. Primo p textum. Gen̄. j. Faciamus ei adiutoriū simile sibi. sed vir nō indigebat adiutorio mulieris nisi q̄tū ad actū generatōis. nec poterant simul aliquē generare nisi simul commiscerent̄. ḡ ⁊c. Itē Aug. xiiij. de ciui. dei. Quisq̄s dicit nō coituros. nō genituros hoies nisi peccasset. quid aliud dicit nisi ꝓpter numerositatē sanctoꝝ necessariū fuisse pctm̄. ḡ hoc est incōueniens ponere. etiā si homo nō peccasset vir ⁊ mulier p cōmixtionē sexuū generarent. Itē distinctio sexuū non est nisi ꝓpter generationē. s̄ in p̄maria sui cōditione distinctio fuit in humana specie sicut in aliis. ḡ si sexus distincti ad vnū officiū non cōcurrunt nisi cōmisceantur. videt̄ q si hō stetisset vir et mulier cōmixti eēnt. Item vir habuit vim generatiuā. sed planū est q ꝓlem intra se cōcipere nō poterat. nec cū haberet locum in quo fetus vegetaret̄. nec viā p quā egrederetur. ergo videtur q ad hoc q generaret necessariuʒ erat sibi cū muliere cōmiscere ⁊ cōuenire. Sed ɔ. Aug. de bono cōiugali. Nuptie nō nisi mortaliū esse poterunt. cōstat hoc dictū esse q̄tū ad cōmixtionem sexuū. si ḡ manente statu innocentie hō non poterat mori. ḡ nec mulieri poterat cōmisceri. Itē dam̄. Poterat deus genus hoc absq̄ generatione multiplicare si hō mandatū suū seruasset vsq̄ in finē. ergo videt̄ q si hō stetisset. q vir mulieri cōmisceri nō haberet nec filiū ꝓcreare. Item ad hoc data est vis generatiua vt que nō possunt cōtinuari in se conseruentur in suo simili. s̄ homine stante imperpetuum cōtinuari posset. ḡ nō videt̄ q hō generaret. Iteʒ cōmixtio sexuū est opus carnale. sed p̄mi parentes cū essent sp̄uales nō erant dediti opibus carnis. nec impediebant̄ a quiete cōtemplationis. ḡ non videt̄ q natura stante haberēt insimul cōmisceri. R°. dicēdum q in statu innocentie absq̄ dubio hō haberet 9
generari ex hoie. et hoc attestat̄ aucti scripture ⁊ iudicio rōnis recte. Dicit̄ eñ hominib⁹ in statu innocentie sicut scribit̄ Gen̄. j. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā. Et alius textus dicit mulierē in adiutorium viri esse factā. Rationi etiā recte hoc consonat que dicit potentiā generandi spectare ad completionē nature. vsum vo generationis ad complementū et pfectionē ciuitatis superne. Et quia in statu innocentie natura pfectior erat q̄ in statu vie. et si hō stetisset. superna ciuitas suoꝝ ciuiū numerositate nequaq̄ fraudata esset. ponendū est q homo in statu innocētie generare poterat et genuisset. Et quia nec vir p se nec mulier p se suffecisset ad gene-

randum.ideo ꝑ cōmixtionē fieret cōiunctio vni⁹ ad alterū.⁊ mutuū sibi ꝑberent auxiliū in ꝓcreatione ꝓlis ad multiplicandū genus humanū.Et ideo cōcedende sunt rationes ostēdentes ꝙ si hō stetisset ꝙ
10 esset generatio ⁊ seruū cōmixtio. Ad illud autem qḋ primo obijcit̄ in cōtrariū de verbo Aug. in li.de bo.cōiu.dōm ꝙ mortale nō vocat̄ ibi qḋ habet necessitatē in moriendo. ſ mortale dicit̄ generalit̄ pro vita animali in qua sola pōt fieri generatio.quia in ea solū pōt fieri decisio ⁊ restauratio.⁊ quia hec immortalitas esse poterat in statu innocentie ꝗuis nō
11 in statu glorie.iō patet illud. Ad illud qḋ obijcit̄ de verbo dam̄. dōm ꝙ dam̄. non vult dicere ꝙ non esset generatio si hō stetisset.sed ꝙ nō esset ꝑ eū modum [illegible] quē est modo.scȝ cū libidine ⁊ feditate.Preterea ipse nō dicit quid deus faceret.sed qḋ facē possȝ.
12 Ad illud qḋ obijcit̄ ꝙ ideo data est vis generatiua ꝙ ꝑpetuentur corruptibilia.dōm ꝙ illa nō est ratio tota.immo rō ꝑcipua ⁊ ſm fideȝ quā ignorauit phūs est ꝓpter multitudinē numeri electoꝝ.qḋ de⁹ sic disposuit facere successiue ꝓpter cōgruentiā multiplicem.sicut supra tactū est.tū videlicet ꝓpter diuine generationis manifestationē.tū etiā ꝓpter hominum maiorē cōiunctionē vt magis adinuicē se diligerent.tū etiā ꝓpter vniuersi decorē ⁊ ꝑfectionē.que nō solūmodo attendit̄ ſm esse ꝑmanens.immo etiā ſm esse decurrens.decursus autem in rebus irrōnalibus debet esse ſm ordinē ⁊ exigentiā ad res rōnales ꝓpter quas facte sunt.
13 Ad illud qḋ obijcit̄ ꝙ cōmixtio seruum est opus carnale.dōm ꝙ caro vno mō sonat in vicium.sicut illud Gal̄.v.Caro cōcupi. aduer.spm̄. Alio mō caro dicit naturam sicut illud Eph.v.Nemo carnē suā odio habuit.Et sic carnale potest dici dupl'r.Uel a carne ſm ꝙ dicit naturā. vel a carne ſm ꝙ dicit viciū.⁊ hoc vltimo mō in primo statu seruū cōmixtio nō esset carnale opus.eo ꝙ nō esset ibi viciositas.esset tū opus carnale ſm ꝙ caro sonat in naturā.⁊ nihilominus essȝ spūale opus. quia natura ⁊ opus nature.cōcorda t spūi ⁊ gratie.

Questio.ij. b

Utrum in illa cōmixtione esset seminū decisio.Et ꝙ sic videt̄.generare est de sbā sua aliquē ꝓducere.sed nemo ꝓducit aliquem de sbā sua nisi det ei partē sbe sue.cū dare totū nō possit nisi solus deus.partē autē sbe nō dat nisi decidendo a se.ergo ⁊c. Itē filius a patre ⁊ matre generat̄ nō tm̄ effectiue sed etiā materialiter.ſ ꝗcunqȝ aliqua duo sunt materia vni⁹.necesse est adinuicē vniri ⁊ cōmisceri ſm se tota.vel ſm aliquid sui.illud autē in quo vniunt̄ nō soluȝ habet rōem materialis.sed etiā effectiui.⁊ tale vocam⁹ semen.igit̄ si hō stetisset. generatio nihilominus esset ꝑ cōmixtionē seminū. Itē vir ex suo coitu mulierem fecundaret.sed hoc nō esset nisi aliqḋ impartiretur mulieri.sed ꝯstat ꝙ nō impartiret̄ necessariū. quia nā illud sibi reseruat.ꝗ impartiret̄ alimēti superfluum.⁊ hoc est semen.ergo fieret seminū cōmixtio.

Item a ꝑmaria cōditione habuerūt vir ⁊ mulier vasa susceptibilia ⁊ idonea ad humoris seminarij generationē ⁊ decisionē ⁊ ꝯmixtionē.⁊ illa sunt ꝗ sunt organa virtutis generatiue. ꝗ in gn̄atione ꝓlis naturale est semen descindere.ꝗ si hō generaret tūc ſm qḋ cōpetebat nature.in statu innocētie fuisset commixtio seminū. Sed ꝯ. Semen est supfluū nutrimenti.vbicunqȝ aūt est supfluitas ibi est viciositas. sed in natura instituta nō erat viciositas.ꝗ nec supfluitas.igit̄ nec humor seminarius. Itē semen est supfluitas tercie digestionis.sed si hō stetisset nō eēt in eo superfluitas scḋe digestionis.vtpote stercus et vrina.ꝗ nec supfluitas tercie. Prima patet ꝑ phm̄. scḋa manifesta est.qꝛ ille supfluitates nunꝙ sunt sine feditate ⁊ ignominia.ꝗ [illegible] feditas ⁊ ignominia nō sunt in homie nisi ꝑ culpā.nullo mō esset in eis talis supfluitas. Itē si esset in eis semen.aut esset conueniens ꝓprie cōplexioni.aut nō. Si nō.ꝗ nō videt̄ ꝙ de eo deberet vel posset ꝓles generari. Si sic.sed nā nālit̄ tenet qḋ est sibi cōueniens.⁊ [illegible] expellit.ſ nō est ꝑ naturā sed ꝑ violentiā.ꝗ si in statu innocentie hō hominē generaret non violent̄ ſ nālit̄. videtur ꝙ in generatione semen nō emitteret. Item actualis decisio partis a parte est via ad corruptōē. ſ hō in statu innocentie ad corruptionem nō tendebat.ꝗ generādo semen nō descindebat. R̄. dōm 14
ꝙ cū generatio ꝓlis quātū est de ordine ⁊ ꝑtāte nature habeat fieri ꝑ cōiunctionē et cōmixtionē duoꝝ seruū in hoībus.ꝗ respectu ꝓlis se habēt ꝑ modum materialis et efficientis. ita ꝙ rō mālis plus residet penes mulierem.⁊ efficientis vel actiui plus residet penes virū.necesse est ad generationē aliquas pticulas tā a muliere ꝙ a viro decidi.in qbus esset virtus ⁊ rō seminalis respectu corporis propagandi.Quia igit̄ hic est ordo nature nō solūmō lapse.ſ etiā institute.ideo dōm est ꝙ in statu innocentie ⁊ vir ⁊ mulier ꝑ decisionē seminū generassent. Ad illud qḋ 15
obijcit̄ in ꝯtrariū de seminis supfluitate. dōm ꝙ est supfluitas residuitatis.⁊ est supfluitas impuritatis. Supfluitas residuitatis est in semine.⁊ hec supfluitas necessitatē nō excludit.immo idē ipm qḋ necessariū est.est supfluū.sed necessariū speciei.supfluū in indiuiduo.necessariū virtuti generatiue.ſ supfluū nutritiue.⁊ hec supfluitas nō repugnat bonitati ⁊ complexioni nature.qꝛ nō sonat in viciū ſ in cōplemētū Est ⁊ alia supfluitas impuritatis.sicut stercus ⁊ vrina.defluxio reumatis.⁊ emissio sudoris.⁊ cōsimilia. ⁊ hec est in duplici differētia.Quedā venit ex debilitate virtutis cōtentiue ⁊ cōuersiue.sicut sudor ⁊ reuma.⁊ talis non fuisset in adā.ꝓpterea quia virtutes nāles eēs in ipso erant in suis operationibus efficaces. Alia vō est que venit ex nutrimēti qualitate.⁊ nutrimenti puritate.⁊ hec fuisset in adā.qlis est superfluitas egestionis ⁊ vrine.que fiunt ꝓpter sepationē puri ab impuro.vt illud qḋ purū ⁊ ydoneū est assumatur in alimentū.illud vō qḋ est minus ydoneū abijciatur exterius.licet nō cū tanto fetore ⁊ feditate sicut nūc.⁊ hoc satis indicant vasa ⁊ intestina ⁊ vomitus ꝗ sunt homini a sua ꝑma cōditione nāliter deputata. Et ꝑ hoc patet rn̄sio quasi ad oīa obiecta. Nā primū qḋ obijcit ꝙ vbi est supfluitas ibi est viciositas nō valet.quia nō habet veritatē de supfluitate residuitat̄ qlis est superfluitas seminis. Secundum aūt qḋ obijcit ꝙ superfluitas scḋe digestionis est cum feditate ⁊ ita cū pena.similiter nō valet. quia ꝗuis illa sepatio puri ab impuro fit in nobis cū feditate.in istis esset sine aliqua fetoris corruptione.in attestationē virtutis potentie cōuersiue.⁊ puritatis nutritiue. Similiter terciū nō multū cogit quia semen cū sit superfluū nutritiue.est necessariuȝ generatiue.⁊ nō cōuenit cū natura vt saluans ipam in se.sed vt saluans eam in altero.⁊ ideo natura nō

appetit sibi illud retinere.sed in alterū transfundere. ⁊ quis nō cōueniat nature generātis in se vt sic est. cōuenit tñ nature generati. Similiť vltimū nō cogit qđ dicit ꝙ decisio est via ad corruptionē.hoc eñ locum habet vbi est decisio ptis necessarie cum quadā violentia. ⁊ vbi est decisio sine restauratione.hoc autem nō est in seminis decisione sicut ostēsum est . Et ita omnia obiecta possunt solui ꝑ distinctionē prius factā. ⁊ alia etiam plura media que ad hoc possent adduci.

Questio.iij. c

si hois glorificatio ⁊ exaltatio sm veritatē alicui⁹ bonū nō diminueret. tñ sm extimationē falsaʒ credi potuit esse alicui⁹ boni diminutiuuʒ. ⁊ ex illa extimatione oriri inuidia. Affectiones enī nō tm̄ oriunt ex iudicijs certis. sed etiam ex suspicationibus ⁊ extimationibus falsis.

Questio. ij.

De temptatione primoꝝ parentū ꝗritum ad instrumentum mediū. Et dicit in gen. iij. ꝙ dyabol⁹ tēptauit hoiem p serpentem. Et ꝙ iste mod⁹ nō fuerit cōueniēs ostendit primo sic. Qr to temptatio est occultior. tanto est ad decipiendū efficacior. si ergo dyabolus ꝗto maiori calliditate poterat hominē decipe conabat. videt ꝙ ipm debuisset temptare spūali temptatione absq; alicuius corporis assumptione. Itē tanto temptatio est efficacior ꝗto temptās est in suggerendo effabilior. sed actus locutionis ꝓprie debet humane effigiei. ergo videt ꝙ dyabol⁹ ad temptādū mag debuit assumere effigiē hois ꝙ bruti animalis. cū brutum animal sua locutione potius eēt ad terrorem ꝙ ad psuasionem. Item ꝗto temptās magis simulat ⁊ induit speciem sanctitatis. tanto magis pualet in tēptando. sed multa sunt animalia que magis suis ꝓprietatibus sanctitatē pretendunt ꝙ serpens. sicut columba ⁊ agnus. ergo vr ꝙ illa magis debuerit assumere dyabolus ad tēptandū. Itē instrumentū siue organū debet ɔformari exercitio p ipm facto. s tēptatio erat ad decipiendū. ergo dyabolus debuit assumere aial maxime dolosum ⁊ callidū. s plus est de dolositate in vulpe ꝙ in serpente. ergo magis debuit assumere vulpē ꝙ serpentē. Ad oppositū sunt rōnes. s qm verū ɔcludūt pñt claudi in rñsione. R°. Ad pdicto- 10
rū intelligentiam est notandū. ꝙ modus ille tēptandi nō tm̄ fuit ex dyabolica electione sicut dicit Aug. s etiam ex diuina pmissione. nō enī licuit dyabolo tēptare oīno quo vellet ⁊ posset. s eo mō q̄ dn̄s pmitteret. Concessit aūt diuina sapiā q̄ omnia ordinat ⁊ gubernat ⁊ pmisit ꝙ dyabolus temptaret hominē in effigie aialis bruti. ⁊ nō cuiuscunq;. s serpentis. sic enim
exigebat cōgruentia ordinis. Qr enī homo tempta- 11
ret a dyabolo in effigie bruti animalis cōgruuʒ erat. tum respectu opis. tū respectu finis intenti. tū etiam respectu diuini iudicij. Respectu opis. q homo nat⁹ est inclinari ad bonū vt nunc. maxime ex pte sensibili ⁊ brutali. ⁊ ideo cōgruū erat ipm temptari in effigie aialis bruti. Respectu finis intenti similiter ɔgruum erat. q ad hoc ordinabat temptatō vt homo efficeret similis aiali bruto. eū ptēpto bono incōmutabili. adhereret bono commutabili ⁊ ibi quiesceret. et ido ad hec insinuandū in specie animalis bruti debuit tēptari. Respectu diuini iudicij etiā congruuʒ fuit. qm dn̄s iustus ⁊ fidelis nō pmittit hoiē temptari vltra qd possit. ⁊ ideo sic patit dyabolū in temptatōne la-

Uv

tere. vt nihilominus possit ab homine deprehendi. et
ideo nō passus est q̄ dyabolus hoiem temptaret om
nino in specie cōsimili. et p hoc nō in specie vel effigie
humana. sed potius brutali. Triplex igitur congru-
entia ordinis exigebat. vt homo a dyabolo in bru-
12 tali effigie temptaret. Hac etiā triplici congruentia
exigente pmissus est homo tēptari a dyabolo. non in
quolibet aiali bruto. sed in serpente. Primū rōne ope
ris. qz enī tēptatio fiebat p suggestionis ingressum q̄
intrat ad cor ad modum serpentis. et ibi virus pecca
ti diffundit. ex quo homo habet spūaliter mori. ideo vt
exterior effigies opi responderet interiori. cōgruū fu
it hoiem a dyabolo tēptari in effigie serpentis. cuius
est serpere et venenū diffundere. et diffundendo homi
nem interimere. Respectu etiam finis intenti cōgru
um erat. qz enī intendebat dyabolus faciē hois et ca
put et supiorē mētē cōuertere deorsum. et totū pster-
nere. et sic psternēdo ad malū finē deducere. pponē-
do sibi premiū aliquod delectabile. ideo pmissus est
tēptare in serpente. q̄ fm totum corpus suū hz terre
in suo incessu adherere. Congruū etiaz erat respectu
diuini iudicij. qz cū ex illa tēptatōne. diuino iudicio
inter temptatū et temptātē debebat inimicicia exori-
ri. iō temptatio hois in serpente debuit fieri quē pt9
lapsum maxime exhorret. et q̄ maxime sua calliditate
insidiat hominē ledere. Et sic patet multiplex cōgru
entia quare dyabolus pmissus est hoiez temptare in
13 effigie serpentina. Ad illud g̃ quod pmo obz q̄ tē
ptatio tāto est efficacior q̄to occultior. dō. q̄ et si dya
bolus se manifestaret exterioribus in effigie serpentꝫ.
nihilominꝰ tn̄ in illa manifestatione plus se occulta-
bat q̄ manifestabat. vnde mulier nō credidit cum q̄
loquebat in serpente esse aduersariū. sed etiam poti-
us bonū cōsiliariū. et ideo ita occulta erat illa tempta
tio. sicut si dyabolꝰ loqueret ad cor interius. Alit re-
sponderi potest q̄ iusto iudicio dei nō est pmissus tē-
ptare interius. qz nō habebat posse ingredi interius
nisi hō pberet sibi aditū. et ideo temptauit ab exterio
ri p sensum. et voce sensibili magis q̄ voce spirituali.
14 non enī debebat aliter pmitti. Ad illud de maiori
affabilitate iā patet responsio. verū est enī q̄ si fuisset
in effigie humana affabilior fuisset. s3 diuina pruiden
tia nō debuit hoc pmittere. s3 cautelā dyaboli debuit
tpare. et ideo cōcessum est sibi corpus serpētis qd̄ tn̄
habebat faciem virginis. sicut dicit Beda. et reliquū
corpus erat serpentis. vt sic ex vna parte posset late-
15 re. ex altera dephendi. Ad illud qd̄ obijcit de amica
bilitate iam pz responsio. qz sic debuit pmitti osten-
di effigies amicicie. vt posset deprehēdi veritas inimi
cicie. nam temptator q̄ effigiem amicicie ptendebat.
fm veritatē inimicus erat. ideo huic opi animal ma
xime competebat qd̄ haberet aspectū humanū. corpꝰ
vo eius aialis qd̄ natū est homini eē maxime inimi-
16 cum. Ad illud qd̄ obz vltimo de calliditate. dōm
q̄ et si sint aliqua aialia calidiora et prudētiora. tamē
in nocēdo et insidiando hoi serpens est animal calli-
dissimū. Et qz calliditas temptantis erat ad hominē
offendēdū. hinc est q̄ inter cetera aialia magis pmis-
sus est temptare p serpentem.

Questio.iij. c

De temptatione primoz parentū q̄tum ad ordinez
et pgressuz. et dicit scriptura et magister in litera q̄ tē
ptatio incepit a muliere. et p mulierē venit ad viruz.
Et videt q̄ hic modus pgrediēdi competat astutie
dyaboli. et q̄ etiam debeat a deo pmitti. ordo enī de-
structionis cōtrarius est ordini cōstructōnis. q̄ enim
sunt vltima in componēdo. sunt priora in resoluēdo.
sed mulier fuit vltimo facta et formata. ergo videt q̄
via deformationis et corruptionis a muliere debuit
habere exortum. ergo temptator debuit eā prius ag-
gredi. Itē tēptatio exterior debet pformari interio
ri. s3 in tēptatione interiori pctm̄ ascendit a sensuali-
tate ad supiorē partē mediāte inferiori portione rati
onis. si g̃ supior portio est vir. inferior ē mulier. sicut
tēptatio interior pcedit ad virū mediāte muliere. sic
et tēptatō exterior. Itē cautus pugnator citius ag
greditur in bello illum quem potest expugnare faci-
lius. si g̃ mulier facilius poterat expugnari q̄ vir.
videt q̄ pgressus tēptatōnis puenire debuit ad vi-
rum mediāte muliere. Item facilius est alicui ex-
pugnare fortem inimicum p domesticum q̄ etiam p
seipsum. sed vir erat fortis et spūali mente preditus.
ergo nō videt q̄ dyabolus ausus fuerit eum tēptare
p seipsum sed p suum domesticū. ergo mediante mu
liere temptatio peruenit ad virū. Sed contra. Pec
catum nō tm̄ est in carne. s3 et in dei imagine. s. aia. sed
mulier et vir equaliter sunt ad imaginem dei. quia in
anima non est distinctio sexus. ergo vr̄ q̄ tēptatō nō
magis debuit inchoari a sexu mulíebri q̄ a virili.
Itē mulier nullam habebat pronitatem ad pecca
sicut nec vir. et ita erat recta sicut vir. nec caro eiꝰ
aliquo modo animam incuruabat. ergo videt q̄ ita
difficile erat mulierē sicut virum eijcere. nulla igitur
ratio videt eē ob quam tēptatō dyaboli magis incipe
ret a muliere. Item vitupabilius est vinci a muli-
ere q̄z a viro. gloriosius est vincere virū q̄ mulierez.
ergo dyabolus maxime refugit vituperium et auidis-
me querit gloriam. videt q̄ magis tēptatōnē a viro
q̄ a muliere inchoauerit. Itē natura audacium ē
libenter fortibus occurrere. sed dyabolus est audacis
simus et pcacissimus. et maxime psumens de suis vi-
ribus. g̃ videt q̄ dedignatus fuerit pmo aggredi mu
liebrē sexum. nō igit videt pbabile q̄ prius tēptaue
rit mulierē q̄ virum. R̄. dōm q̄ sicut dicit scriptu- 17
ra et magister dicit in lr̄a. non est dubitandum quin
temptatio dyaboli a muliere inchoauerit. et p eaz p-
uenerit ad viruz. Ratō autē huius sumit ex parte sa
pientie dei. et ex parte astutie dyaboli. Ex pte sapiētie
dei. dominus tali ordine pmisit dyabolum tēpta-
re. tum pter viri exercitatōnē. tū etiaz ne mulier ha-
beret excusatōnē. tum etiam pter eruditōnē nostrā.
Propter viri exercitatōnē. qz ipse adeo fortꝫ erat et spi
rituali mēte preditus q̄ non solum poterat resistere
serpētis tēptatōni. sed etiam suggestioni mulieris. et
ideo fortiori tēptatōne pmissus est tēptari. Propter
mulieris vo remouendā excusatōnem pmo debuit
ab ipsa temptatio incipere. nam si vir pmo peccassz.
cum vir sit caput mulieris et dominet ei. non eēt mul
tum mirandum si mulier ei consentiret. immo ma-
gnum haberet excusatōnis colorem. Propter nostrā
eruditōnem etiam hoc permissum est. in illo enī mo-
do temptandi sensibili cognoscimus nos modum et
pgressum temptatōnis inuisibilis. et sicut ille a serpē
te venit ad virum mediante muliere. sic iste a sensua
litate peruenit ad superiorē portōnē ratōnis medián
te inferiori. Ex parte similiter astutie dyaboli potest
sumi rō. Dyabolus enī attētabat mulierē eē mino
ris sapiētie. et debilioris pstātie. et importunioris ad

lentie. Quia minoris sapiētie. erat facilior ad sedu
cendum. τ ideo dyabolus seductor p eam voluit sibi
facere transitum ac viam. Quia debilioris cōstātie.
facilior erat ad puertendū. τ ideo dyabolus expugna
tor aggressus est hominis ciuitatem ex ea parte ex q
erat aditus minus munitus. Quia vo importunio
ris erat adherentie. cogitauit dyabolus q si ipsa pri
mo vinceret. nō quiesceret quousq; puerteret virū.
Unde dicit Eccs. vij. de muliere que laqueus est vena
torum. τ sagena cor eius. vincula sunt manus illius. p
pterea dyabolus astutus impulsor incepit a sexu fe
mineo. Et sic patet q sicut dicit scriptura p omnem
modum congruū fuit temptationem incipi a mulie
re. tū qr hoc dyaboli astucia expetebat. tum qr hoc di
uina puidentia disponebat. Unde concedende sunt
18 rōnes ad hoc inducte. Ad illud aūt quod pmo ob
ijcit in ɔtrarium q q̄tum ad imaginem nō est sexuū
differentia. dōm q licet in viro τ muliere repiat ima
[go] eque expresse quātū est de nā ipsius aīe. qr tū aīa q̄
diu est in corpe complexionē corpis imitatur ex rati
one debilitatis compositionis τ sexus. cōtrahit ani
ma quandam effeminationem. τ ppterea quantū est
ex pte nature nisi sit fortitudo maioris gratie facilius
incuruat ad malum sexus femineus. τ ppterea illud
19 nō cogit. Ad illud qd obijcit q mulier nullam ha
buit ad hoc pnitatem. dōm q verum est. non tamē
ex hoc sequit q haberet equalez stabilitatē. q̄uis eīn
nō haberet curuationem in affectu. nec deceptionem
in [a]spectu. facilius tamen poterat in hoc incidere q̄
vir. in quo τ natura erat fortior. τ gratia credit fuis
20 se abundantior. Ad illud qd obijcit q vitupabile
est vinci a muliere τc. dōm q verum est. veruntamē
gloriosius est mulierem luctando supare. q̄ cum vi
ro luctando succumbere. Et quia dyabolus si incepis
set a viro. timebat ne viriliter sibi resisteret. ideo ma
21 iori cautela studuit gloriam adipisci. Ad illud qd
obijcit q audaces libentius aggrediunt fortes. dōm
q illud verum est vbi est audacia sine astucia. dyabo
lus aūt nō tm est audax τ pcax. immo etiam astutus τ
fallax. τ ideo temptando nō aggressus est viam diffi
ciliorem. s potius efficaciorem. Preterea nō pmitte
bat sibi totam suam exercere potentiā. cū eīn nō vin
cat nisi volentem. est debilis in pugnando. τ ideo nō
a fortiori sed a debiliori suā inchoauit temptationē.

Onsequenter querit circa secundum articu
c lum de modis temptationis in generali. Di
uidit aūt magister temptationem in eā que
est ab hoste. τ in eam que est a carne. sed cum de tem
ptatione que est ab hoste aliqualis possit haberi no
ticia p [ea] que determinata sunt supra de potestate de
monū. ideo hic querit de temptatōe que est a carne
Et circa hoc possūt queri tria. Primo querit vtrum
carnis sit tēptare. Secundo querit vtrum temptati
onem carnis a temptatione dyaboli contingat sepa
ri. Tercio queritur cui istarum temptationum diffi
cilius sit resistere.

Questio. j. d

Circa primū sic pceditur τ ostendit q carnis sit tē
ptare. Jaco. j. Unusquisq; temptat a cōcupiscentia
sua abstractus τ illectus. sed concupiscētia que ma
xime abstrahit τ illicit est cōcupiscentia carnis. g τc.
22 Item Cassiodorus diffiniens temptationem. di
cit q temptatio est assimulatio boni ad fallendum. s
appetitus carnalis facit bonum vt nunc. credi [illegible] bo
nū simpliciter. τ hoc decipit τ fallit spiritum. ergo cō
tingit spiritum temptari a carnali appetitu. Item
temptatio dyabolica nō est aliud q̄ suggestio. sed si
cut dyabolus suggerit homini mala. ita τ carnis pru
dentia que est deo inimica. g si dyabolus dicit tēpta
[re] cum suggerit mala. eadem ratione τ caro cum spi
ritum trahit ad carnalia. Itez dyabolus impugnt
nos temptādo. nec est aliud dyaboli tēptatio q̄ eius
impugnatio. sed sicut impugnamur a dyabolo. ita τ
a carne impugnamur et impellimur. g videt q sicut
temptamur a dyabolo. ita vere τ ppie temptemur a
carne. Sed ɔ. Hugo de sancto victo. Temptare 23
est callide experiri. et quasi quibusdam blandis conati
bus pbare. sed expimentum sumere hoc est solius sub
stantie rationalis. g non videt esse carnis. Itē tē
ptans differt a temptato. nullus eīn temptat seipm.
sed q temptat est homo carnalis. cuz igit homo car
nalis a carne sua nō differat p substantiam. videt q
nullus homo temptet a carne sua. nec ab alia ɔstat.
ergo nulla caro temptat. Item psuasio ordinata
ad decipiendū potius est sophisticatio q̄ temptatio.
temptatio eīn est psuasio ordinata ad sumendū expe
rimentum. sed caro viciosa directe inclinat ad malū.
τ sua inclinatione seducit spiritum. g carnis pulsa
tio potius debet dici sophisticatio q̄ temptatio.
Item q̄ncunq; aliquis actus de aliquibus subiectis
dicit. dicit sm aliquod commune in eis reptū. [sed] deus
temptare dicit in scriptura. τ dyabolus. τ homo. τ ca
ro. g sm aliquod commune debet dici. sed caro nō vi
det aliquo modo cōmunicare in aliquo cū deo τ cuz
spū angelico. ergo videt q ei nō possit cōpetere tem
ptatio. aut si competat hoc erit equiuoce τ sm alium
modum dicendi. τ si sic est. tunc est q̄stio sm quē mo
dum dicit. et qualiter illa carnis impulsio temptatō
appellat. Rn. dōm q hoc vocabulū tēptare mul 24
tas habet acceptiones. sicut dicunt illi qui significati
ones vocabulorum studiose rimati sunt. si tamen veli
mus eius principalem τ precipuam significationem
accipe. temptare pbare est. vnde temptatio dici pōt
quidam tactus quo illud quod tangit pbat. sicut ce
cus dicitur temptare quando suo tacto vult aliquā
certitudinem habere [de] aliqua re quam tangit. Per
hunc modum in spiritualibus temptatio dicit qui
dam tactus ad pbandum ordinatus. Hoc autez po 25
test esse quadrupliciter. Aut quia ille qui pulsat intē
dit pbare τ approbare siue pbatū ostendere. τ hoc
modo temptat deus. sm q dicit Sap. iij. Deus tem
ptauit illos. τ inuenit illos dignos se. Aut ille q pul
sat intendit probare τ reprobare siue reprobum fa
cere. et sic temptat dyabolus sm q dicit Actuum. v.
Cur temptauit sathanas cor tuum mentiri spiritui
sancto. Aut qr ille qui pulsat intendit solum proba
re τ experimentum sumere de eo quod est in homine.
et sic tēptat homo cautus. et de hoc Eccl. xxx. Ex mul
tis loquelis temptabit te. τ subridēs interrogabit te
de absconditis tuis. Aut quia et si pulsans nihil intē
dat. ad eius tamen pulsationē sequit approbatio vel
reprobatio hominis. τ sic temptat caro vel carnalis
cōcupiscentia. De qua Jaco. j. Unusquisq; tempta
tur a concupiscentia sua abstractus τ illectus. A car
ne eīn siue a carnis concupiscētia homo pulsatur τ q
si tangit. cui tactui siue pulsationi si consentiat pba
tur τ reprobatur. si vo dissentiat pbat τ approbat.
τ sic recte τ ppie carnis impulsio temptatio dici po.

test. Unde rationes hoc ostendentes concedende
26 sunt. Ad illud quod obijcit in contrarium q tem-
ptare est experiri. Dicendum q illa ratio ab Hug. nō assignat
nisi proprie de temptatione dyaboli. si autem quis ge-
neraliter velit eam intelligere. vt se extendat ad om-
nem temptationem que ad malum inclinat. tunc di
cemus q intelligit p causam. vt sit sensus q p tēpta-
tionem fit experientia ⁊ probatio. vt cum homo dignus
sit approbari. ⁊ hec tm̄ non fit a dyabolo. sed etiam a
carne. Si autem velit dicere hoc essentialiter esse dictū.
tunc dicemus q nomine carnis nō intelligit corpus
solum sed ratio carnalis. ⁊ idem ipse homo sm q car-
nalis est ⁊ ad carnem conuersus seipsum temptat sm q
27 spiritualis est ⁊ diuine legi subiectus. Ad illud quod
obijcitur secundo q temptans differt a temptato sm
substantiam. Dicendum q sicut iudicare ⁊ iudicari sūt act⁹
diuersarum personarum. nihilominus tamen eadem
persona sm aliam ⁊ aliam susceptionem pōt seipsam
iudicare. sicut sanctissimum homo iudicat. ⁊ superior por-
tio inferiorem iudicat. sic etiam intelligendum est q
spiritualiter ipsa sensualitas temptare pōt rationem. si-
ue homo exterior interiorem. ⁊ ita cum caro temptat
spiritum non idem temptat a se. sed alius ab alio. illa ta
28 men reperiri habent in eadem persona. Ad illud quod
obijcit q persuasio ordinata ad decipiendum potius ē
sophisticatio q̄ temptatio. dici potest q tēptatio lar-
ge dicta comprehendit ⁊ sophisticationem ⁊ tempta
tionem proprie dictam. Sophistica enim persuasione
potest homo de alio experimentum sumere. ⁊ ita nō va
let illa obiectio. qz temptatio sm q hic accipit cōtra
deceptionem ⁊ sophisticationem non diuidit. Aliter
tamen posset dici q temptatiōis nomen magis trās-
latum est a temptatione materiali in qua est quedam
pulsatio sm q cecus dicit temptare. q̄ a temptatio-
ne illa que est in ratiocinationibus. p quem modum
diuidit cōtra sophisticationem. vt dicat alius silogis-
29 mus sophisticus. alius temptatiuus. Ad vltimum
patet responsio ex predictis. aliquod enim cōmune re
perit in omnibus illis de quibus dicit actus temptā
di. videlicet tactu quodam pulsare. ad quem consequitur
pulsanti probatio. ⁊ hoc prius explanatum est.

Questio. ij. c

Utrum contingat temptationem carnis a temptatiōe
dyaboli separari. Et q sic videt. Quecūqz diuiduntur
ex opposito vnū potest esse sine altero siue separari po
test ab altero. sed temptatio carnis diuidit cōtra tē-
ptationem hostis. ergo ⁊c. Item dyabolus tēpta-
uit hominem primū. ⁊ temptauit christum. sed nec ca
ro christi nec caro hominis primi ad malum impelle
bat. ergo neuter a carne temptabat. ergo cum temptarē-
tur a dyabolo. temptatio que est a dyabolo separatur
a temptatione que est a carne. Item esto q dya-
bolus nunq̄ nobis mala suggereret. nihilomin⁹ sen
sus nostri ad malum ab adolescentia proni essent. ergo
omni temptatione dyaboli circumscripta. adhuc ho
mo temptaretur a carne propria. Item aliud est in-
quinamentum carnis. ⁊ aliud inquinamentum spiri
tus. sed dyabolus impellit ad peccata spiritualia. ca-
ro vero ad peccata carnalia. ergo cum peccatum spiri-
tuale possit esse sine carnali. et econuerso. videt q tem
ptatio carnis sequestrari habeat a temptatione dya-
boli. Item quecunqz duo sic se habent q vno con
tingit inhererī ⁊ alio detinerī. illa contingit ab inuicem
separari. sed temptatio hostis est materia exercende vir
tutis. temptatio vero carnis semper est a culpa vel cū
culpa. sicut dicit magister. ergo vna istarum sequestrari
habet ab altera. Item temptatio carnis ⁊ hostis
differunt sicut dicit magister in litera. sicut temptatiō
exterior ⁊ interior. sed quod est exterius sequestrari
habet ab eo quod est interius. ergo ⁊ temptatio car-
nis ab ea que est a dyabolo. Nec si tu dicas q tempta
tio que est ab hoste est ita interior sicut temptatio q
est a carne. per hoc non effugit. qz cum deus fidelis
nō permittit hominem temptari supra id quod possit.
et alter istorum modorum ad exercitandum suffici-
at. nec homo simul possit esse intentus circa diuersa
videt q alio ⁊ alio tempore fiat circa nos temptatiō
carnis ⁊ temptatio dyabolica. Sed contra. q tem
ptatio carnis habeat esse sine temptatione hostis vi-
detur. super illud ps. Diuerte a malo ⁊ fac bonū. glo.
hiero. Mala omnia ab instinctu dyaboli procedunt.
sicut bona ab instinctu dei. ergo nullum peccatum fit
in quo dyabolus non interponat partes suas. si ergo
temptatio carnis via est ad peccatum. videt q non
possit esse sine temptatione dyaboli. Itē mot⁹ in-
strumenti non est sine motu principalis motoris. sed
caro est sicut instrumentum in temptando respectu
dyaboli. sicut dicit sup illud Job. ix. Terra data est
in manus impij. id est caro in manus dyaboli. ergo
titillatio carnis non est absqz impulsione dyaboli. si
igitur hec est temptatio. patet ⁊c. Item et si nō sit
ponere primum malum qd non sit ab alio. est tamen
ponere malum quod est initium omnis mali. sicut di-
citur Eccl. x. Initium omnis peccati superbia. Si igi
tur dyabolus rex est sup omnes filios superbie. ⁊ pa
ter omnis mendacij. videtur q nullum sit peccatum
quod aliquo modo non procedat ab ipso. et ita ad nul
lum malum impellit caro absqz dyabolo. ergo tēpta-
tio carnis non separatur a temptatione hostis. Item
q temptatio hostis non separetur a temptatione car-
nis similiter ostenditur. Gal. v. Manifesta sunt ope
ra carnis. que sunt fornicatio. adulterium. contentio
nes. emulationes. ire. rixe. inuidie ⁊c. ibi enumerant
peccata carnalia ⁊ spiritualia. ergo videtur q omnia
peccata procedant a carne. igitur ad nullum malum
inclinat temptatio hostis absqz temptatione carnis
Item generatio transfert a corporalibus ad spiri-
tualia. sed in corporalib⁹ impossibile est generari ali
quid a patre sine matre. ergo nec in spiritualibus. sed
pater omnis peccati dicitur esse dyabolus. mater vero
caro siue cōcupiscētia. ergo ⁊c. Prima p se patet. se-
cunda manifestatur p illud qd dicit Ezech. xvi. Pa
ter tuus amorreus ⁊ mater tua cethea. Per amorre
um enim intelligit dyabolus. per cetheā vero cōcupiscē-
tia. Et expressius dicit Grego. sup Leuiti. xix. Concu
piscentia est mater omnis peccati. et dyabolus pater.
ergo ⁊c. Item dyabolus non potest temptare bo-
num angelum nec malum. neqz spiritum separatum.
sed solum spiritum carni coniunctum. ergo videtur
q aditum non habeat ad mentem nisi per carnem.
ergo absqz carne non temptat. ergo non contingit tē
ptationem dyaboli a temptatione carnis separi.
Rx. dicendum q cum dicimus temptatiōnē esse a carne
vel ab hoste hoc dupliciter potest intelligi. Aut sicut
a mouente primo. aut sicut a mouente proximo ⁊ im
mediato. Si sicut a mouēte primo. sic temptatiō car-
nis nunq̄ potest esse absqz temptatione hostis. quia
omnis carnis temptatio est ex eius corruptione que

ortū habuit a prima hostis temptatione. temptatio
tamen hostis pōt esse absq̄ tēptatione carnis. tunc
potissime quādo is tēptat̄ in quo non est carnis cor
ruptio. sicut fuit in adam ⁊ in christo. vel quando ex
illa tēptatione nulla oritur incuruatio. Quando vō
temptatio hostis ad peccatū ptrahit. cū nullū pecca
tū sit in nobis quod non habeat ortū ex concupiscē
tia aliqua. sic temptatio dyaboli a tēptatione carnis
nō potest separi. sic igitur iudicandū est ſm q̄ tēpta
tio dicit̄ esse a carne vel ab hoste tanq̄ a mouente p̄
mo. Si autē sic dicatur esse sicut a mouēte proximo
⁊ proprie sicut accipit magister in litera. sic sequestrā
tur. ⁊ distantia formali. ⁊ distantia tempali. Distātia
formali. quia alio modo temptat caro. ⁊ alio nō dya
bolus. ⁊ ad aliud viciū impellit hec. ⁊ ad aliud ille. ⁊
principium mouens est aliud ⁊ aliud. Sequestrant̄
etiam distantia temporali. quia aliquo tempore ve
xat dyabolus ⁊ instigat ad aliquod vicium ad qd̄ nō
inclinat caro. ⁊ aliquando potest esse econuerso. Et
sic isto vltimo modo accipiendo ꝓprie tēptationem
carnis ⁊ tēptationē hostis vt accipit magister in lite
ra. concedendum est eas ab inuicem separi. vt nō so
lum inter vnam ⁊ alteram sit differentia. sed etiam
vna possit esse sine altera. Unde concedende sūt ra
50 tiones que hoc probant. Ad illud quod primo ob
ijcitur in ɔtrariū q̄ omne malū est ab instinctu dya
boli. intelligendū est sicut a mouente primo. nō sicut
a motore ꝓximo. Nam absente dyabolo peccatū po
test esse a libe. ar. vel voluntate ꝓpria. vel attrahente
51 carnis concupiscētia. Ad illud quod obijcit̄ q̄ ca
ro mouet sicut instrumentū. dōm q̄ hoc verū est qn̄
dyabolus vexat carnē. ⁊ vexando carnem vexat spi
ritum. ⁊ tunc temptatio carnis ⁊ dyaboli non ponūt
in numerū. Cōtingit tamen carnem mediante sensu
alitate sibi coniuncta spiritum nostrum ad malū in
clinare etiā dyabolo nō mouente. ⁊ tunc non mouet
sicut instrumentum sed sicut mouens primum. ⁊ hoc
modo habet sequestrari a temptatione dyaboli.
52 Ad illud quod obijcitur q̄ pctm̄ dyaboli est initi
um omnis mali. dōm q̄ hoc nō est intelligendū q̄ sit
principium immediatū respectu cuiuslibet peccati. ergo
quia ante peccatū eius nō fuit aliud. ⁊ ipsum fuit in
itium illius peccati originalis. ex quo est initium ad
53 omne malū. Ad illud qd̄ obijcit̄ q̄ omnia pecca
ta sunt a carne. dōm q̄ caro sumit̄ ibi large ꝓ omni
concupiscentia que inhesit anime ex coniunctiōe sui
ad carnem. ⁊ sic nomine carnis intelligitur concupi
scentia que est mater omniū maloꝝ. et sine hac dya
54 bolus non generat in nobis aliquod peccatum. Et ꝑ
hoc patet responsio ad sequens obiectum de genera
tione spirituali. accipit̄ enī ibi caro ⁊ concupiscentia
large. sicut ostensum est. Ex illo tamen non sequit̄ q̄
temptatio dyaboli nō possit esse absq̄ temptatione
carnis. non enim omnis temptatio dyaboli est pec
cati generatio. frequenter enim temptat. ita q̄ nulla
55 sequit̄ culpa. Ad illud qd̄ obi. q̄ nō temptat nisi
hominē carnalem. dōm q̄ hoc nō est q̄ tēptatio dya
boli pendeat a tēptatione carnis. sed q̄ nō potest ali
quem temptare nisi quando habet vertibilitatem li.
ar. ⁊ est in statu merendi vel demerendi. ⁊ in quo po
test seduci. et hoc solum est quando spiritus rationa
lis est coniunctus carni mortali. Ex illa tamen ratiōe
non concludit̄ q̄ caro in tēptatione dyaboli sit cau
sa precipua. sed solū causa sine qua non.

Cui istarum temptationū sit difficilius resistere: Et
q̄ temptationi carnis videtur ꝑ illud quod magister
dicit in lr̄a. Temptatio carnis interior difficilius de
ijcitur. q̄ interius oppugnans de nostro contra nos
roborat̄. sed illius temptationi difficilius est resiste
re quā difficilius est vincere. ergo ⁊c. Item Seneca.
Nulla pestis efficacior q̄ familiaris inimicus. sed in
imicus carnis est multo familiarior q̄ dyabol9. ergo
eius temptatio crudelior ⁊ periculosior. ac ꝑ hoc. ad
vincendum difficilior. Itē quanto temptatio est
ad nocendū efficacior. tanto difficilius est resistere tē
ptationi. sed temptatio carnis efficacior est ad nocen
dum q̄ temptatio hostis. q̄ cum temptatō hostis sit
exercende virtutis materia. tēptatio carnis nunq̄ ē
sine culpa. ergo ⁊c. Item tanto difficilius est resi
stere alicuius ꝑsuasioni quanto ille qui ꝑsuadet ma
gis amat̄. sed homo multum diligit carnē. ⁊ multū
odit dyabolū. ergo multo difficili9 est ei resistere impul
sioni carnis. q̄ suggestioni dyaboli siue temptationi.
Contra. quanto impugnans est fortior. tanto eius
impugnationi difficilius resistit̄. sed dyabolus ē ho
stis fortissimus. sicut dicit̄ Iob. xl. Non est potestas
sup terram que ei possit compari. ergo difficili9 est ei9
temptationi siue impugnatōni resistere. q̄ ei tempta
tioni que est ex carne. Item quanto temptans est
versutior ⁊ callidior tanto difficilius est eius laque
os ⁊ cautelas euadere. sed dyabol9 est versutissimus.
ergo difficilius est eius illaqueationi siue temptatio
ni resistere q̄ temptationi carnis. Itē q̄to inimi
cus est occultior tanto minus pōt hō ei9 impetū de
clinare. sed dyabolus est hostis spūalis ⁊ occult9. ca
ro vō est hostis manifestus. ergo temptatio siue pre
lium dyaboli maioris est piculi q̄ tēptatio carnis. cū
maiori igitur difficultate ei resistit̄. Itē facili9 supe
rat̄ quod est in nostra potestate q̄ qd̄ nō ē in nostra
potestatē. sed caro in nostra potestate est. naz ipsam
possumus mortificare ⁊ cum vicijs ⁊ concupiscētijs
crucifigere. dyabolū vō minime. ergo multo facilius est
resistere eius temptationi q̄ sit resistere temptatio
ni dyaboli. Item spiritus magis adheret bono ꝓ
prio q̄ bono carnis. siue bono interiori q̄ bono infe
riori. sed dyabolus suggerit ⁊ inclinat ad bonum in
terius dum temptat de pctis spūalib9. caro vō ad bo
num inferius dum temptat de peccatis carnalib9. si
ergo difficilius repellit̄ quod est maioris adherentie.
difficilius repellit̄ temptatio hostis que est de pecca
to spūali. q̄ temptatio carnis que est de peccato car
nali. Item difficilius est resistere violentijs q̄ blā
dicijs. quia violentum importat de sua ratiōe impos
sibilitatē siue difficultatem resistendi. sed dyabol9 tē
ptat violentando sicut dicit Aug. caro aūt temptat
blandiendo. ergo difficilius supat̄ dyabolus q̄ supetur
caro. R9. ad predictoꝝ intelligentiam. notandū ē 56
q̄ cum querit̄. cui temptationi sit difficilius resistere.
vtrum temptationi carnis vel hostis: dupliciter pōt
intelligi. Aut respectu eiusdem peccati. aut respectu
alterius. Si respectu eiusdem peccati. vtpote peccati
carnalis. ad quod instigat caro. instigat ⁊ dyabolus.
tunc respondendum est q̄ temptatio carnis est diffi
cilior ꝓpter coniunctionem carnis ad spiritū ob quā
magis incuruat animam. ⁊ sic intelligit magister in
litera. et rationes ꝓbant ad primā partem inducte.
Si aūt intelligat̄ cōparatio fieri respectu diuersoruz

peccatorum. vtpote temptatio carnis intelligatur respectu carnalium. et temptatio hostis respectu peccatorum spiritualium. sic se habent vt excedentia et excessa. Quidam enim homines sunt qui magis sunt proni ad peccata carnalia. vtpote ad luxuriam quam ad superbiam. et his difficilius est resistere temptationi carnis quam temptationi hostis. Quidam autem sunt qui proniores sunt ad peccata spiritualia quam ad carnalia. vtpote illi qui magis desiderant honores quam voluptates. et his difficilius est resistere temptationi hostis quam temptationi carnis. Si quis autem sit indifferens ad vtrunque. et equaliter pronus quantum est de se. ei quodammodo temptatio carnis est difficilior. quodammodo temptatio hostis. Temptatio carnis erit difficilior propter maiorem et magis intrinsecam et magis continuam adherentiam. temptatio vero hostis difficilior propter maiorem boni promissi apparentiam. et propter lateriorem instigantis fallaciam. Sicut enim Grego. in Morali. ostendit. hostis antiquus multa que sunt vicia secundum veritatem palliat sub specie virtutum. Si igitur queritur que harum temptationum sit ad vincendum difficilior. et si respectu eiusdem peccati intelligatur. dicendum est quod temptatio carnis. si respectu diuersorum. sic se habent sicut excedentia et excessa. sicut ostensum est. et sic procedunt rationes ad vtranque partem. Si autem queratur que carum magis excedat alteram. dicendum quod omnis caro corrupit viam suam. et homines ex maiori parte carnales sunt. et desiderijs carnis obsequuntur. propter quod difficilius est resistere temptationi carnis quam hostis. Et ad rationes illas que obijciuntur in oppositum quod hostis ille est fortior et astutior et occultior. facile est respondere. quia non permittitur temptare secundum totam suam potentiam et astutiam. immo reprimitur potestate diuina.

57 Ad illud vero quod obijcitur quod caro est in nostra potestate. dicendum quod et si in nostra sit potestate secundum ordinem nature. tamen propter peruersitatem concupiscentie in multis et regnat ancilla. et seruit domina. nimius amor carnis facit ventrem deum esse hominis. et ideo non est in nostra potestate quousque liberemur de potestate corporis huius adiuuante gratia dei per iesum christum dominum nostrum. Tanta enim est vis amoris. vt amantem amato quodammodo subijciat. Unde et si filius sit in potestate patris, non est tamen patri facile occidere vel affligere filium. sic in proposito intelligendum est. quia nemo vnquam carnem suam odio habuit. sed nutrit et fouet eam.

58 Ad illud quod obijcitur quod bonum interius magis adheret. dicendum quod et si magis adhereat spiritui secundum quod spiritus est. non tamen magis adheret secundum quod carnalis est. nunc autem fere omnes homines carnales sunt. nec permanet spiritus dei in homine. quia caro est.

59 Ad illud quod obijcitur quod dyabolus temptat violentijs. dicendum quod nulli infert violentiam simpliciter. violentare tamen dicitur quodammodo propter immissionem aliquarum tribulationum que non ita mouent affectum sicut carnis incitamenta. nisi caro ibi interponat partes sue.

Dsequenter queritur ad tercium articulum queritur de quantitate peccati primorum parentum. Et circa hoc queruntur tria. Primo queritur vtrum primum peccatum potuerit esse veniale. Secundo queritur vtrum fuerit remediabile siue remissibile. Tercio queritur vtrum inter cetera genera peccatorum fuerit magis graue.

Questio .j.

Utrum primum peccatum hominis fuerit vel potuerit esse peccatum veniale. Et quod sic videtur. In egressu rectitudinem prius curuatur aliquid in paruam obliquitatem quam magna. sed obliquitas magna est culpa mortalis. et parua est culpa venialis. ergo cum cedit a statu rectitudinis innocentie. per veniale transit ad mortale. ergo prius peccauit venialiter quam mortaliter.

Item consensum siue electionem precedit appetitus. nihil enim eligimus nisi prius illud appetamus. sed ante consensum primi hominis fuit appetitus. sed ille appetitus erat ad illicitum. ergo erat peccatum. sed non mortale. quia nihil est mortale citra consensum. ergo veniale. prius igitur peccauit peccato veniali quam peccato mortali. Item contingit aliquid diligere inordinate et supra deum. contingit etiam aliquid diligere ordinate et sub deo. sed inter hec duo cadit medium. videlicet diligere aliquid sub deo sed inordinate. si igitur ab extremo in extremum peruenitur per medium. prius dilexit homo aliquid inordinate sub deo quam supra deum. sed primum est mortale. secundum veniale. sed etc. Si tu dicas quod homo in primo statu existens non potuit peccare venialiter. ostenditur quod sic. Primum. quia verbum ociosum est peccatum veniale quantum est de genere suo cum non sit contra aliquod mandatum. sed adam potuerat verbum ociosum dicere et cum vxore sua iocari. sed poterat in statu illo venialiter peccare. Item quod potest in maius potest in minus quod est ordinatum ad illud. sed adam poterat peccare mortaliter. sed peccatum mortale est maius quam veniale. cum igitur adam potuit primo peccare mortaliter. potuit primo peccare venialiter. Item est ponere statum in quo non potest peccare aliquis venialiter. nec mortaliter. vtputa statum comprehensoris. et statum in quo potest peccare venialiter. vtpote statum viatoris. et statum in quo contingit peccare mortaliter et non venialiter. sicut statum angeli lapsi. ergo erit ponere statum in quo contingeret peccare venialiter et non mortaliter. sed hic non est status nisi hominis instituti. ergo etc. Sed contra. Peccatum veniale. veniale est propter impulsionem et pronitatem quam homo habet ad illud. sed primus homo nullum habuit impulsum. ergo non potuit primo committere veniale peccatum.

Item in primo homine nullus erat motus brutalis. sed quilibet erat secundum deliberationem rationis. sed peccatum committere cum deliberatione rationis vbi nulla est pronitas non potest esse nisi mortale. sed etc.

Item regnum anime a deo ordinatum erat. sicut dicit Aug. quod ipsa seruaret ordinem sub deo. nihil exiret eius imperium. ergo impossibile fuit hominem peccare nisi prius a deo se auerteret. sed hoc est per mortale. ergo etc. Item angelus propter dignitatem sui status non solum peccauit mortaliter. sed etiam irremediabiliter. ergo statu status innocentie excedebat statum miserie in magna precellentia. videtur quod illud quod in nobis est modo modicum et leue. in statu illo esset magnum et graue. nulla igitur essent ibi leuia et minuta peccata. sed omnia essent grauia et mortalia.

Item omne peccatum aufert innocentiam. sed quod auferebat homini innocentiam auferebat immortalitatem. et quod auferebat immortalitatem inferebat mortem. et quod inferebat mortem erat mortale. ergo a primo. nullum peccatum poterat esse in primo homine quod non esset mortale. Item si adam primo commisisset veniale. quero vtrum potuisset penitere. an non? Si non. ergo fuisset irremediabile. Si sic. ergo propter veniale peccatum voluisset. ergo pas

sibilis factus esset. et si passibilis. ergo et mortalis. cū
eadem esset in eo ratio passibilitatis ⁊ mortis. ergo
necesse fuit primum peccatum primi hominis vel eē
mortale. vel esse irremediabile. vel ꝙ aliquid esset ve
niale ⁊ inferret mortē. que duo simul stare non pote
rant. R°. ad predictoꝝ intelligentiam est notandū
ꝙ circa hoc duplex fuit opinio. Quidam enim dixe
runt ꝙ adam primo peccato peccauit mortaliter. po
tuisset tamen peccare venialiter. non tamē omni ge
nere venialis. Quoddam enim est veniale ex genere
actus. sicut dicere verbum ociosum ⁊ mendacium io
cosum. vel exire in vsum dissolutum. et hoc est veni
ale non solum cum preuenit rōnis iudicium. sed eti
am causa subsequitur. ⁊ hoc peccato dicunt Adaz ꝑ
mo peccare potuisse. Est et aliud genus venialis pec
cati quod dicitur veniale a veniendo. qꝛ venit ex sur
reptione ⁊ pronitate nature corrupte. et hoc preue
nit non subsequitur iudicium rationis. et tali pecca
to dixerunt adam peccare non potuisse ꝓpter ordi
nem originalis iusticie. quo inferior potentia ita sub
debat superiori ꝙ nihil appeteret absq; eius imperio
et dictamine. et hec positio satis fuit probabilis. Ve
runtamen cōmuniter non approbant eam doctores
theologie. nam improbabilitatem habet si quis attē
dat ad perfectionem status. et regulam rectitudinis
[illegible] qua erat. a qua etiam cum nullum haberet impel
lens exire non poterat. nisi ꝯtemnendo diuinam iu
sticiam. et fedando suam innocentiam. et corrumpē
do naturam suam. que omnia faciunt primam cul
pam ade non venialem sed mortalem fuisse. nec po
tuisse aliter esse. Et ideo est cōmunis opinio quaz ho
die approbant doctores. ꝙ in statu innocētie primo
peccato peccauit mortaliter. nec primum eius pecca
tum veniale esse potuit. Unde concedende sunt rati
40 ones que hoc ostendunt. Ad illud ergo quod obij
citur ꝙ prius est peruenire ad paruam obliquitatez
q̄ ad magnam. dōm ꝙ verū est vbi est curuitas pau
latiua ⁊ per successionem. ibi autem potius fuit fra
ctio q̄ curuatio. vel si curuatio dici debet. ergo ince
pit in consensu qui fuit mortale peccatum. et ita int̄
rectitudinem ⁊ illam obliquitatem nō intercedit me
dium. Et si [illegible] queras vnde hoc: dico ꝙ hoc non fuit
ꝓpter immediatā oppositionē rectitudinis ad pctm̄
mortale. sed quia in tali subiecto. quod q̄dē vel opor
41 tebat esse sanum. vel mortuum. Ad secundum qd̄
obijcitur ꝙ appetitus precedit consensum. Dōm ꝙ
verum est. sed appetitus qui precessit consensuz pri
morum parentum non fuit libidinosus. sed natura
lis. extunc autem incepit esse libidinosus. quando
voluntas deliberatiua consensit. et tunc incepit etiaz
esse mortalis. et ita nō ante cepit peccatum esse q̄ [illegible]
mortale. Ad illud quod obijcitur ꝙ mediuz est in
ter diligere ordinate sub deo [illegible] inordinate supra deū.
dōm ꝙ et si sit medium comparando statum ad statū
simpliciter. comparando tamen ad hominem illum
non cadebat medium. Ratio autem huius erat pro
pter magnam approximationem ad deum. ob quam
nihil poterat inordinate diligere quin per hoc deo in
iuriam faceret. ac per hoc supra deum diligeret.
42 Ad illud quod obijcitur ꝙ poterat dicere verbuz
ociosuz quod est veniale. dōm ꝙ verbum ociosum ei
fuisset mortale propter status ꝑfectionem. Unde ꝙ
dicitur aliquod peccatum esse mortale generaliter si
ue de genere sui actus. hoc intelligenduz est respectu
nature lapse. Ad illud quod obijcitur. quod pōt 43
in maius potest in minus. Dōm ꝙ illud non est ve
rum. quia nō est hominis potentia aliquando ita or
dinata ad minus sicut ad maius. vnde maius est ho
minem mori q̄ȝ febricitare. facilius tamen potest ali
quis alicui inferre mortem q̄ febrem. sic et homo pri
mus citius potuit se occidere q̄ deliberare. id est pri⁹
mortaliter q̄ venialiter peccare. Ad illud qd̄ obij 44
citur ꝙ quartus status esse deberet in quo posset tm̄
venialiter peccare. dōm ꝙ illum statum nullo modo
cōuenit esse. Qꝛ enim aliquod peccatū sit veniale ali
cui hoc est ꝓpter magnam pronitatem quam habet
ad peccandum. ⁊ difficultatem quam habet ad bene
faciendum. ⁊ vbi hec sunt est facilitas ad mortale. et
ita nunq̄ est ponere statum in quo peccet venialiter
in q̄ nō possit peccare mortaliter. ē tamē ponere ecō
uerso statum. s. in quo contingit peccare mortaliter ⁊
non venialiter ꝓpter defectum penitentie. huiusmo
di autem est status demonum.

Questio. ij.

Utrum peccatum quod primo secutum est ex tēpta
tione illa fuerit remissibile vel irremissibile: Et ꝙ ir
remissibile videtur. Aug. de mirabilib⁹ sacre scriptu
re. loquens de angelo dicit ꝙ resurgere non potuit.
quia de sublimissimo statu cecidit. sed homo cecidit
de nobilissimo gradu ⁊ statu quem potuit habere in
via. ergo si non potuit resurgere demon. pari ratione
nec homo. Item peccatum ad quod nullam ha
bet homo inclinationem nullam habet excusatōnez.
et quod omni caret excusatione non est dignum re
missione. sed peccatum quod omnino ineptū est ad
remissionem est irremissibile. ergo peccatum est irre
missibile quod fit sine aliqua inclinatione. sed tale fu
it peccatum quod consecutum est ex prima tempta
tione. ergo ⁊c. Item morbus qui totam naturam
inficit est incurabilis. quia omnino sanitatem ⁊ prin
cipium sanitatis expellit. sed peccatum quod ex pri
maria temptatione subsecutum est totam naturam
humanaz infecit. videtur igit̄ ꝙ fuerit morbus incu
rabilis. Item adam anteq̄ peccaret non solū ha
buit naturalia. sed etiam gratuita. sicut ostēditur in
fra. ⁊ hoc innuit glo. Luce. x. vbi dicit ꝙ homo vulne
ratus fuit in naturalibus. et expoliatus gratuitis. an
gelus vō non habuit gratuita sed soluz naturalia. si
cut ostensum fuit supra. ergo maiorem corruptionez
fecit peccatum hominis in homine q̄ peccatum an
geli in angelo. sed peccatum quod magis corrumpit
minus est aptum sanari. ergo si peccatum angeli fu
it irremediabile. multo fortius peccatum hominis.

Sed contra. Penitentia est via ad veniam. s. pri
mus parens postq̄ peccauit. potuit penitere. qd̄ pꝫ.
quia doluit ⁊ penituit. ergo potuit veniam ⁊ miseri
cordiam inuenire. s. peccatum eius fuit remissibile.

Item dignum est ꝙ qui ab alio deijcitur ab alio
adiuuetur. sed homo cum peccauit alio temptante
deiectus est. ergo debuit ipsum habere presidiū et ad
iutorium ad resurgendum. sed illo habito peccatum
hominis est remissibile. s. ⁊c. Itēȝ peccatum ꝑmi
hominis totam naturā humanā infecit. s. si irremis
sibile fuisset. tota humana natura damnata fuisset. s.
diuina ꝓuidentia ⁊ dispositio q̄ hominē fecerat ꝓpt̄
beatitudinem fuisset frustrata. ⁊ ita esset vana.

Item non est maioris stabilitatis culpa q̄ gratia.
nec demeritum q̄ meritum. ergo si culpa ade fuisset irre
missibilis. gratia precedens fuisset inamissibilis. ergo
si gratiam potuit amittere. pari ratione potuit a cul
pa resurgere. Questio est igitur propter quid remissibile
45 fuit peccatum humanū. nō angelicum? Rº. dōm
ꝙ primū peccatum hominis qd̄ ex temptatione dya
boli subsecutū est remissibile fuit. Et si queratur ratio
huius. dōm ꝙ ex tribus rationibus. vna potest ra
tio sufficiens colligi. Remissibile nanqz fuit peccatū
primi hominis. quia erat in carne mortalis. in volū
tate vertibilis. in transgressione excusabilis. Carnis
mortalitas faciebat remissibilitatem. potuit enim di
uina iusticia seueritatē et equitatem sui iudicij in ho
mine exercere preter eternam damnationē in hoc ꝙ
hominem peccatorem morti tradidit. et hominis in
nocentis mortē pro satisfactione suscepit. vt sic exerce
retur in homine seueritatis vindicta pro culpa perpetra
ta. vt quēadmodum homo voluntarie peccando de
um deseruerat. et seipm̄ morte culpe occiderat. sic spi
ritus inuitus desereret corpus. et mors exigatur in pe
na. sicut commissa fuerat in culpa. Angelus autem [illegible]
naturam immortalis erat. nec mori poterat nisi mor
te eterna. non enim erat alia via exercendi in ipsum
iusticie seueritatem. nisi per mortē damnationis eter
ne. et sic carnis mortalitas multū facit ad hoc ꝙ pec
catum hominis esset remissibile. Voluntatis vertibi
litas ad hoc nihilominus faciebat. quia enim homo cō
ditus est in vertibilitate arbitrij que non tm̄ debebat
esse in eo ad momentum sed etiam ad tēpus diutur
num. quia longo tempore debebat esse viator. hinc ē ꝙ
sicut gratia adueniens eius volūtati nō abstulit ver
tibilitatem ad malum. sic culpa superueniens nō abstu
lit potentiā reuertendi ad bonum. et sicut potuit trās
gredi ita potuit conteri. et sicut [illegible] culpam peruenit ad
iram diuinam. sic per penitentiam rediit ad gratiam.
Hoc aūt angelus nō habuit. sicut ostensum fuit su
pra dist. vij. propter breuitatē spacij merendi postq̄ vo
luntas eius vertibilitatem habere non poterat. sicut
ibidem ostensum est. Excusabilitas etiā in culpa fa
ciebat ad peccati hominis remissibilitatē. Quia cū
alio suggerente cecidit. dignum fuit per alium suble
uari. et ideo competebat sibi mediatorē habere. et q̄a
lapsus nō potest resurgere sine manu subleuante. et
inimicus nō potest reconciliari sine mediatore inter
ueniente. hinc est ꝙ peccatum hominis fuit remissi
bile. non peccatū angeli. quia homo per alium cecidit.
alium debuit habere adiutorem et releuatorem. ange
lus vero non. quia cecidit per semetipsum. et hec est ra
tio quam magister reddit in litera. Et sic patet ꝙ tri
plex est ratio quare peccatum hominis remissibile fu
it. et iste tres concurrentes reddunt vnam rationem
integram. Inter has tamen precipua est ratio q̄ me
dio loco posita est. s. vertibilitas voluntatis post la
psum. per quam homo susceptibilis erat penitentie.
mediante qua ad veniā poterat peruenire. Conceden
de sunt igitur rationes ostendētes pctm̄ hois qd̄ ex pri
46 ma temptatione secutū est fuisse remissibile. Ad
illud quod obijcitur ꝙ cecidit de nobilissimo statu. dō.
ꝙ q̄uis homo esset in statu sublimi. nō tm̄ sic dicitur de
sublimissimo statu cecidisse sicut angelus. Angelus
enī proximus erat glorie. adeo ꝙ vno solo motu con
uersionis ad deum poterat effici gloriosus. non sic fu
47 it de homine. et ideo non est simile. Ad illud quod
obijcitur ꝙ homo nullam habuit inclinationem. dōm
ꝙ etsi nō habuit inclinatiuum interius. habuit ta
men impulsiuū exterius. ratōne cuius aliquo modo
fuit pctm̄ eius excusabile. esto [illegible] ꝙ excusabile nō eēt
[illegible] se. nihilominus excusabile factū est qn̄ homo ince
pit de sua transgressione dolere. Ad illud qd̄ obr ꝙ 48
tota nā ē corrupta. dō. ꝙ et si corrupta sit tota q̄tum
ad totā posteritatē que seminaliter ex adā procedit. nihi
lominus tm̄ remansit ipsi ade semen in quo benedi
cte sunt omnes gentes. i. xp̄s in quo nulla fuit corru
ptio. immo mēbrū sanissimū fuit. et ideo sua cauteri
zatione cetera mēbra a fece peccati curauit. Reman
sit etiam in homine aliqua naturalis rectitudo. vtpo
te sinderisis que nō fuit in eo extincta. qua mouente
et instigante. potuit peccatū detestari. et detestādo ad
deū reuerti. et reuertēdo curari. Ad illud qd̄ obr ꝙ 49
hō hūit naturalia et gratuita qn̄ peccauit. Dōm ꝙ et
si aliquod donū amiserit in peccando qd̄ lucifer non
perdidit. quia non habuit. tamen rectitudo non est
adeo obliquata in homine sicut fuit in dyabolo. et nō
tam improbe et ptinaciter adhesit ei quod appetijt si
cut angelus qui nullum habuit retardatiuū.

Questio .iij.

Utrum peccatum quod ex illa temptatione subsecu
tum est. fuerit grauissimū oim̄ peccatorum? Et ꝙ sic vi
detur. Aug. xiiij. de ciui. dei. Magna fuit in peccādo in
iquitas. vbi tanta fuit in nō peccando facilitas. Ex q̄
verbo elicitur tale argumentū. Ubi maior est ad obe
diendum facilitas. ibi maior est culpa in contemnēdo.
sed primo homini obedire fuit facilimū. ergo in trās
gressione illa fuit peccatum maximū. Item Aug.
ibidem. obedientia secundi hominis eo est predicabi
lior quo factus est obediens vsqz ad mortē. Ex q̄ ver
bo potest elici tale argumentū. sicut qui est obediens
vsqz ad mortē habet maximū meritum in obediēdo
et est maxime laudabilis sicut fuit filius dei. sic qui sic
est inobediens vt etiam nō desistat propter timorē mor
tis maxime culpabilis est et vituperabilis. sed talis
fuit inobedientia primorū parentum qui cōminati
one mortis nō timuerūt transgredi diuinū manda
tū. ergo vr̄ ꝙ illud pctm̄ fuerit maximū. Itē tāto gra
uius est pctm̄ q̄to magis corrūpit. quia peccatū est cor
ruptio modi. speciei. et ordinis. sed peccatum primo
rum parentū fuit maxime corruptiuū. quia non solum
ipsos corrupit. sed etiā totum genus humanū. ergo fuit
oim̄ pctōrum maximū. Itē tanto grauius est pctm̄ q̄
to maior pena punitur per iustū dei iudiciū. sed peccatū
primorum parentū fuit pena mortis et exhereditatiōis
in se et in suis posteris. et hec maxima est oim̄ penarum.
ergo illud peccatū fuit maximū. Sed cōtra. Mi
nus est pctm̄ remissibile q̄ irremissibile. sed peccatum
illud fuit remissibile. vt supra probatum est. multa
aūt peccata sunt irremissibilia. ergo etc. Item gra
uius ē pctm̄ qd̄ nullo mō ē excusabile q̄ qd̄ aliquā hꝫ
excusationē. sed pctm̄ parentū primorum aliquā habet
excusationē in hoc ꝙ factum est ad alienam instigati
onem. peccatū autē in spiritumsanctum colorem excu
sationis nō habet. ergo pctm̄ illud nō fuit pctm̄ gra
uissimū. Item tanto grauius est pctm̄ q̄to ex ma
iori libidine procedit. sed in primis parentibus regnauit
minime libido et voluntatis improbitas. cum eorum
natura esset munda et salua. ergo videtur ꝙ illa transgres
sio ex inobedientia non fuerit maxima. Item gra
uius est peccatū qd̄ est contra naturā et rōnē et institutōem

diuinam q̄ quod solum est contra diuinum mandatum. sed peccatum primorum parentū quod ex illa temptatione secutum est nec fuit omnino contra naturā nec ꝯtra rationem. sed solum ꝯtra diuinaz institutionē. naz nec natura nec ratio p se dicebat de illo ligno non esse edendū. multa autē sunt peccata que sunt contra naturā ⁊ rationē ⁊ institutionē diuinaz. que nos appellamus peccata contra naturam. ergo non videt̄ q illa primoꝝ parentū transgressio omni
50 um peccatoꝝ fuerit maxima. R̄. dōm q cū multis modis possit dici peccatū vnum grauius ⁊ maius altero. ad presens tamen attendendū est q trib⁹ modis dicit̄ vnū peccatū esse grauius altero. Aut ꝓpter maiorem libidinē. aut ꝓpter maiorē ingratitudinez. aut ꝓpter maiorē corruptionē. Si p̄mo modo loquamur. sic peccatum illud nec fuit maximum simpliciter. nec maximū omniū peccatoꝝ. ex maiori eñ libidine dyabolus peccauit. et etiā multi filij adā ex maiori libidine peccant q̄ peccauerit prim⁹ parens. Si vō secundo modo dicatur peccatū maius. s. q̄tū ad ingratitudinē. sic peccatum ade nō fuit maximū simpliciter. maximum tamen fuit omniū humanorum. Maximū namqꝫ simpliciter non fuit. quia dyabolus ex maiori ingratitudine peccauit. cuz plura bona in sua creatione perceperit. ⁊ de sublimiori statu lapsus fuerit. fuit tamen maximū omniū humanoꝝ. quia in nobiliori statu ⁊ altiori erat q̄ aliquis posteroꝝ suorū qui lapsus fuerit in peccatū. et ideo maxime iudicatur fuisse ingratus. Si aūt dicat̄ tercio mō peccatū maius altero ratione maioris lesionis. sic quodāmodo fuit maximū omniū ⁊ quodāmodo nō. Maior eñ lesio dupliciter potest intelligi et esse. s. intensiue. ⁊ extensiue. 51
Intensiue loquēdo peccatū ade nō fuit maxime lesionis. quia nō adeo deprauauit volūtatē suā sicut multa peccata deprauāt. Extensiue vō loquendo peccatū illud maxime lesionis fuit. qꝛ nullum peccatū est quod tot ꝑsonis nocuerit. ⁊ in tot ꝑtranseat. sicut illud peccatū quod ꝑpetratū fuit ex tēptatiōe primaria. ⁊ ita quodāmodo fuit grauissimū. quodāmodo non. Ex hoc patet responsio ad rationes ad vtranqꝫ partem adductas. vtreqꝫ eñ ꝯm diuersas vias verum concludunt. sicut aspicienti satis planum est.

Distinctio. xxij. de hominis transgressione.

b Hic videt̄ diligenter inuestigandum ⁊c. Supra egit magister de lapsu hominis in cōparatiōe ad dyabolum temptantem. in hac vō parte agit q̄tū ad hominē transgredientē. Diuidit̄ aūt pars ista in duas partes. In prima determinat de peccato primoꝝ parentū q̄tum ad genus. In secunda vō q̄tum ad radicē. vtrū. s. fuerit ex industria. an ex ignorātia. ibi. His aūt oppōi solet hoc modo. Prima pars habz tres. In prima determinat de genere primi peccati generaliter. In secunda vō de genere peccati viri ⁊ mulieris specialiter. ibi. Et talis quidem elatio in mente mulieris. In tercia vō determīat quis eoꝝ peccauerit magis grauiter. ibi. Ex quo manifeste animaduerti potest ⁊c. Quelibet aūt harum partium diuidi pōt in duas. Nam in qualibet primo determinat veritatem. In secunda remouet dubitationem. Scd̄a vō pars principalis in qua determinat de peccato q̄tum ad radicē diuidit̄ in tres partes. In prima inquirit vtrum peccatum illud ex ignorantia ꝓcesserit et p illam excusari habeat. In secunda vō querit vnde processerit p̄mi peccati malicia. ibi. Solet etiam queri cum sine vicio esset natura ⁊c. In tercia vō inquirit cū peccatum illud fuerit a voluntate. vtrum primo ante voluerit q̄z peccauerit. ibi. Si vō querit̄ vtrum voluntas peccatuz illud precesserit ⁊c. Subdiuisiones partium ⁊ intellectus satis apparet. primo eñ magister determinat de ipsa culpa p̄moꝝ parentum in se. scd̄o vō ꝓut compari habet ad radicem ignorantie.

XXII

Opinio quorūdaz qui dicunt elationē p̄cessisse in aīo hoīs.

Determinat veritatē de genere primi pct̄i generalit̄. a

Hic videt̄ diligēter inuestigādum eē q̄ fuerit origo ⁊ radix illi⁹ pct̄i.

b Quidā putāt quādā elationē in aīo hoīs p̄cessisse. ex q̄ dyaboli suggestiōi ꝯsensit. Qđ videt̄ aug. innuē sup geñ. ita inq̄ens. Nō ē putādū q hō deijceret̄ nisi p̄cessisset in eo q̄dā elatio cōpmēda. vt p humilitatē pct̄i sciret q̄z falso de se ꝓsūpserit. ⁊ q nō bñ se hz natura si a faciēte recesserit. Itez in eodē. Quō v̄bis tēptatoris credēt mulier deū se a re bona ⁊ vtili ꝓhibuisse. nisi inesset ei⁹ mēti amor ille ꝓprie ptātis. ⁊ de se supba p̄sūptio. q̄ p temptationē fuerat ꝯuincēda aut pimēda. Deniqꝫ nō ꝯtēta suasiōe ꝑp̄tis aspexit lignū bonū esū. decoꝝ aspectu. nec credēs se inde posse mori. forte putauit deū alicui⁹ cā significatiōis illa dixisse iō māducauit. ⁊ dedit viro suo fortassis cū aliq̄ suasiōe quā sc̄ptura intelligēdā reliq̄t. vel forte nō fuit suaderi nece cū eā mortuā eē illo cibo nō videret vir. Sicut ḡ nō est p̄missus dyabolus tēptare feminā nisi p serpētē. ita nec virū nisi p feminā. vt sicut p̄ceptum dei p virū venit ad mlierē. ita dyaboli tēptatō p mlierē trāsiret ad virū. In muliere vō q̄ rōnal̄ erat nō ip̄e ē locut⁹ vt i serpēte. ſ ꝑsuasio ei⁹. q̄uis instīctū adiuuaret interi⁹ qđ p serpētē gerebat exteri⁹. Ex p̄dictis tēptatōis modus atqꝫ ꝓgressus insinuat̄. necnō etiā qđ p̄diximus innui videt̄. s. q tēptationē precesserat aliqua elatio ⁊ p̄sumptio in mēte hominis.

Aug. sup gene. Qr aliter locutus est dyabolus in muliere q̄ in serpente.

Remouet dubitationē an elatō p̄cesserit in mente hoīs. b

Qz si ita fuit. non ergo alterius suggestione prius peccauit. cum autoritas tradat ideo peccatum dyaboli incurabile esse. quia nō suggestiōe

sed propria superbia cecidit. hominis vero curabile. quia nō per se sed ꝑ aliū cecidit. ⁊ ideo per alium resurgere potuit. Quocirca predicta verba Aug. pium ac diligentem lectorem efflagitāt. que sic intelligere sane quimus. Nō deijceret homo in actum illius peccati. vt scʒ lignum vetitū ederet. ⁊ in has miserias per temptationem dyaboli. nisi elatio comprimenda p̄cessisset. non vtiqȝ temptationem sed opus peccati. Talis enī fuit ordinis ꝓcessus. Dyabolus temptando dixit. Si comederitis eritis sicut dij scientes bonū et malum. quo audito statim menti mulieris surrepsit elatio quedam ⁊ amor proprie potestatis. ex quo placuit ei facere qđ dyabolus suadebat ⁊ vtiqȝ fecit. Suggestione igit̃ peccauit. q2 temptatio p̄cessit. ex qua in mente eius orta ē elatio quā peccatum opis secutum est ⁊ pena peccati.

Quomodo intelligenda sint illa verba ꝗ dixit.

Vide temptationis ordinem.

Determinat veritatem de genere pctī viri et mulieris spāliter.

Et talis quidem elatio in mente mulieris fuit ꝓ certo qua credidit ⁊ voluit habere similitudinem dei cum equalitate quadam. putans esse veruʒ quod dyabolus dicebat. Et ideo specialiter mulierem cōmemorat Aug. inquiēs Quomodo crederet mulier dyabolo nisi eēt in mente eius superba presumptio. Et quod ibi sequitur. scʒ que temptationē fuerat cōuincēda vel perimenda. ad mulierem referendum est. vt intelligat̃ que mulier non elatio fuerat ꝑ temptationem ⁊c.

Que fuit datō mulieris.

Remouet dubitationem que fuit elatio viri. an crediderit vel voluerit quod mulier.

Solet queri vtrum illa talis elatio ⁊ amor ꝓprie potestatis in viro fuerit sicut in muliere? Ad quod dicimus. quia adā non fuit seductus eo modo quo mulier. non enim putauit esse verum quod dyabolus suggerebat. in eo tamen fuisse seductus credi potest ꝙ commissum veniale putauerit quod ꝑem ptorium erat. Sed nec prior seductus fuit. nec in eo in quo mulier. vt credēt deum illud lignū ideo tangere ꝓhibuisse. quoniam si tangerent fierent sicut dij. Veruntamen p̄uaricator fuit adam vt testat̃ apl's. Poterat enī aliq̄ elatio menti eius inesse ilico post temptationem ex qua voluit lignum vetitum experiri. cum mulierem nō videret mortuam esca illa ꝑcepta. Vn̄ Aug. sup Gen. Cum apostolus adam preuaricatorem fuisse ostendit dicens. In similitudinem preuaricatiōis ade. seductū tamen negat vbi ait. Adam non est seductus sed mulier. Unde ⁊ interrogatus nō ait. mlier seduxit me. sed dedit mihi ⁊ comedi. Mulier vero dixit. Serpens seduxit me. Hanc aūt seductionem ꝓprie vocauit apl's ꝑ quā id quod suadebat̃ cū falsum eēt verum putatum est. s. ꝙ deus lignū illud ideo tangere ꝓhibuerit. quia sciebat eos si tetigissent sicut futuros deos. tanq̄ eis diuinitatē inuideret. qui eos homies fecerat. Sed et si virū ꝓpter aliquam mentis elationem que deū latere nō poterat sollicitauit aliqua experiendi cupiditas. cū mulieres videret accepta illa esca nō esse mortuā. nec tamen eū arbitror (si iā spūali mente preditus erat) vllo mō credidisse quod dyabolus suggerebat.

Qr adaʒ nō fuit seduct⁹ sicut mulier. s. vt crederet veruʒ qđ dyabol⁹ suadebat. ⁊ tamen in aliquo fuit seductus. s. vt veniale putaret peccatū. Auctē ꝓfirmat qđ dixerat.

Quā apl's vocauerit seductionē qua mlier seducta est non vir.

Determinat veritatē quis eoꝝ peccauerit magis grauiter.

Ex quo manifeste animaduerti pōt. q̄s eoꝝ plus peccauerit. adā. s. vel eua? Plus enī videt̃ peccasse mulier que voluit vsurpare diuinitatis equalitatē ⁊ nimia p̄sumptione elata credidit ita esse futurum. Adā vero nec illud credidit. ⁊ de pnīa ⁊ dei misericordia cogitauit. dū vxori morē gerēs eius psuasioni consensit. nolens eam contristari ⁊ a se alienatam relinquere ne periret. arbitratus illud esse veniale non mortale delictum. Unde Aug. Apostolus ait. adam non est seductus. Qđ vtiqȝ ita accipi potest. vt intelligat̃ nō esse seductus prior. s. vt in eo in quo mulier. vt. s. crederet illud eē verum. eritis sicut dij. sed putauit vtrunqȝ posse fieri. vt vxori morē gereret. ⁊ ꝑ penitētiam veniam haberet. Min⁹ ꝗ peccauit q̄ de penitentia ⁊ dei misericordia cogitauit Postq̄ enim mulier seducta manducauit eiqȝ dedit vt simul ederent. noluit eam contristari quam credebat sine suo solatio contabescere. et a se

Aug. sup Gen. j. Thim. ij.

alienatam omnino interire. Non quidem carnali victus concupiscẽtia quaz nondum senserat. sed amicabili quadam beniuolentia. qua plerũqz fit vt offendatur deus. ne offendat amicus. quod eum facere non debuisse diuie sententie iustus exitus indicauit. Ergo alio quodã mõ ipe etiã decept⁹ est. Inexpertus eñ diuine seueritatis in eo falli potuit. vt veniale crederet esse cõmissum. sed dolo illo serpentino quo mulier seducta est nullo modo arbitror illuz potuisse seduci. Ex his datur intelligi q mulier plus peccauerit. in qua maioris tumoris presumptio fuit. que etiam in se τ in proximum τ in deuz peccauit. vir aũt tm̃ et in se τ in deum. Inde etiam colligit q mulier plus peccauerit. qz grauius punita est. cui dictum fuit. In dolore paries filios τc.

In q adã est decept⁹ τ in quo non.

Ex pena etiam pl⁹ peccasse pbat mulier.

Remouet dubitationem ortam ex verbis aug. q bus pdicte sententie aduersari videt. f

Sed huic videtur ptrarium quod aug. sup geñ. de viro τ muliere peccatũ suum excusantib⁹ ait. Dixit adaz mulier quam dedisti mihi dedit mihi de ligno τ comedi. non dicit peccaui. Supbia enim habet pfusiõis deformitatem. non cõfessionis humilitatem. Nec etiam mulier cõfitet pctm̃. sed refert in alterũ dicẽs. Serpẽs decepit me τ comedi. in impari sexu. sed pari fastu. Ecce hic dicit Aug. qz parem fastum habuit mulier cum viro. pariter ergo supbierunt τ pariter peccauerunt.

Geñ. iij.

Sed hoc ita determinari potest vt dicamus parez vtriusqz fuisse fastum in excusatiõe peccati. τ etiam in esu ligni vetiti. sed disparem τ in muliere multo maiorem in eo q credidit τ voluit esse sicut deus. quod non vir. Verũtamen τ de viro legit q voluit esse sicut deus. Dicit eñ Aug. super illũ locum psalmi. Que non rapui tunc exoluebam. Rapuit adam τ eua psumens vt dyabolus de diuinitate. rapere voluerunt diuinitatẽ τ perdiderunt felicitatem. Itẽ sup illum locum. Deus quis similis tibi. Qui se vult esse vt de⁹. puerse vult esse similis deo. vt dyabolus q noluit subesse. τ homo qui vt seruus noluit teneri precepto. sed voluit vt nullo sibi dominante esset quasi deus. Item sup illũ eple locum. Non rapinam arbitratus est se eẽ equalẽ deo. qz nõ vsurpauit qd suum nõ esset. vt dyabol⁹ τ prim⁹ homo. Ideo quibusdam videt q etiam adam ambierit esse sicut deus. nõ tamen credidit id fieri posse. τ iõ falsuz esse quod dyabolus promittebat cognouit. Et licz diuinitatis equalitatem pcupierit. non tamẽ adeo exarsit. nec tanta ẽ affectus ambitione sicut mulier q illud fieri posse putauit. τ ideo magis illud ambiẽdo supbiuit. Virum aũt aliq forte ambitiõis subreptio mouit. sed nõ ita vt illud verũ vel possibile fore putaret. Alijs autẽ videtur ideo dictum eẽ q adam illud voluerit. quia mulier de eo sumpta illud voluit. sicut inquiunt. Peccatum dicitur p vnũ hominẽ intrasse in mundum. id est in humanam naturam. cum tamen mulier ante virum peccauerit. quia mulierem intrauerit de viro factaz. Vel potius ideo p hominez dicitur intrasse. quia etiam peccante muliere a si vir non peccassz. humanum genus minime peccatis corruptuz piret. Minus g peccauit vir q mulier.

Determinatio pdicte auctis.

De viro etiam legit q voluerit esse sicut de⁹

Ps. lxviij.

Ps. lxxxij.

Philip. ij.

Quorundam sentẽtia q adã ambierit eẽ vt deus sed nõ credidit possibile.

Alioꝝ sentẽtia q pter Euam de viro sumptã id dictũ putãt.

Per similitudinem ostendit.

a Si vir nõ peccasset. humanum genus minime peccatis corruptũ periret. Cont. ita ptrahit homo massam carnis a muliere sicut a viro τ mag. si ergo originale peccatum contrahimus ex corruptione masse dãnate. ita ptraheret originale peccatũ ex corruptione mulieris sicut ex corruptione viri. Re⁹. dõm q qz principale principiuz pagatiõis residet penes virum. potestas suãdi iusticiam maxime penes virũ residebat. et deus hanc viro seruandaz commiserat. τ ideo si vir nõ peccasset. posteri originali iusticia non carerent. Ad illud ergo qd obijcitur de muliere. respõdet dupliciter. vel q homo tunc ex parte mulieris contraheret corruptionẽ penalitatis. non corruptionem feditatis que pncipaliter habet ortuz ex parte viri. vel certe quod probabilius videt. vir mulieri cõmixtus amplius nõ cẽt. sic cũ deus aliam nouaz formasset. hoc saluo q sententia damnatiõis mortis τ corruptionis permansisset in ea.

2 b Tribus modis vt Isidorus ait pctm̄ geritur.sc3 ꝛc. Contra. Beda dicit ꝙ quatuor sunt nobis inflicta ꝑpter primū pctm̄.vic3.infirmitas.ignorantia.malicia.ꝛ concupiscētia.ꝙ cū omnia ista sint peccatoꝝ princi‑pia.videꝝ diuisio Isido.insufficiens eē que ponit tm̄ tria membra. Ite3 sicut ignorantie opponiꝝ industria. ita infirmitati opponiꝝ potentia.ꝙ sicut poniꝝ aliud genus peccati esse ex ignorātia.ꝛ aliud esse ex industria. similiter deberet aliud poni ex infirmitate.aliud ex potētia. Rº.dōm ꝙ ista diuisio peccati accipiꝝ penes cor‑ruptionem virium anime.ita ꝙ ignorantia respicit rationalem.infirmitas irascibilem.ꝛ malicia respicit con‑cupiscibilem.ꝛ vocaꝝ hic idem peccatu3 ex īdustria ꝛ ex malicia. cū oīs vires mo‑tiue sub his tribus cō‑ꝓhendi pn̄t.omne pec‑catum qḋ fit in statu nāc lapse ad ista tria genera habet reduci. Ad illud vō quod ob‑ijcitur de concupiscen‑tia.dōm ꝙ illud mē‑brum nō distinguit ꝯ alia:qꝛ sicut idem Be‑da dicit.concupiscen‑tia ex omnibus his ē contracta. ꝛ ideo pe‑nes concupiscentiam non sumiꝝ aliqua dif‑ferentia.cum oīa pec‑cata ꝑcedant ab ipsa Sicut enim dicit Au‑gust.dum lex prohib3 cōcupiscentiam. pro‑hibet omne malum. Ad illud quod obijci‑tur ꝙ potentia oppo‑nitur infirmitati sicut industria ignorantie. Dōm ꝙ industria nō stat ibi ꝑ malicia quā ꝯcomitaꝝ scīa. Qua‑re aūt peccatū ex mali‑cia dicaꝝ ex industria infra patebit.cu3 age‑tur de peccato in spm̄ sanctum.

Inquirit vtrū pctm̄ illud ex ignorantia ꝑcesserit.ꝛ an per eam habeat excusari.

g His aūt opponi solet hoc modo. b Tribus modis(vt Isidorus ait)pctm̄ geriꝝ.s.ignorātia.infirmitate.idu‑stria.Et grauius est infirmitate peccare ꝙ̄ ignorātia. grauiusq3 industria ꝙ̄ infirmitate. Eua aūt videꝝ ex ignorātia peccasse.qꝛ seducta fuit. Adam vō ex indu‑stria.qꝛ nō fuit seductꝰ. vt apl's ait. Ad quod dicimꝰ qꝛ licet eua in hoc ꝑ ignorantiam deliquerit ꝙ putauit verū esse qḋ dyabolus suadebat. nō tm̄ in h' qn noue‑rit illud dei eē mandatū ꝛ pctm̄ esse ꝯtra agere. Et iō excusari a pctō ignorātiā nō potuit. c Est eīm igno‑rantia que excusat peccantē.et est ignorātia talis que nō excusat.Est aūt ignorantia vincibilis. ꝛ ignorātia inuincibilis.Excusatio oīs tolliꝝ. vbi mandatum nō ignoraꝝ.Est aūt ignorātia triplex.ꝛ eoꝝ.s. q̄ scire no‑lunt cū possint.que nō excusat.qꝛ ꝛ ipsa pctm̄ ē.Et co‑rū qui volūt.ꝭ nō possunt.que excusat.ꝛ est pena pcti nō pctm̄.Et coꝝ q̄ quasi simpliciter nesciūt nō renuē‑tes vel ꝓponentes scire.que neminē plene excusat. s3 sic fortasse vt minus puniaꝝ. Vn̄ Aug.ad valentinū. Eis auferꝝ excusatio q̄ mandata dei nouerūt quā so‑lent habere hoīes de ignorantia.Et lic3 grauiꝰ sit pec‑care scienter ꝙ̄ nescienter. d nō ideo tm̄ ꝯfugiendum est ad ignorantie tenebras.vt in eis quisꝙ̄ excusationem reqrat.Aliud est eīm nescisse.aliud scire noluisse.quia i eis q̄ intelligere noluerunt.ipsa ignorantia pctm̄ est. in eis vō q̄ nō potuerunt. pena pcti. Ignorātia vō q̄ nō est eoꝝ q̄ scire nolūt.ꝭ q̄ tanꝙ̄ simplr nesciūt. nullū sic excusat. vt eterno igne nō ardeat.sed fortasse vt minꝰ

b

c

Triplex ē ignorantia ꝛ q̄ excusat.

Ubi non fit ex‑cusatio.

3 c Est autem ignorantia ꝛc. Innuit magister ꝙ ignorantia eorum qui scire nolunt dum possint nō excusat. Contra.quia sicut dicit phs omnes homines naturaliter scire desiderant.sed quod naturale est nullo modo assuescit in contrarium.ergo videtur ꝙ nullus homo scientiam respuat. Item sic se habet scientia ad intelle‑ctum sicut se habet pax ad affectum.sed quia pax est ꝑfectio affectus.nullus est qui nō appetat pacem.sicut dicit Aug.ꝑpter pacem enim bellant omnes quicunꝙ bellant.ergo videtur similiter ꝙ nullus scientiam re‑spuat. Rº.dōm ꝙ sicut contingit aliquid nosse in vniuersali ꝛ ignorare in particulari.sic contingit aliqd ap‑petere in vniuersali.ꝛ tamē contemnere in particulari.Et hoc patet.omnis homo appetit beatitudinem.illā tamen beatitudinem quam christiani expectant multi sunt qui aspernantur et recusant.et primus quidē ap‑petitus est a voluntate naturali.secundus est a voluntate electiua.ꝛ per hunc modum est ꝛ in ꝓposito. Et si omnes homines natura scire desiderent ꝛ velint esse scientes.scientiam tamen mandatoru3 dei plurimi asp‑nantur.Et sic patet responsio ad illa duo obiecta.nam scientiam recusare hoc non est nature sed voluntatis electiue. Et sic etiā ꝛ si pacē in vniuersali nullus recuset.tamen hunc modum pacis vel illum multi refugiūt et ideo confugiunt ad bellum.

4 d Non ideo tamen confugiendum est ad ignorantie tenebras. Contra.cum ignorantia sit pura priuatio.ꝛ nihil appetaꝝ nisi sub ratione boni ꝛ vtilis.videꝝ ꝙ ignorantia non possit affectari vel ad eam confugi. Pre‑terea nihil amatur nisi cognitum.sed ignorantie tenebre non cognoscunꝝ.ergo videꝝ ꝙ ad eas nullus confu‑giat. Rº.dōm ꝙ quedā appetunꝝ ꝑpꝝ aliqd appetibile ꝛ delectabile qḋ habent in se sicut bona spiritualia et corporalia. Quedam appetuntur ꝑpter bonum quod ad ea consequitur et ex ipsis eliciꝝ.sicut aliquis appe‑tit angustias ꝛ tribulationes.ex quibus ꝑuenit homo ad perfectionem in merito premio. Quedam appe‑

tuntur ꝓpter cōparatōem maioris mali. sicut aliquis ne capiatur ꝓijcit se de alto. ⁊ illud ꝓprie nō est appe-tere. sed ad ipm cōfugere. ⁊ per hūc modū intelligēdum est esse in ꝓposito. quia cū homo timet deprehendi ī scelere. ideo fugit lucē. n̄ eñ venit ad lucē ne arguāt opera eius. Et qꝛ nō cōtingit fugere lucē nisi in tenebris ⁊ ꝑ tenebras. ido ocul⁹ adulteri obseruat caliginē. ⁊ qui vult male facē. diuinorū mādatorū reqrit ignorātia. nō quia illam ꝓpter se apppetat. sed quia refugit sceleris deprehēsionē ⁊ amat delectatōem quā amat in sceleris perpetratione. 5

ardeat. Non igitur mulier excusatōem habuit d̄ ignorantia. cū ⁊ mandatū nouerit. ⁊ peccatū esse secus agere non ignorauerit.

Querit̄ vnde ꝓcesserit primi pcti malicia cū natura hominis esset incorrupta. h

Solet etiā q̄ri cū sine vicio esset natura hominis. vnde cōsēsus mali ꝓcesserit? Ad quod respōderi potest. quia ex libero arbitrio ꝓprie volūtatis fuit. [e] In ipso eñ. ⁊ in alio causa extitit vt fieret deterior. In alio. qꝛ in dyabolo qui suasit. In ipo. quia volūtate liberi arbitrij consēsit. ⁊ cū liberū arbitriū sit bonum. ex re vtiq̄ȝ bona malus ille consēsus ꝓuenit. ⁊ ita ex bono malū manauit. De hoc aūt in sequēti plenius tractabim⁹ cū origo mali ⁊ in qua re coalescat inuestigabit̄.

Inquirit an volūtas ꝑcesserit illō peccatū. i

Si vero querit̄ vtrū voluntas illud peccatū ꝑcesserit. Dicimus quia peccatū illud ⁊ in volūtate ⁊ in actu cōsistit: ⁊ volūtas actū precessit. sed ipam volūtatē aliā hominis volūtas mala nō precessit. atq̄ȝ ex dyaboli ꝑsuasione ⁊ hominis arbitrio illa voluntas mala prodit. qua iusticiam deseruit ⁊ iniquitatem inchoauit. et ipa volūtas iniquitas fuit.

e In ipo eñ ⁊ i alio cā extitit vt fierꝫ deterior. Contra. sic videt̄ q̄ homo non peccasset nisi dyabolus fuisset. ⁊ hoc videt̄ falsū. quia homo habebat li. arbi. vertibile. ergo circūscripta oī tēptatōe dyaboli. in malū poterat cōsentire. ac per hoc peccare. Itē Aug. ꝓbat q̄ alio auctore nullus potest fieri deterior in ꝑncipio lxxxiij. q. qꝛ nec a minori. nec a pari. nec a superiori. Minor enim non potest. par equali non preualet. superior non vult. qꝛ nihil est superius bono nisi bonum. ⁊ bonū nō vult bonum deteriorare. R° dōm q̄ absq̄ȝ dubio nulla tēptatione pellente homo peccare poterat. sicut patet in lucifero qui peccauit sine impulsu alieno. qui etiam excellentior erat homine primo. magister autem loquitur supponendo modū peccandi ꝫm q̄ homo lapsus est. videlicet ad suggestiōem dyaboli. ⁊ ideo dicit q̄ in ipo homine ⁊ in dyabolo erat q̄ homo fieret deterior. sed ⁊ aliter ⁊ aliter. quia dyabolus solū erat cū inducens. ⁊ quasi adminiculās. sed homo fuit causa efficiens ⁊ consūmās. Et quia omne peccatū quod facimus q̄dammodo habet ortū a peccato primo, ꝓpter corruptōem que inoleuit per originalis trāsfusiōē. hinc est q̄ non solum primus parens deterioratus dicit̄ fuisse a dyabolo. immo etiā omne peccatū dicitur esse ab ipo. Unde Hiero. super hieremiā in originali dic. Quicquid peccamus. quicquid nocte ⁊ die malorum operū perpetramus. imperium est demonū. quia vel omne peccatū ꝓcedit ex suggestione demonū immediata. vl' ex illa suggestione demonū primaria. Et sic patet illud quod magister dicit in litera. Nec obstat illud Aug. qui intelligit de principali agente. volens ostendere q̄ corruptionis primarie nullus potuit esse ꝑncipalis actor. nec ipe homo.

a Ad intelligentiam huius partis circa duo incidit hic questio. Primo igitur queritur de culpa primorum parētum in se q̄ntum ad inordinatōem affectus. Secūdo vero queritur in comparatione ad ignorātiam intellectus. Et circa ꝑmū queruntur tria. Primo queritur quo genere peccati mulier peccauerit. Scd̄o vtrū quod mulier appetijt vir cōcupierit. Tercio vero queritur quis hoꝝ grauius peccauerit.

Questio. j. a

Circa quā sic ꝓceditur. ⁊ ostēditur q̄ mulier peccauerit peccato supbie. Ecci. x. Initiū oīs peccati supbia. Et iterū Ecci. xxv. A muliere initiū peccati. ergo mulier peccauit peccato supbie. Itē Aug. in li. de virgi. Dyabolus in celo voluit esse sicut deus. cadēs aūt ꝑsuasit homini similitudinē sue voluntatis. ergo si persuasit mulieri. ⁊ mulier ꝑsuadenti consēsit. peccauit igit̄ peccato superbie. Itē hoc videtur rōne Impossibile erat hoīē deordīari ī potētia supiori nisi p⁹ d̄ ordiaret̄ ī iferiori. ḡ n̄ poterat pri⁹ iordiate cōuerti ad bonū interi⁹ vl' exteri⁹ q̄ ꝯuerter̄ ad bonū īferi⁹. sed ꝯuerti iordinate ad bonū inferius h̄ est supbia. ḡ primū peccatū mulieris non potuit esse nisi superbia. Item mulier voluit mādūcare pomū. hoc non fuit ꝓpter famē vel appetitū delectādi in cibo. cū nulla esset in gustu eius deordinatio. igit̄ hoc fuit quia aliquid spēale ꝑ illius cibi cōmestionē intēdēbat. hoc aūt non erat nisi esse sicut deus quod dyabolus ꝓmiserat. ḡ ⁊c. Sed cōtra. videt̄ q̄ primū peccatū mulieris fuerit inobediētia. Primo quia hoc innuit text⁹ Geñ. iij. Quis indicauit tibi q̄ nud⁹ esses. nisi quia de ligno quo p̄ceperaꝫ tibi vt non cōmederes. comedisti. Scd̄o quia hoc confirmat Apl's Ro. v. Sicut ꝑ vnius inobediētiam peccatores cōstituti sūt multi ⁊c. Et iterū. ꝑ vni⁹ inobediētiā mors intrauit i mūdū. Postremo hoc expressius declarat Aug.

de vera relig. vbi ait. Adam ꝓpter trāsgressionē inobedientie de paradiso eiectus est. Si ergo primū peccatum hoīs fuit inobedientia, non ergo videt̄ ꝙ fuerit superbia. Itē ꝙ peccatū primū fuerit gula videt̄. primo ꝑ hoc quod innuit Gen̄.iij. Uidit igit̄ mulier lignū ꝙ esset ad vescēdum suaue. Scd̄o hoc confirmat euāgeliū. quia xp̄s primo fuit tēptat⁹ a dyabolo ꝯ gula. sic legit̄. iiij. Math. dic vt lapides isti ꝛc. ergo eo ordine tēptatōis tēptauit hoiem quo tēptauit cristū. sicut sancti dicūt. Postremo h̄ express⁹ declarat Ambro. in illo hymno. Quando pomi noxialis morte i mor. cor. si igit̄ peccatū primū fuit gula. ergo nō fuit sup̄bia. cū sint diuersa peccatoꝝ genera. ꝛ vnū et idē simul ꝛ semel in diuersis generibus esse n̄ possit. Itē videtur ꝙ primū peccatū mulieris fuerit auaricia. primo ꝑ textū Gen̄.iij. Eritis sicut dij scientes bo. ꝛ ma. hoc ꝓmisit dyabolus. ꝛ hoc primo eccidit in mulieris appetitū. ꝛ appetere multitudinē sciētie plus ꝙ͂ debet hoc est auaricie. sicut dicit Greg. Deinde hoc confirmat Apl's.j. Thimo. vlti. Radix oim maloꝝ est cupiditas. sed peccatū mulieris oim alioꝝ peccatoꝝ radix fuit. Postremo hoc ip̄m expsse declarat glo. sup illud ps. Que nō rapui ꝛc. vbi dicit ꝙ Eua voluit rapere diuinitatē. si ergo rapīa est peccatū auaricie. primū peccatū Eue fuit in genere auaricie. ergo n̄ in genē sup̄bie. Itē videt̄ ꝙ primū peccatū fuerit infidelitas. Primo quia hoc insinuat text⁹ Gen̄.iij. vbi dixit mulier. Ne forte moriamur. dubitauit igitur de verbo dei. si ergo dubitare ꝯ eo qđ debemus credere hoc est infidelitatis. peccatū infidelitatis primo cōmisit. Scd̄o hoc cōfirmat euāgelium luce.j. Beata q̄ credidisti. dictū est virgini Marie. ergo sal⁹ respōdet ꝑ oppositū preuaricationi. et h̄ incepit a fide Marie. videt̄ ꝙ illa inceperit ab infidelitate eue. Postremo hoc express⁹ declarat mgr̄. ꝛ habitū ē i distinctiōe p̄cedēti in ꝓgressu tēptatōis. vbi dic̄ ꝙ mulier cū dubitauit. ab affirmāte recessit et negāti appropinquauit. sed hoc non fuit sine culpa infidelitatis. igitur infidelitas fuit primū mulieris peccatū, non ergo primo peccauit peccato sup̄bie.

Si forte tu dicas ꝙ pluribus generibus peccatorū simul ꝛ semel peccauerit. hoc nō videtur possibile. cum simul ꝛ semel non possit se pluribus ꝯuersionibus ꝛ auersionibus deordinare. ꝛ q̄cquid de hoc sit. planū est ꝙ primū peccatū vni soli conuenire ꝑt. cū ꝑ suphabūdātiā dici habeat.

6 R° dd' ꝙ sicut innuit textus. ꝛ expresse dicit Apl's principale peccatum hominis quod lapsus est fuit inobediētia. ꝛ quod deriuatur mors in oēs posteros. Uerū ꝛ ad hoc dyabolus ip̄m inducere intendebat. quod patet per p̄ncipium sue interrogatōis. cur p̄cepit vobis deus ꝛc. Sed qm̄ nemo opatur ad malū aspiciēs. nec appetit malū nisi sub specie boni. ideo clare deprehendens dyabolus ꝙ non posset mulierem in peccatū precipitare. nisi ꝓponeret aliquod appetibile. illa in tēptādo ꝓposuit fallaciter. ad q̄ omnis hō ſm veritatem tēdit naturaliter. Naturaliter eīm omnis homo beatitudinē appetit q̄ est bonū copiosū ꝛ gloriosum ꝛ deliciosū. ideo ois hō naturalit̄ appetit excellētiam. ꝛ sufficiētiam. ꝛ leticiā. ꝛ in ordinato appetitu consistit iusticia. in inordinato v'o consistit culpa. Nam superbia non est aliud ꝙ͂ immoderatus appetitus excellentie. Auaricia non est aliud ꝙ͂ immoderatus appetitus sufficiētie. Gula non est aliud ꝙ͂ immoderatus appetitus cibi reficiētis suauiter. Considerans igitur dyabolus hāc esse viā ad precipitādā mulierem in culpā. primo ꝓmisit dignitatis excellētiam. Eritis sicut dij. Scd̄o subiūgitur cognitōis abūdātia. scientes bonū ꝛ malum. Postremo pretendit suauitatis experientiam. cū ostendit lignū pulchrū visu ꝛ ad vescēdū suaue. Qm̄ igit̄ mlier dyabolice suggestioni consensit. ideo primo in appetēdo esse sicut deus. fuit superbia. Deinde in appetendo scire bonū ꝛ malum quod non oportebat. ꝛ scire plus ꝙ͂ oportebat. fuit auaricia. Postremo in expiendo suauitatem ligni vetiti. fuit gula. ꝛ in hoc fuit trāsgressionis rea. ꝛ culpa inobēdiētie inuoluta. Et sic patet ꝙ peccatum mulieris incboatū fuit in sup̄bia. ꝓgressū habuit in auaricia. cōsūmatiōem habuit in gula. Patꝫ etiam ꝙ inordinata fuit q̄tum ad triplicem potentiam. scilicet q̄tum ad irascibilem dū appetijt alta. q̄tū ad rōnalē dum appetijt scire occulta. q̄tū ad cōcupiscibilem dum voluit degustare suauia. Unde ex illo peccato pullulauerūt radices oim peccatorum.

Ex hijs igit̄ patet respōsio ad quesita. Rōnes eīm ostēdentes ꝙ primū peccatū fuit sup̄bia verū cōcludunt. quia ab illo fuit inchoatio. Rōnes simılit̄ ostēdentes ꝙ fuerit inobedientia. gula. ꝛ auaricia. verū ꝯcludūt. licet nō fuerit ibi auaricia ꝓprie dicta ſꝫ ꝙ dicitur esse appetitus pecunie. fuit tamē auaricia ſꝫ ꝙ est appetitus sufficiētie. ꝛ in ipa fuit peccati progressus. sed in peccato gule ꝛ inobediētie fuit consūmatio in actu videlicet cōmedendi. Gula enim erat inq̄tū in illo cibo inordinate delectari volebat. ergo inobedientia cū in actu ip̄ius cōmestionis cōtra diuinū imperiū faciebat. Et hoc expresse dicit Grego. in quadam omel. vbi ostēditur ꝙ tribus peccatoꝝ generibus tēptauit dyabolus xp̄m. sicut prius tēptauerat mulierem. ꝛ in illis tribus a xp̄o deiectus est. sic illa tria mulierem deiecerat. Nec est incōueniens plura genera peccatoꝝ ſm ꝓgressū concurrere ad vnum flagitium ꝑpetrādum. Facilimū enim est de peccato in peccatum ruere. sicut contingit de motu vnius virtutis ad motū alterius ascendere. Ad illud igitur solum restat respondere quod obiectum est de infidelitate. non eīm concedēdum est mulierē peccato infidelitatis peccasse. nisi infidelitas accipiatur valde large. Quod ergo obijcitur ꝙ mulier dixit forte. dici potest ꝙ forte est ibi nota euētus. nō dubitatiōis. Sed quia magister dicit expresse ꝙ nota ē dubitatiōis. ideo potest aliter dici. ꝙ reuera mulier non dubitauit verum esse quod dominus dixerat. ergo hoc dubitauit qualiter dominus intelligebat. vtrū scilicet intelligeret de morte corporali. vel sp̄uali. vel alio quocunq; modo. ꝛ illa dubitatio nec fuit pena. nec fuit culpa. sed quedam nescientia q̄ dyabolo tēptanti prebuit viam. Nec cogit illđ quod obijcit de fide beate Marie. nam ꝛ si fides in conceptiōe filij dei non modicū tenuerit locum. hūit tamē hūilitatis vsum preambulū ratione cuius dicit̄ virgo deo placuisse. sicut ipa dic̄ Respexit deus hu. an. s. Nec oportet etiam oīno per eūdem ordinem respondere repatōem destructioni. immo frequēter est econtrario. sicut via resolutōis ꝛ cōpositōis oppositis modis habent terminari ꝛ incboari. sic ꝛ in ꝓposito potest intelligi.

Questio.ij. b

Utrū qđ mulier appetijt. vir etiā ꝯcupierit. Et ꝙ n̄

videt̄.i.Thimo.ij. Vir non est seductus sȝ mulier.
sed si adā voluisset esse sicut deus quēadmodū mu-
lier.vtiq̄ȝ circūuentus fuisset.si ḡ circūuentus vl' se-
ductus non fuit.id quod mulier appetijt non cōcu-
piuit. Item Aug.sup ge ñ.ad literā. Nō arbitror
virū si iā spūali mēte pdit⁹ erat credē q̄d dyabol⁹ p
mittebat. si ḡ adam grām habuit.patet ⁊c. Itē si
adā appetijt esse sicut deus. cū adhuc multo mino-
rē hr̄et similitudinē q̄ꝫ lucifer. vidēt q̄ grui⁹ peccauit
Adam q̄ꝫ lucifer. ḡ si peccatū luciferi fuit irremissibi
le. ⁊ peccatū hōis fuissȝ irremissibille.qđ supra im
probatū est. Itē si Adā appetijt esse sicut deus.
aut ḡ suggerēte muliere.aut suggerēte serpēte. Non
suggerēte serpente.quia ipe Adā non cōqueritur de
serpēte.sed de muliere.Gen̄.iij. Mulier quā dedisti
mihi ⁊c. Si suggerēte muliere. ḡ sicut mulier dece-
pta fuit a serpente.ita vir a muliere.sicut igit̄ mulier
dixit.serpens seduxit me.ita vir dixisset. mulier dece
pit me.sed hoc non dixit.sed dixit.mulier dedit mi-
hi ⁊c. Et si tu dicas q̄ ita fuit.q̄uis scriptura nō ex-
primat. Hoc simpliciter apparet improbabile.nam
si mulier dixisset comede.quia eris sicut deus.cū ip-
sa comedisset.⁊ absq̄ȝ dubio non esset sicut deus.nl'
la rōne videtur pbabile q̄ vir ei credidisset. Sed
contra.sup illud ps̄. Supbi iniqui.⁊c. Si homo sug
gestione serpētis vt deus esse noluisset. non letalis
culpe transisset ad nos hereditas Si tu dicas h̄ esse
dictum q̄ꝫtū ad mulierē.obijcitur de viro p illud qđ
dicit Grego.in moral'. Et habetur in glosa Iob.xij.
per se pcipere diuinitatē adam credidit.⁊ immorta-
litatis gloriā amisit.ḡ adā idem quod mulier appe-
tijt. Item phil.ij.sup illud. Non rapinā arbitra-
tus est.glo. Non vsurpauit quod suū non erat.scili
cet equalitatē dei sicut dyabolus fecit.⁊ primus hō.
ḡ primus homo voluit esse sicut deus. ⁊ hoc voluit
mulier.ḡ ⁊c. Si tu dicas q̄ primus hō stat ibi p mu
liere. Cōtra.sup illud ps̄. Que non ra.⁊c. Adā ⁊ eua
voluerūt rapere diuinitatē ⁊ amiserunt felicitatem.
Ecce expresse dicit̄ de vtroq̄ȝ. Itē hoc videt̄ rōne.
maiorem assimilatōem habebat vir ad deū q̄ꝫ muli-
er.ḡ si similitudo est mater felicitatis.videt̄ q̄ mul-
tomagis credibile fuit virū appetere esse sicut deus
q̄ꝫ mulierem. Itē multo sapiētior erat lucifer q̄ꝫ
esset primus homo. ḡ si cū tota sua sapientia lucifer
voluit esse sicut de⁹.nec sapiētia impediuit supbiā.
multo minus videt̄ q̄ hoc sapiētia impediret huma
na. si ḡ hoc mulier appetijt. nō ē improbabile q̄ vir
cōcupierit.maxīe cū glose ⁊ auctēs videātur hoc di
11 cere. Rᵒ dđ q̄ ista est questio facti circa quā nō p̄t
multū efficaciter rōtinari.⁊ scriptura non determi-
nat expresse. ⁊ sācti sup hoc loquūtur varie.ideo sūt
hic opiniones diuerse. Quidā em̄ pter auctēs indu
ctas dicūt q̄ Adā idem ipm̄ qđ mulier appetijt cō-
cupiuit.sed non credidit sicut mulier.⁊ pter hoc fa
ctus est supbus.sed tamē non dicit̄ fuisse seductus.
Appetere em̄ potest aliq̄s aliquid ⁊ tamē nō crede-
re ad hoc puenire.multa quidē cupimus ad q̄ ñ spe
ramus nos puēturos.quia nō quid possit sed q̄d ve
lit attendit ambitōis flagitiū. Et istam positōem su
stinendo respōdent ad rōnes ad vtrāq̄ȝ ptem. Sed
quia verbis beati Aug.hec opinio nō consonat.im-
mo expresse videtur sētire cōtrariū.sicut pȝ ex auctē-
bus eius adductis i litera. nec videt̄ esse credibl'e q̄
vir appeteret aliquid ad qđ crederet se non posse p-
uenire. cū ante illud peccatū valde ordinatus esset.
Ideo est alia positio q̄ vir in appetibili ⁊ pncipali
motiuo non fuit cōformis mulieri trāsgredičdo.lic̄ȝ
fuerit ei cōformis in trāsgressione mādati diuini. vter-
q̄ȝ em̄ inobediens fuit.sed aliter vir q̄ꝫ mulier ad in-
obedientie culpā plapsus est. Nō em̄ vir pomū co-
medit pter appetitū excellentie in sui assimilatōne
ad deum.nec pter appetitū sufficiētie in multorūȝ
cognitōe.nec pter appetitū suauitatis in cibi degu-
statione.sicut fecit mulier.fuit tamen in viro quedā
supbia.quedā auaritia.⁊ quedam lasciuia p quas p
ductus ē ad inobediētiam. Quodā em̄ modo supbi
uit dū se nimis magni precij esse apđ deū estimauit.
⁊ tanti vt pter comestionē illius cibi non incurre-
ret grauitatem alicuius supplicij.sed defacili conse-
queret̄ veniā de offensa. Fuit etiam quedam auari
cia dū curiose scire voluit quid sibi eueniret.dū cibū
vetitum degustaret. Fuit etiā quedam lasciuia non
carnalis delectatōis.sed cuiusdam amicabilis affe-
ctionis. q̄ frequēter fit vt offēdatur deus.ne contri-
stetur pximus. hoc aūt fecit adam dū comedere vo
luit ne suas delicias contristaret.hoc est ne mulierē
offenderet. Vnde ⁊ domin⁹ ipm̄ arguit q̄ obediuit
voci mulieris.⁊ p hoc pductus est ad inobediētiā ⁊
transgressionem mādati dei.⁊ hec tria trahuntur ex
verbis Aug. sup Gen̄.ad literā.q̄ adducit magister
in litera. Primo em̄ dicit q̄ non est putādum q̄ ho-
mo deijceretur nisi precessisset in eo quedam elatio
cōprimenda. Et iterum dicit.voluit Adam lignū ve
titum expiri cū non videret mulierem mortuā esca
illa pcepta. Et iterum.noluit eam contristare. quā
credebat sine suo solatio ptabescē ⁊ a se alienatā in-
terire. Concedēdum est igitur q̄ adam non appetijt
esse sicut deus quēadmodum mulier.sicut ostēdunt
rationes ad hoc adducte. Si autē dicatur alicubi 12
appetijsse se esse sicut deū.hoc est dictum triplici rō-
ne. Aut quia diuinū contempsit impium.⁊ volūtatē
suam diuine pretulit iussioni. ⁊ sessibi tanq̄ꝫ deo sbie
cit.⁊ ex hoc deo equipari velle. Aut dictum est quia
mulier de illo sumpta appetijt sicut deus esse. ⁊ per
synodochē quod est parti attribuitur toti. Vnde sā-
cti.q̄ appetijt alter.frequēter loquūtur synodochi-
ce.⁊ attribuūtur vtriq̄ȝ. Aut potest hoc tertio modo
dictum intelligi.quia ipe cum esset mulieri preposi-
tus ipam non pcescuit. vnde sibi imputatur culpa
mulieris. Mulier autē intelligenda ē appetisse se eē
sicut deus.non per omnimodā equalitatem.sed per
quādam sblimatōem in dignitate supra humanum
modū. quod cū vir nō cōpēscuit.immo potius eius
voluntati paruit.sibi peccatuȝ mulieris imputatur.
et voluisse esse sicut deus refert̄. Et sic patet respon
sio ad auctēs que prius inducte sunt. ⁊ per hac viaȝ
determinari possunt siq̄ alie circa istam materiā cō-
similes inueniātur. Ad illud ergo quod obijcitur 13
q̄ maiorem assimilatōem habebat vir q̄ꝫ mulier.dđ
q̄ ⁊ si maiorȝ haberet assimilatōem. habebat tamē
precellentiam virtutis ⁊ cognitōis respectu mulier̄
q̄ duo non patiebantur hoiem ita trahi a modica si-
militudine sicut mulierem. Ad illud quod obijci- 14
tur q̄ angelus erat sapiētior homine. dđm q̄ veruȝ
est de cognitōe innata. non tamen verū est de cogni
tione gratuita.credit̄ em̄ a doctoribus q̄ primus ho
mo ante lapsum habuerit gratiā. sicut melius osten
det̄ infra.d lucifero.ho credit̄ q̄ gratiā gratūfaciētē

non habuit. sicut determinatū fuit supra.

Questio .iij.

Quis eorū grauius peccauerit. Utrū vir aut muli-
er. Et quod vir grauius peccauerit videtur. Grauius est pec-
catum vbi maior est ingratitudo. sed vbi maiora sūt
dona ibi maior est ingratitudo in peccādo. sed adam
precellebat mulierem in naturalibus datis et gratui-
tis. ergo cum peccauit. magis ingratus fuit. igitur etc.
Item maius est peccatū quāto peccans est in al-
tiori gradu constitutus. grauius enim peccat prelatus
quam subditus eodem genere peccati. sed vir erat caput
mulieris et ei prepositus. ergo videtur quod peccauerit gra-
uius. Item tāto grauior est culpa quanto ibi ma-
ior est cōtemptus. sed maior est contēptus in trans-
gressione mandati immediate suscepti a domino quam
mediante alio. si ergo mādatum per virum peruenerat
ad mulierem. videtur quod magis contempserit vir quam
mulier. ergo etc. Itē tanto grauior est culpa quan-
to maior est ibi lesio et corruptio. quia peccatum de
se corruptio est. sed peccatum Ade magis fuit corru-
ptiuū quam peccatum Eue. quia ex peccato Ade fuit to-
tius posteritatis corruptio. secundum quod dicitur Ro. v. Per
vnius inobediētiam peccatores constituti sunt mul-
ti. ergo etc. Sed cōtra. Aug. super Gen. et magister refert
in litera. Peccauerunt impari sexu. sed pari fastu. sed
vbi est par fastus ibi est par trāsgressio. ergo non vi-
detur quod magis peccauerit vir quam mulier. Item si-
cut in bonis quod similius est meliori. est melius.
ita quod similius est peiori est peius per se loquēdo. sed pec-
catum Eue similius fuit peccato luciferi quam peccatū
Ade propter maiorem elatōem superbie. ergo maius
fuit peccatum Eue quam Ade. Itē tanto grauior est
culpa quāto maiori digna est pena. sed mulier magis
fuit punita quam vir sicut patet Gen. iij. et a deo qui iu-
ste punit. ergo amplius peccauit mulier quam vir. Item
grauius peccat qui peccat in se et in alterum quam qui pec-
cat in se tantum. sed mulier peccauit in se et in virum dum
pertraxit eum ad peccatū. Uir autem peccauit in se tantum
de peccato actuali loquendo. ergo grauius peccauit mu-
lier quam vir. Respondeo dicendum quod sicut predictum fuit supra.
15 peccatum potest dici grauius alterum altero tribus
modis. videlicet ingratitudine. libidine. et ex conse-
quenti corruptiōe. Si igitur loquamur de maiori gra-
uitate quantum ad ingratitudinē. grauius peccauit vir quam
mulier. pro eo quod abundātiora dona suscepit. et ideo cum
beneficiorum oblitus benefactorem suū contempsit et
offendit. magis ingratus fuit. et in sui ingratitudine
maiori. culpabilior extitit. Si autem loquamur de ma-
ioritate quantum ad libidinem. sic amplius peccauit mu-
lier quam vir. pro eo quod magis improba voluntate pecca-
uit dum cōcupiuit deo assimilari. et ardentius appe-
tiit dum credidit hoc se obtinere posse quod dyabo-
lus ei suggessit. et ideo propter volūtatem magis im-
probam mulier peccauit ex maiori libidine. et quantum
ad hoc culpabilior viro fuit. Si autem loquamur de
maioritate culpe quantum ad corruptōem consequen-
tem. distinguēdū est. quia aliquid potest dici corrum-
16 pere dupliciter. Aut per modum cause. aut per mo-
dum occasionis. Si per modū cause. sic quia pecca-
tum viri fuit causa transfusionis peccati in posteros
et ita corrupit se et alios. maior cōsecuta est ex pecca-
to viri corruptio. et quantum ad hoc culpa viri dicitur
fuisse grauior. Si vero per modum occasionis. sic quia
peccatum mulieris fuit occasio peccati viri. et ita per
consequens omnium aliorum. hoc modo mulier potest di-
ci ceteros corrupisse. non solum posteros. sed etiam
virum suum. Unde non solum peccauit in se. sed eti-
am in proximum. Et quantum ad hoc dici potest in mu-
liere grauius fuisse peccatum. Per hanc distinctiōem
responderi potest ad rationes que ad vtrāque partem
adducuntur pro eo quod secundum diuersa membra huius di-
stinctiōis procedunt. Aliter posset dici et quasi in 17
idem redit. quod peccatum potest dici grauius altero.
aut pensatis conditōibus ex parte peccātis. aut pē-
satis conditionibus ex parte peccati. Si igitur pen-
semus conditōes ex parte peccantis. grauius peccas-
se dicitur vir quam mulier. tum propter donorum precellē-
tiam. tum propter status presidentiam. quia mulieri
quodāmodo prelatus erat. Si autem pensatur condi-
tiones ex parte peccati. grauius peccauit mulier quam
vir. tum propter impietatem in deum. tum propter
iniquitatem in proximum. Deum enim sua ambitione
inhonorauit. et proximū suggestione sua deiecit. secundum
hoc procedunt rationes similiter ad oppositas partes.
Quod autem dicit Aug. quod pari fastu peccauerunt. hoc
intelligitur non quantum ad interiorem affectōem. sed
quantum ad exteriorem mādati transgressionem ad quod
vterque eorum equaliter obligabatur. Uel par fastus di-
citur non per omnimodā equalitatem. sed per quā-
dam cōformitatem. et sic ex dictis colligitur quod pecca-
tum Eue aliquo modo excedebat peccatum Ade.
et aliquo modo econuerso. Si autem aliquis querat quod
eorum magis excedebat aliud. Ad hoc dicendum est quod cum
peccatum Eue excedit peccatum Ade in cōditioni-
bus que respiciunt peccatū essentialiter. vtpote in ma-
iori improbitate libidinis. in hoc quod et maius et magis
ambiuit. peccatū Eue magis excessit et grauius fuit
simpliciter loquendo. Et huius signū est. quia magis
punita fuit. et si ad infernū descēdisset maiorem pe-
nā habuisset. Nec obstāt rōnes ad oppositū addu-
cte. quia sumūtur a cōditōibus peccātis que nō faciūt
peccatū grauius simpliciter. sed quodāmodo.

c Consequēter queritur de peccato primorum parentū
in relatōe ad ignorātiā ex parte intellectus. Et
circa [hoc] queritur tria. Primo queritur vtrum peccatum
primorum parentū fuit ex ignorātia. Secundo vtrum ignoran-
tia aliquo modo sit culpa. Tercio queritur vtrum sit culpe
excusatoria. Questio .j. d
Circa quā sic proceditur. et ostenditur quod peccatum primorum parentū
fuit ex ignorātia. ad minus peccatum mulieris. Gen. iij.
Serpēs seduxit me etc. sed vbi est seductō ibi est sciē-
tie priuatio. vbi autem hoc est ibi ignorātia. ergo etc. Item
qui dubitat de aliquo de quo debet esse certus. potius
dicitur illud ignorare quam scire. sed mulier de verbo domini
debuit esse certa quod dixerat. quacunque die com. mor. mo.
et de hoc dubitauit cum dixit. ne forte moriamur. ergo ex
ignorātia peccasse videtur. Itē qui credit mortale peccatum
esse veniale. ignorat veritatē diuini iuris. sed adā cre-
didit peccatum illud esse veniale. sicut dicit Aug. et magister
adducit in litera. Arbitratus est illud esse veniale non
mortale delictū. ergo videtur quod tā vir quam mulier peccaue-
rit ex ignorātia. Itē omne peccatum aut est ex ignorātia.
aut est ex infirmitate. aut ex malicia. Sed peccatum
primorum parētum non fuit ex malicia. quia tunc esset
peccatū in spiritum sanctum. Nec ex infirmitate. quia nul-
lam habebat pronitatem ad peccandum. ergo fuit
ex ignorantia. Itē si Adā et Eua credidisset deum
tā grauiter offēdere. et tātas penalitates incurrere. di-

nullā haberet ad peccatū pronitatem. nullo mō videt q culpā cōmisisset. si ḡ culpā cōmiserunt. videt q ħ ignorauerit. et ita ex ignorātia peccauerūt. Sed ꝯ. si peccauerūt ex ignorātia. aut illa ignorātia fuit pena. aut culpa. Si culpa. ḡ culpa fuit in eis añ primā culpā quod ē impossibile. cū implicetur hic duo opposita. Si pena. ḡ pena fuit añ clpā. Itē si fuit ibi ignorantia. aut ḡ iuris. aut facti. Non facti. quia bene sciebāt se de ligno vetito comedere nō debere. Non iuris. quia bene sciebāt se debere deo obedire. et contra eius imperiū nullo mō facere. nulla ḡ videt in eis ignorātia fuisse. Itē si fuit ibi ignorātia. aut ḡ voluntaria. aut inuolūtaria. Si volūtaria. ḡ videt q iā volūtas eoꝝ in appetendo ignorātiā esset inordinata. Si inuolūtaria. ergo videt q nullo mō debuit eis imputari culpa. si ḡ est imputata. nō videt q fuisset ex aliqua ignorātia. Itē si fuit ex ignorātia. aut ḡ innata. aut cōtracta. aut inflicta. aut pcurata. Non ex pcurata. nec contracta. nec inflicta. ḡ fuit ex ignorantia innata. sed non decebat deū facere nām hūanam cū pronitate et impotētia. ḡ pari rōne non debuit eam facere cū cecitate et ignorātia. si ḡ ex ignorantia peccauerūt. videt q hoc possit imputari deo. Item si aliquo mō dicitur ex ignorātia peccasse mulier, hoc est quia a serpēte seducta fuit. sed vir nō fuit seductus. sicut dicit Apl's. ḡ ex ignorātia peccatū ei⁹ non pcessit. si ḡ radix peccati in viro et muliere non fuit altera et altera. videt etiā q nec mulier peccauerit ex ignorantia.

18 R° dō q peccatū esse ex ignorātia potest dici dupliciter. videlicet pprie. put distinguitur peccatū ex ignorātia ꝯtra peccatū ex infirmitate et ex industria. et hoc mō ignorantia dicit priuatōem sciētie q̄ non cōpetit homini ex natura. sed merito prime culpe fuit contracta. et hoc mō peccatum primoꝝ parētum non potest dici ex ignorantia. nec cōtinet sb illa diuisione q̄ dicit q oē peccatū aut est ex ignorātia. aut etc. illa eñ diuisio peccati est ꝫ statū nature lapse. Coīter aūt dicitur peccatū esse ex ignorātia. quod cōmittit aliqua nescientia exñte circa peccātē. rōne cuius nec considerat grauitatē culpe. nec grauitatem pene. et sic peccatū primoꝝ parētuꝫ ex ignorācia dici potest fuisse. quia tā in viro q̄ i muliere fuit quedā nesciētia q̄ non fuit pena. sed quedā nālis imperfectō magis reperta in muliere q̄ in viro. Mulier eñ ignorauit vtrū serpēs sibi verū vel fłm suggerēt. ignorauit etiaꝫ seueritatē dīne iusticie. Vir āt alteꝝ hoꝝ dicit ignorasse. videlicꝫ diuie iusticie seueritatem. in hoc q estimauit de illa trāsgressione cito veniā inuenire. inexptus eñ erat seueritatē diuine iusticie. Vterqꝫ tamen cognoscere potuit p scientiam quā hēbat se male facere. Et sic large accipiendo ignorātiam dici potest peccatū primoꝝ parētum fuisse ex ignorātia. et magis peccatū Eue q̄ peccatū Ade. Et hoc concludūt rōnes ad primā ptem inducte. Proprie vero accipiendo ignorātiā ꝫ q dic penā. et hoc put dicit nesciētiam eius rei quā hō deberet scire fm exigētiam. sic peccatū primoꝝ parētum non fuit ex ignorantia. sicut ostēdūt rōnes adducte ad ptem contrariā. et hoc patet discurrēdo ▮ singu-

19 las. Quod eñ obijcit aut est pena aut culpa. dicēdū q ista diuisio non est sufficiens nisi accipiat ignorantia pprie. Nam nō solū hō primo institutus sed etiā angel⁹ btūs aliq̄ ignorat. cū mlta innotescāt pncipatibus et ptātib⁹ p ecclesiā. Unde talis ignorātia nec culpa nec pena est. quia est respectu boꝝum que non debet scire quātū est de prima cōditione nature

20 Ad illud quod obijcit q aut fuit ignorātia iuris aut facti. dōm q non fuit ibi pprie loquēdo ignorantia iuris q̄tū ad pncipale. sed q̄tū ad aliquid annexū. vtpote q̄tū ad seueritatē iudicis. Similiter ñ fuit ibi ignorantia facti q̄tum ad pncipale. quia bene sciebat se gustare lignū vetitū. fuit tamen in muliere quedā ignorātia q̄tum ad id qđ credebat assequi p illud. videlicet assimilatōem ad deū. et ita non fuit ignorātia pprie dicta sed cōiter.

21 Ad illđ quod obijcit q ignorātia aut erat volūtaria aut inuoluntaria. dō q ista non est diuisio p immediata. si large accipiat ignorātia. aliquis eñ est qui cogitat de eo quod ignorat. et tunc nec circa illud afficit voluntarie. nec inuolūtarie. et sic erat de illa ignorantia Eue.

22 Ad illud qđ obijcitur q aut erat innata aut contracta etc. dōm q̄ illa ignorātia dicebat quādam sciētie incōpletōem et imperfectōem q̄ inerat aiab⁹ primorum parētum ex defectu pprie nature. p hoc q anime eoꝝ non erāt in omnimoda lucis plenitudine. et tali aūt statu decuit hoīem sic fieri. qꝛ sicut infra patebit prius debuit esse viator q̄ ꝯprehēsor. nec tamē ex illa ignorātia dicit hō fuisse in tenebris vel in cecitate. quia sufficiēs lumē habebat ad incedēdum per viam iustitie. et ideo non est simile de pronitate. Pronitas eñ non solūmodo dicit imperfectōem. sed etiaꝫ quādam nature curuatōem. ac p hoc deordinatōeꝫ.

23 Ad illđ quod vltimo obijcit q vir non peccauit ex ignorātia quia non fuit seductus. dōm q non solūmodo mulier ignorasse dicit pter seductōeꝫ. sed etiam quia ignorauit pene sbsequētis acerbitatem. et licet in Adā non fuit ignorātia illius seductōis. fuit tamen ignorātia p inexpientiam diuine vltionis. et ideo aliqua ignorātia siue nesciētia fuit in adā. licet minor q̄ in Eua. Nec valet illud quod obijcit ꝺ radice. quia ignorātia nō potest ibi esse tāq̄ ex vna radice. sed qꝛ quodāmodo talis nesciētia occasionē pbuit ad peccādū.

Questio.ij.

omni creature. ⁊ essentialiter est in anima vniuscu-
iusq;. videtur q nulla influentia luminis sit necessa
ria ad illuminationē anime. si igitur impossibile est
deū aliquid facere frustra. videt̃ q gratia illuminās
animā nihil aliud sit q̄ diuina essentia. Ex quin-
to actu vel effectu arguitur sic. Si color esset sua si-
militudo. nō esset necessaria noue similitudinis ge-
neratio ad hoc q oculus conformaretur ipsi colori.
maxime si color ipse esse posset in oculo. sed in deo
ꝓpter suam simplicitatē non differt veritas ⁊ simili-
tudo. Filius enī qui est similitudo patris. est eiusdē
essentie cum patre. si ergo gratia est deo assimilare. ⁊
gratia est similitudo rei. impossibile est gratiam esse
aliud a deo. Ex sexto actu vel effectu arguitur sic.
mediū vniendi plus cōiungit̃ vtriq; extremoꝝ q̄ ex
tremum extremo. sed deus est intimus anime. ergo
impossibile est q inter deū ⁊ animā cadat aliqđ me-
dium vnitiuū qđ sit ab vtroq; extremoꝝ diuersum.
si igitur gratie est vnire animā deo. cum gratia non
sit anima. necesse est gratiā esse deum. Ex septimo
actu vel effectu arguitur sic. Impossibile est vanita
tem per vanitatē stabiliri. sed si stabilitur stabilitur
per veritatē. Si igit̃ omnis creatura vanitas ē. aut
gratie nō est stabilire animā. aut nō est aliquid crea-
tum. sed gratie est stabilire animā in bonū. hoc pla-
num est. ergo gratia nō est donū creatū sed increatū.

Ex octauo actu vel effectu arguit̃ sic. Eodez ipso
acceptat deus aliquē quo amat. ꝗ pater ꝛ filius dili-
gunt nos spū̃sancto sicut sancti dicunt. ꝛ habitū fuit
in primo libro. nō aliquo creato. ergo acceptat nos spiri-
[illegible] sancto nō per aliqđ donū creatuz. si igit̃ gratia est
illud quo deus animā acceptat ꝛ reputat animā gra-
tam. videt̃ ꝛc. Ex nono actu vel effectu arguitur
sic. nihil potest mentē nostrā supra se eleuare nisi il-
lud qđ est mēte supius. ꝗ solus deus maior est men-
te rōnali. ergo solius dei est ipsam supra se eleuare. ꝗ
iste actus vel effectus dicit̃ esse gratie. ergo impossibile
est gratiā gratū facientē esse aliquid a deo diuersum.
His nouē rōnibus colligit̃ ꝙ gratia non est donum
creatū sed increatū. Ad oppositum arguit̃ primo
rōnibus ostensiuis. scđo rōnibus inducentib⁹ ad im-
possibile. Ad ostendendū autē gratiā gratū facien-
tem eē donū creatū. primo adducat̃ robur autorita-
tis. ꝛ scđo violētia rōnis. Dicit̃ .j. Cor. xij. Diuisio-
nes gratiarū sunt. idē autē spūs. sed nō est diuisio do-
ni increati. ergo doni creati. ergo ꝛc. Oz si dicas autoritatē
istā debere intelligi nō de gratia gratū faciente. sed de
gratia gratis data. Obijcit̃ tunc p verbum Aug. ad
bonifaciū dicentis. Gratia meretur augeri vt aucta
merea‍t̃ pfici. Circa igit̃ istud donū cōsistit meritum
ꝛ augmentū. ꝗ augmentum nō consistit nisi circa do-
num creatū. meritū autē nō ꝯsistit nisi circa donum
gratie gratū facientis. ergo gratia gratū faciens est quid
creatū. Oz si dicas augmentū illud attendi in gratia
nō ſm id qđ est ꝗ ſm effectū. Adducit̃ ad hoc auto-
ritas magistri in lr̃a quā sumit ex verbis Aug. ibi. et
si diligenter intendas nihilominus tibi monstratur
que sit ipsa gratia voluntatē preueniens ꝛ p̄parans.
scꝫ fides cū dilectione. Si ergo fides est donū creatū
restat ꝙ ꝛ ipsa gratia voluntatē p̄parans donū crea-
tum sit. Itē hoc ipm rōne ostendit̃. ꝛ ex omnibus
istis actibus gratie assignatis vna colligit̃ ratio. Si
enī gratie est reformare ꝛ informare et viuificare. et
sic de alijs. cū omnis talis actus sit ab aliquo sicut a
principio formali. Non enī est informatio. nec refor-
matio nec viuificatio. ꝛ sic de alijs. Si nō forma. ne-
cesse est aliqđ donū poni in aīa qđ sit aīe ipsius infor-
matiuū. ꝗ deus nullo mō potest esse forma pficiens.
q̃uis possit se habere in rōne forme exēplaris. ergo
pter donū increatū qđ deus est. ad hoc ꝙ aīa grati-
ficetur. necesse est ponere donū creatū. Huius autez
rōnis necessitas colligit̃ ex nouē medijs. ex quibus
nouē pñt formari argumēta. sed tantū valet illa in
vnū mediū colligere. quātū diuisim explicare. Hijs
igit̃ rōnibus ostensiuis apparet gratiā gratū facien-
tem esse donū creatum. Itē hoc videt̃ rōnibus du-
centib⁹ ad impossibile. quaꝝ prima hec est. Aut grā
gratū faciens ponit aliquid creatū in gratificato. cū
deus de nō grato facit gratū. aut nihil. Si nihil. ergo
nulla fit mutatio ex pte creature gratificate. ergo fit
mutatio ex pte gratificantis. qđ est impossibile. Et
iterū. si nihil creatū poneret nō esset melior ille q̄ est
deo gratus q̄ ille qui nō est gratus. si igit̃ hoc est im-
possibile ponere ꝙ gratus deo non [illegible] melior q̄ non
gratus. ꝛ impossibile est ꝙ sit melior nisi aliquā bo-
nitatem habeat quā alter nō habet. ꝛ hoc nō potest
eē nisi quid creatū. necesse est ꝙ gratia aliquid crea-
tum ponat in gratificato. Si igit̃ ponit aliqđ crea-
tum. aut est donū siue aliquis habitus. aut est actus
siue doni vsus. Si est donū vel aliqs habitus. habeo

ppositū scꝫ ꝙ gratia [illegible] gratificato ponit aliqđ donū
creatū. Si vo est actus vel vsus. ergo nō plus ponit in
gratificato q̄ in nō gratificato. nisi qñ opatur. ergo non
erit gratia in paruulis baptizatis. ꝛ in iustis dormiē-
tibus magis q̄ in nō baptizatis ꝛ in hominib⁹ pec-
catoribus. ꝙ si hoc falsum est ꝛ alienū a fide. necesse
est gratiā aliqđ donū creatuz in gratificato ponere.
Itē hoc ipm ostendit̃ alia rōne. tam ex fide q̄ ex
autoritatibus oportet supponere ꝙ impossibile est
aliqđ meritum esse sine gratia. ꝛ hoc melius manife-
stabitur .j. Hoc igit̃ supposito. quero tunc aut gra-
tia est aliqua ꝓprietas liberi arbitrij. aut omnino no-
minat aliā substantiā diuersam. Si est aliqua ꝓprie-
tas li. arbi. habeo ppositum. videlicet ꝙ gratia in li.
arbi. est aliqđ donum creatū. Si gratia nō est aliqua
ꝓprietas. nō est li. arbi. sed deus cum li. arbi. non exit
in opus meritoriū qđ est supra ipm in merendo. po-
tius agitur q̄ agat. ꝛ mouet̃ q̄ moueat. ꝛ si hoc. sicut
motus sursum nō attribuitur lapidi. nec est ex eo la-
pis laudabilis vel vituperabilis. sic opus meritoriū
nullo mō est li. arbi. attribuendū. ꝛ ita non li. arbi. ex
illo erit aliquo p̄mio dignū. ꝙ si hoc est impossibile
ꝛ falsum. restat igit̃ ꝙ illud falsum est quo dicit̃ gra-
tiam nō esse aliqđ donū creatū. Rº. ad predictorū 14
intelligentiā est notandū ꝙ circa hanc questionē sa-
pientes opinant̃ ꝯtrariū sapientibus. In hac enim
questione aliquid est qđ fides determinat. aliqđ qđ
ratio non inuestigat. Fides ꝛ scriptura determinat
ꝙ absqꝫ gratie dono impossibile est placere deo. de-
terminat etiā ꝙ absqꝫ dono increato qđ est spūssan-
ctus homo non potest fieri deo acceptus nec assumi
in adoptionē filioꝝ dei. ꝛ ideo oēs recte intelligētes
cōcedunt in iustis esse gratie donū. credunt etiam in
eis esse donū increatū qđ est spūssanctus. ꝛ hoc a fi-
de ꝛ a scriptura determinat̃. ꝛ ideo qui ꝯtrariū hui⁹
sentiret esset hereticus. Sed vtrū p̄ter donū increa-
tum sit in nobis ponere donū creatū per qđ simus
deo accepti vel nō. quia nō expresse determinat̃ scri-
pture autoritate. inuestigat̃ a doctoribus rationum
pbabilitate. Et quoniā tam habitus q̄ dona q̄ etiā
virtutes cognosci habent per ꝓprias opationes. ideo
ſm diuersam cōparationē actuū ꝛ effectuum gratie
ad ipsam grām. diuerse sunt sup hoc doctoꝝ opinio-
nes. Sicut enī p̄tactum fuit in opponendo. grē est 15
recreare. gratie est reformare. gratie est viuificare. il-
luminare. assimilare. vnire. stabilire. acceptū facere.
sursum leuare. Hos igitur actus quidā comparaue-
runt ad grām sicut ad principiū effectiuum. Et quo-
niam deus sufficit ad hos actus vel effectus pficien-
dos in rōnali creatura. ꝛ solum deū decent p sua di-
gnitate. ꝛ soli deo sunt possibiles p sua difficultate.
ideo dixerunt ꝙ donum creatū ponere ad hos effe-
ctus pficiendos in homine est superfluū ꝛ indecens
ꝛ impossibile. Alij vero cōparauerunt effectus pre-
dictos ad grām sicut ad formā. necessariū enī ē ꝙ vi-
uificatio ꝛ reformatio ab aliquo est sicut ab infor-
mante. Et quoniā nec est possibile nec decens deum
esse formā perfectiuā alicuius creature. ideo preter
donum increatuz qđ comparat̃ ad hos actus tanq̄
principium effectiuū. cōueniens est ꝛ oportunū po-
nere donum creatuz per qđ anima informet̃. Hanc
aūt positionē preferendā credo priori. tum quia se-
curior. tum quia etiā rōnabilior. Securior nāqꝫ est.
quia consonat cōmunitati magistroꝝ. ꝛ verbis expo-

sitorū. ꝛ pietati fallētoꝝ. Doctores eñi ꝓsſiciñ. cōmu-
niter hoc sentiunt ꝛ senserunt ab antiquis diebus.
Verba etiā expositoꝝ hoc pretendunt qui grām in
sacramentis dari ꝛ vsu virtutis augeri dicunt. Pie
etiam mentes ꝛ humiles huic positioni consentiunt
ꝓ eo ꝙ et si donū gratie nō possit ita ꝑcipi a ꝗcunqꝫ.
viros tamē sanctitate preclaros aliquando nō latet
diuine bonitatis influentia quā intra semetipsos po-
tius experiendo ꝙ ratiocinando cognoscunt. Hoc
etiā piarum mentiū est vt nihil sibi tribuant. sed to-
tum gratie dei. Vnde ꝗtumcunqꝫ aliquis det gratie
dei. a pietate nō recedit. etiā si multa tribuendo gra-
tie dei. aliquid subtrahat potestati nature vel li. arbi.
Cum vero aliquid gratie subtrahit. ꝛ nature tribui-
tur qđ est gratie. ibi potest periculum interuenire. ꝛ
ꝓpterea cum ista positio que ponit gratiaꝫ creatam
ꝛ increatam plus gratie dei tribuat ꝙ alia. vel maio-
rem ponat in natura nostra indigentiam. hinc est ꝙ
pietati ꝛ humilitati magis est cōsona. ꝛ ꝓpterea est
magis secura. Esto eñi ꝙ esset falsa. quia tamē a pie-
tate ꝛ humilitate nō declinat. tenere ipsam nō est ni-
si bonum ꝛ tutum. Preferenda est igitur hec opinio
priori ꝓ eo ꝙ est securior ꝛ magis recedit ab errore
pelagij. Quis eñi negare secure audeat i nostra gra-
tificatōne aliqđ donū creatū nobis a deo cōferri: Ti-
mere eñi debet vnusquisqꝫ ne forte negando donum
gratie create. efficiatur aduersarius increate. Prefe-
renda est etiā quia rationabilior. Sicut eñi in oppo-
nendo ostensum est. rōnabiliter tales effectus ꝛ act⁹
nō possunt cogitari in nobis esse. quin sint ab aliquo
sicut efficiente. ab aliquo sicut informante. Quō eñi
actus verus reformationis et viuificationis erit in
anima nisi sit aliqua forma complēs a qua anima in-
formetur. Et ideo ſm hanc positioneꝫ cōparatur ipsa
gratia creata influentie luminis. ꝛ principiū eius cō-
paratur soli. Vnde ꝛ scriptura vocat deuꝫ siue xp̄m
solem iusticie. quia sicut ab isto sole materiali influit
lumen corporale in aere ꝑ qđ aer formaliter illumi-
natur. sic a sole spirituali qui deus est. influit lumen
spūale in animā. a q̄ aīa formaliter illuminatur. ꝛ refor-
matur. ꝛ gratificatur. ꝛ viuificatur. Vñ inter oīa corpo-
ralia maxime assimilatur gratie dei lumis influentia.
Sicut eñi est quedā influentia que assimilat corpo-
ra ipm̄ suscipientia ipsi fonti luminis ꝗtum ad pro-
prietatem. sic gratia que est spiritualis influētia que
mentes rationales fonti lucis assimilat ꝛ cōformat
Hec autē influentia recte dicitur gratiā. tum quia da-
tur ex mera libertate nulla nature cogente necessita-
te. Nō eñi oritur ex principijs subiecti. nec a deo exit
de necessitate. sed sua mera benignitate. Tum etiaꝫ
quia gratū facit. Dum eñi hominē deo conformat ꝛ
assimilat. reddit ipm̄ deo amicū. ꝛ facit deo esse pla-
citum ꝛ acceptū. Tum etiā quia facit hominē gra-
tis facere ea que facit. Affect⁹ eñi hominis recuru⁹
est ꝛ mercēnarius ꝗtū est de se. Vñ qđ facit. intendē-
do ꝓprium comodū facit. sed cū diuina gratia super-
uenit. sic hominē totū gratū facit. vt siue ad vtilitatē
proximi siue ad honorē dei velit totū gratis impende-
re. Et sic patet ꝙ talis influentia valde rationabiliter
gratia nuncupatur. Igitur hanc positionē sustinendo
tanqꝫ securiorem ꝛ rationabilioreꝫ. ad obiecta in cō-
16 trarium facile est respondere. Illud eñi quod di-
citur dam̄ substantiam donorum dei esse spūm sanctū.
et si que alie auctoritates inueniuntur. intelligende sūt

ꝑ causam ꝛ appropriationem. qꝛ spūssanctus est do-
num in quo oīa alia dona donantur. ꝛ qui est fons oī-
um donoꝝ. Nō aūt excluditur donū creatū ꝑ illud ver-
bū. Sic etiam cum quis tenet equū ꝑ frenū dicitur te-
nere equū. nec sic excluditur tentio freni. qꝛ tenēdo fre-
nū tenet equū. Sic spūssanctus cum dicitur substātia
donoꝝ non excludit donum creatum. imo includit.
Nō eñi ob aliud dicitur nobis dari spūssanct⁹ nisi ex
eo ꝙ sic est in nobis a deo vt habeatur a nobis. Tunc
aūt habetur a nobis qñ habitū habemus quo possu-
mus eo frui. ꝛ hoc est donū gratie creatum. Et sic pꝫ
rñsio ad illam auctoritatem ꝛ ad ꝯsimiles. Ad illō 17
do quod obijcitur de actu siue effectu recreationis ꝙ
est a solo deo. Dōm ꝙ verū est ꝙ est a solo deo sicut
a principio effectiuo. nihilominus tñ qꝛ recreatō est
rei iam exñtis ꝑ aliquam dispositionem nate refor-
mari. idem est recreatio ꝛ reformatio. et ꝓpterea nō
tm̄ respicit principium effectiuū ſ ꝛ principiū infor-
matiuū. nō sic est de creatiōe que simpliciter est de nō
ente. in qua simpliciter est ꝓductio rei nō ſm quali-
tatem alteratio. Per hanc viam responderi pōt ad
omnes rationes sequentes. oēs eñi ꝓcedunt ſm ꝙ
actus illi cōparantur ad gratiam sicut ad principiū effe-
ctiuum. hoc aūt modo nō sunt a gr̄a creata sicut pri-
us dictum est. ꝛ istud melius patet si quis diligenter
ꝯtractare voluerit. ꝓtermittitur tamen ad presens cau-
sa vitande prolixitatis. Ad illud tamen quod ob- 18
ijcitur de vnione. dōm ꝙ gratia nō vnit ꝗtum ad esse
primū quo deus est cuilibet creature intimus eēntia-
liter. potentionaliter. et presentialiter. sed gratia est
medium vniendi ꝗtū ad cognitionē ꝛ amoreꝫ. ꝛ ꝗ-
tum ad hūc modū multū distat de⁹ a peccatoribus.

Questio. iij. c

Vtrum gratia sit in genere substantie vel in genē ac-
cidentis: Et ꝙ sit in genere accidentis videtur. Oñe
quod aduenit substantie iam complete est accidens.
sed gratia aduenit substantie iam complete. s. aīe rō-
nali. ergo gratia est accidens. Item quod adest ꝛ
abest preter subiecti corruptionem est accidens. sed
gratia est hmōi. sicut patet. qꝛ multi iusti efficiuntur
peccatores ꝛ econuerso. ergo ꝛc. Item omne qđ reci-
pit magis et minus est accidens. sed gr̄a recipit ma-
gis ꝛ minus. qꝛ maior est in vno ꝙ in altero. et in eo-
dem ipo ſm diuersa tpa magis intēditur. ergo ꝛc. Pre-
terea. aut gratia est substantia aut accidens. Si est
accidens. habeo ꝓpositū. Si substantia. aut substan-
tia materia. aut substantia forma. aut substantia cō-
positum. Suba materia non. hoc cōstat. Substātia
cōposita nō. qꝛ tunc nō esset anime vnibilis. Substā-
tia forma nō. qꝛ tunc ex gratia et anima fieret vnum
ꝑ eēntiam. ergo si nō est substantia. restat ꝙ sit accidēs.
Item est suba. aut corporalis. aut spūalis. Nō cor-
poralis. hoc ꝯstat. Si spūalis. aut deus. aut angelus.
aut aīa rōnalis. sed ꝯstans est ꝙ gratia creata nec est
deus. nec est angelus. nec rationalis aīa. ergo restat ꝙ
gratia creata sit in genere accidentis. Item nulla
substantia est habitus. sed gratia est quidā habitus
animā decorans ꝛ ornāns. sicut dicitur sup illud ps. Vt
exhilaret faciem in oleo. gratia est quidam nitor ani-
mi ꝛc. ergo gratia nō est substantia. et est substantia vel
accidens. ergo ꝛc. Sed ꝯtra. Nullū accidens est no-
bilius substātia. sed gr̄a est nobilior aīa quā ꝑficit et
cōplet. sicut ꝑfectio ē nobilior ꝑfectibili. ergo grā nō est
accidens. ꝛ ē accidēs vel sba. ergo ꝛc. Itē nullū acci-

dētis est sbe similius q̄ sba. s grā inter ceteras cre-
turas est deo similior. ⁊ deus est sba. ḡ grā est in gene
re sbe. Itē nullū accidēs est stabilius q̄ sba. p eo
q sba pbet fulcimentū accidenti nō ecōuerso. s grā
stabilit ipam animā ⁊ cōfirmat in bono. nec pōt ipa
grā aliquo mō incuruari in malo. si igit̄ aīa est sba.
grā est sba. Itē ois forma q̄ est pncipiū vite est
in genere sbe. s grā est pncipiū vite ⁊ nobilissime vi-
te. ḡ grā est in genē sbe. Itē tria sunt genera bono
rum. scȝ bona media. bona minima. bona maxima.
sicut vult Aug. in li. de li. ar. s bona minima et bona
media sunt in genere sbe. ḡ multoforti⁹ ⁊ bona ma-
xima. ⁊ grā est de bonis maximis. ḡ ⁊c. Itē omne
accidēs qđ inest alicui vt accidēs. aut inest p se. aut
p accidēs. si igit̄ grā inest aīe vt accidēs. aut igit̄ in-
est p se aut p accidens. Si p se. ḡ habet ortū ex pro-
prijs pncipijs subiecti. ḡ iam nō erit grā. s nālis pro
prietas. Si p accidens. s omē p accidens reducibile
est ad p se. ḡ si grā inest aīe p accidēs. erit aliđ subie-
ctum cui inerit p se. q̄ro igit̄ q̄d sit illud. si aūt nō est
aliqđ tale dare. restat q grā nō est accidēs. ⁊ est acci-
19 dens vel sba. ḡ ⁊c. Rn̄. dōm q ponētes grām donū
esse creatum. necesse hn̄t ponere grām esse in genere
accidētis. Ad cui⁹ intelligentiā notandū est q est ali
qđ accidens qđ pparat̄ ad aliq̄d sicut ad subiectuȝ
⁊ ad cām. aliqđ qđ solum cōparat̄ ad aliq̄d sicut ad
subiectū. ⁊ ad aliud sicut ad cām. vbi grā. Nigredo
in coruo cōparat̄ ad ipm coruū sicut ad subiectum
⁊ cām. lumen in aere. vel spēs in speculo. cōparat̄ so
lum sicut ad subiectū. non sicut ad cām. quia ⁊ si ibi
recipiat̄. aliunde tn̄ hȝ ortū. Tale autē accidens qđ
cōparat̄ ad aliq̄d sicut ad subiectū. et ad aliud sicut
ad cām pt̄ esse sub triplici differētia. Quoddā eīn ē
qđ habet ortū ab inferiori. quoddā qđ hȝ ortū a pa-
ri. quoddā qđ habet ortū a supiori. Sicut ab inferio
ri. vt spēs lapidis in oculo vel etiā in intellectu nr̄o.
Sicut a pari. vt similitudo speculi in speculo. Sicut
a supiori. vt lumen ab aere illuminato. Tale aūt ac
cidens qđ hȝ ortū a supiori inq̄tū accidēs est. cōple
mentū est nō quantū ad esse pmū. s q̄tū ad eē scđm
Quia vo a supiori est. hȝ nobilitare subiectū in hoc
q iungit ipm ⁊ cōformat ei qđ est ipso supius. ⁊ si sit
tale accidens qđ ortū hȝ ab ente supmo. si eius infu
sio vel origo sit sm pfectā influentiā. nō solū hȝ no-
bilitare. verūetiā cōsūmare ⁊ q̄etare. ⁊ hoc non facit
tm̄ rōne sui. verūetiā rōne eius a q̄ pcedit in quo re
peritur ois pfectio. ⁊ bonoꝝ oim aggregatio. ac per
hoc cōpleta btitudo. Cōcedende sunt ḡ rōes pban-
20 tes grām esse accidēs. Ad illud qđ obī pmo in cō
trariū q accidēs nobilius est sba. dōm q illa rō defi
cit tripl̄r. Primū quidē quia nobilitas sbe ⁊ accidē-
tis. ⁊ bonitas sbe ⁊ accidētis pprie nō hn̄t cōparari.
Accidēs eīn bonū dī nō sibi s alij. nō sicut ordinatū
s sicut rō ordinādi. s ipsa sba bona ē tanq̄ bonitatē
pticipatiua. Alius etiā defect⁹ est ibi. qm̄ ⁊ si nullum
accidēs nobilius sit sba put accidēs pgat̄ in se q̄tū
ad essentiā generis. siue q̄tū ad esse pmū. nihilomi-
nus tn̄ put accidēs psiderat̄ in subiecto. et includit
esse subiecti. quandā nobilitatē supaddit q̄tū ad eē
scđm. Terci⁹ etiā defect⁹ est. qꝛ q grā dicat̄ nobilior
aīa ⁊ pfectio aīe. hoc nō ē rōne sui tm̄. s qꝛ vnit bo-
21 no increato. sicut pdictū ē. Ad illud qđ obī q nul
lum accidēs simili⁹ est sbe q̄ȝ sba. dōm q sicut dictū
est de bonitate. q alio mō dī aīa esse bona. alio mo-
do grā. sic etiaȝ alio mō aīa deo assimilat̄. ⁊ alio mō
grā. Aīa eīn deo assimilat̄ sicut diuine silitudinis su-
sceptiua. grā vo sicut ipsa silitudo vel donū assimila
tiuū. vn̄ nō est pparatio pprie int̄ hunc modū assimi-
landi et illū. Alius ē etiā defect⁹. qꝛ cū aīa assimilet̄
deo pter grām. et vbi vnū pp̄ alterū. vtrobiqȝ tm̄
vnū. sic nō ē maior vel minor assimilatio dicenda in
aīa gratificata q̄ in grā gratificāte. Terci⁹ etiā defe-
ctus ē. qꝛ et si sba plus assimilet̄ sbe in rōne entis. ni
hil tn̄ phibet accidens plus assimilari alicui sbe sub
rōne pprietatis. sicut aīa sapiens plus assimilat̄ deo
inq̄tū est ens p se q̄ ipsa q̄litas sapie. nihilomin⁹ tn̄
deo inq̄tū est sapiens plus assilat̄ aīa inq̄tū est sapi-
ens q̄ȝ inq̄tū est sba. sic ⁊ in pposito intelligendū est.
Ad illud qđ obī q nullū accidēs ē stabilius sba. 22
dōm q veꝝ est de illo accidēte qđ cōparat̄ ad aliq̄d
sicut ad subiectū ⁊ cām. de eo vo accidēte qđ aliūde
hȝ originē nō hȝ veritatē. sicut ptȝ in radio exeunte
a sole q̄ fixus permanet aere moto. Et qꝛ grā est tale
accidēs. iđ illa rō nō hȝ locū in pposito. Ad illud 23
qđ obī q grā est forma q̄ est pncipiū vite. dōm q il-
lud hȝ veritatē de forma q̄ dat viuere. qđ spectat ad
eē pmū. grā āt est forma dans vitā q̄tū ad eē scđm.
siue q̄tū ad bene eē. ⁊ iđ illud n̄ valet. nō eīn fit vnū
p essentiā ex gratificato et grā. sicut fit vnū p eēntiā
ex corpore viuificato ⁊ aīa viuificante. Ad illud 24
qđ obī de bonis maximis ⁊ minimis ⁊ medijs. dōm
q illa diuisio bonoꝝ ē sm acceptioneȝ boni q̄ aliq̄d
dī bonū qꝛ bonū alij ⁊ vtile. sicut pȝ ex verbis Aug.
ibidē. quia bona maxima sunt illa q̄bus nō cōtingit
male vti. ⁊ iđo ad gradū bonitatis sm eū modū per
quē ibi loquit̄ Aug. nihil facit vtrum bonū illud qđ
dī maximū sit in genere sbe vel accidētis. Ad illđ 25
qđ querit̄ vtrū insit aīe p se. aut p accidēs. dōm q p
se inest in genere subiecti. s nō p se in genere cause.
Et quia p se ē in genere subiecti. iđ nō est querendū
aliud subiectū cui p prius insit. Quia vo nō inest p se
in genere cause. iđ nō inest oī aīe. nec ex pncipijs aīe
hȝ originē. ideo quodāmō habet naturā accidentis
inherentis p se. quodāmō naturā accidētis inheren
tis per accidens.

Questio. iiij. d

Utrū grā sit in genere accidentis corruptibilis. an
incorruptibilis. Et q sit accidens corruptibile vide
tur. Omne accidens qđ est in subiecto variabili sm
q est variabile est corruptibile. s grā est in subiecto
variabili. vtpote in aīa sm libertatē arbitrij in q̄ cō-
sistit mutatio ⁊ vertibilitas. ḡ ⁊c. Itē omne acci-
dens qđ hȝ oppositū potens inesse suo subiecto est
corruptibile. s grā opponit̄ culpe. ⁊ culpa pōt inesse
aīe viri iusti q̄diu est in statu vie. ḡ ⁊c. Itē omne
accidens qđ est aliunde et nō habȝ cām in subiecto.
pōt ab illo separi. sed grā est in aīa et non hȝ ortū ab
aīa. ḡ pōt separi ab ipsa. s post sepationē nō potest in
esse cōseruari. ḡ grā nata est corrumpi. Itē omne
accidens cui⁹ cōseruatio pendet ex conuersione vo-
lentis ad deū est corruptibile. cuȝ voluntas possit a
deo verti. sed grā est hmōi. ḡ ⁊c. Sed ptra. Anima
eoipso q est imago dei est incorruptibilis. nō eīn esseȝ
imago dei sicut dicit Aug. si mortis termino claude
retur. ḡ cū in grā consistat imago reformationis. vi-
detur q grā sit icorruptibilis. Itē accidēs qđ est
in subiecto nō a se sed ab alio nō mouet̄ necessario
ad motū eius in quo est. sicut pȝ de spē existēte in spe

culo ꝛ lumine exiſtēte in medio. ſ grā ē in aīa nō a ſe
ſ a deo. ḡ nō videtꝛ ꝙ ad mutationē ſeu ad variatōẽ
aīe corrumpatꝛ. Itē his q̄ ſunt corruptibilia dedit
diuina v̄tus ꝓpagandi potentiā. igitꝛ aut grā non eſt
corruptibil'. aut ſi corrūpitꝛ hꝫ vim ꝓducendi grām
ſibi ſimilē. ſed grā nō pōt ſibi ſimilē ꝓducere ſicut in
p̄mo li. oñſum ē. ḡ non eſt corruptibilis de ſe. Itē
omne qđ corrūpitꝛ in tp̄e. ſui diuturnitate ſeneſcit in
tp̄e. ſed grā q̄ntomagis durat in hoīe tanto ꝑfectior
eſt ꝛ ſtabilior. ꝛ magis renouat ſpm̄. ḡ grā nō videtꝛ
corrūpi. Itē ſi grā corrūpitꝛ. aut corrumpitꝛ a deo.
aut a li. ar. aut a pctō. A deo nō. cū grām corrūpi ſit
malū. A li. arbi. nō. cū nullū ſubiectū corrūpat ſuam
ꝑfectionē. A pctō nō. quia pctm̄ eſt pura ꝑuatio. et
modica grā pōt ſup oēm culpā. ergo cū nihil habeat
corrūpens. videtꝛ ꝙ ſit incorruptibilis. Itē ſi cor-
rumpitꝛ. aut corrumpitꝛ in aliq̄d. aut in nihil. Si in
aliquid. q̄ro in q̄d. nec eſt quid dare. cū nō ꝓducatꝛ
ex aliquo. ſed de nihilo. Si in nihil. Contra. nihil qđ
corrumpitꝛ cedit oīno in nō ens. ſi igitꝛ grā nobiliſſi-
mū eſt intꝛ oīa accidentia. ꝛ deus nō ꝑmittit alia acci
dentia in nō ens cedere. videtꝛ ꝙ nec de grā ꝑmittat.
26 Rº. dōm ꝙ cū grā ſit accidens nō p̄t eſſe p̄ter ſubie-
ctum in quo eſt. ꝛ cū in ſubiecto in quo eſt nō poſſit
ſimul cū culpa ſubſiſtere. ꝛ ipſi ſubiecto in q̄ eſt grā
cōtingat culpā ineſſe. neceſſe eſt grām eſſe quid cor-
ruptibile. Rurſus cū grā nō ꝓducatꝛ ex aliquo ma-
terialiter. ſed ſit ſimplr̄ donū gratuitū. ꝛ oīno deſur-
ſum deſcendens a patre luminū. ꝛ omne qđ corrum
pitur in id cedat vnde ꝓducitꝛ. neceſſe eſt grām ſicut
ex nihilo ꝓducitꝛ. ſic in nihilū redigi cū corrumpitꝛ.
Talis autē modus corrūpendi nō ſolū cōpetit gra-
tie rōne ſui initij. ſed etiam rōne eſſe ꝓprij ſiue modi
exiſtēdi. Rōne inquā ſui initij. quia ſicut dictū eſt ſi-
cut ex nihilo ꝓducitꝛ. ita in nihil redigitꝛ. queadmo-
dum in alijs accidentib⁹ cōſimiliter reperitꝛ qđ in id
redeunt vn̄ exeunt cū ꝓducuntꝛ. Competit etiā hec
ei rōne eſſe ꝓprij ſiue modi exiſtendi. Qm̄ cū gratia
nō cauſetꝛ ex principijs eius in quo eſt. ſed aliud ha-
beat ꝓ ſubiecto. aliud ꝓ cauſa. queadmodū cum lu
men corrumpitur. vel ſimilitudo in ſpeculo. vel ipſa
ſp̄es in aīa. non corrumpitꝛ illud in q̄ eſt. nec redit ad
illud a quo eſt. ſed q̄ntū eſt de ſe in nihil cedit. ſic grā
quia nō hꝫ eſſe in materia ꝑ modū nature. ſed ꝑ mo
dum habitus. vt prius habitū eſt. nec ex p̄ncipijs aīe
ꝓducitꝛ. cū corrumpitꝛ. in nihil redigitꝛ. ꝛ ꝓpterea pec
catū in quo fit grē corruptio dī eſſe nihil. ꝛ inter oēs
corruptiones ſummo autori ꝛ conſeruatori oīm bo-
noꝝ maxime diſplicere dinoſcitꝛ. Concedende ſunt
27 igitꝛ rōnes oſtendētes ꝙ grā corrumpitꝛ. Ad illud
ergo qđ p̄mo obīr in ꝯtrariū ꝙ in grā reperitꝛ rō ima
ginis ſicut in aīa. dōm ꝙ aliter ꝛ aliter reperitꝛ ima-
go hic ꝛ ibi. Aīa em̄ eſt imago dei. q2 capax dei eſt et
ꝑticeps eſſe pōt. ꝛ ita ꝓpter beatitudinem facta. ꝛ ad
beatitudinē apta. que inquā beatitudo nō pōt ineſſe
niſi ſb̄e imortali. ideo neceſſe eſt animā imortalē eſſe
Gratia v̄o ex hoc ſolo dī imago. quia eſt imaginis re
formatio. ꝛ q̄m̄ illa imago ꝑ grām reformata poteſt
deformari. hinc eſt ꝙ grā pōt corrūpi. nec valet illa
ratio. quia hincinde nō eſt cōſimilis imaginis acce-
28 ptio. Ad illud qđ obijcitꝛ ꝙ accidēs qđ nō hꝫ ortū
a ſubiecto nō mutatꝛ ad mutationē ſubiecti. dōm ꝙ
hoc nō eſt ꝓpter hoc ſolū ꝙ habeat ortū aliunde. ſed
quia nō dependet ab eo in quo eſt. ſicut patet in ra-
dio ꝛ lumine. Gratia autē nō ſolū dependet ab eo a
quo eſt. ſed etiā ab aīa in qua eſt. nec ꝑſiſtit in ea niſi
q̄diu habet faciē ſuā ſiue mentē ad deū conuerſam. 29
Ad illud qđ obijcitꝛ ꝙ rei corruptibili debet dari
virtus ꝓpagandi. dōm ꝙ illud verū eſt q̄n illa res ē
nata talem virtutē ſuſcipere. ꝛ q̄n etiā illa corrupti-
bilitas ineſt rei ex defectu ꝓprie nature. neutrū autē
hoꝝ cōpetit grē. Nam grā nata eſt imediate ab ipō
deo ꝓcedere. nec aliquo mō corrumpitur niſi ꝓpter
auerſionē mentis noſtre a rectitudine veritatis eter
ne. Et ꝑ hoc patet reſponſio ad ſequens qđ obijcitꝛ 30
ꝙ omne qđ corrumpitꝛ ſeneſcit in tp̄e. hoc em̄ verū
eſt de eo qđ habet cām corruptōis intra ſe. Ad il- 31
lud qđ queritꝛ a quo corrumpitꝛ. vtrū a deo vel a pec
cato. vel a li. arbi. dōm ꝙ ipſa gratia deficit in ſeipſa.
Si autē queratꝛ ratio hui⁹ quare deficit. hoc eſt pro-
pter auerſionē mentis humane. Cū em̄ grā nō ſalue
tur niſi ex cōtinuatione influentie a bonitate diuina
ſup faciem mentis noſtre. q̄n anima a deo auertitur
ꝑ peccatū. influentia nō continuatꝛ. ꝛ ꝑ ꝯſequēs grā
corrumpitꝛ. ꝛ ideo quodāmodo grā per peccatū dici
tur corrumpi. nō ꝙ pctm̄ agat in grām. ſed quia ani
ma ꝑ peccatū ſe auertente. ꝛ deo ceſſante influere. ne
ceſſe eſt grām in ſeipſa deficere. Ad illud qđ obij- 32
citur ꝙ nihil qđ corrumpitꝛ cedit omnino ī nō ens.
dōm ꝙ illud habet veritatē in accidentib⁹ q̄ habent
eſſe nature. ꝛ in eis que cauſantꝛ ex principijs ſubie-
cti. ꝓ eo ꝙ cū corrumpuntꝛ accidentia. manent nihi
lominus ꝛ ſaluantꝛ illa principia. ꝛ ideo cū talia acci
dentia corrumpuntꝛ. nō oīno annihilantꝛ. In his v̄o
accidentibus q̄ habent eſſe habitus. ſicut ſimilitudo
in aīa. ꝛ lumen in aere. nō habet veritatē. Non enim
ſilitudo hoīs mortui q̄ eſt in aīa tua. ſi de aīa tua de-
leatur ꝛ corrumpatꝛ. redit ad hominē illū. vel cū lu-
men corrumpitꝛ redit ad ſolem. maxime ſi corruptio
luminis fiat ꝑ corporis interpoſitionem. Niſi forte
q̄s dicat ad originē ſuā redire ꝓ eo ꝙ adhuc ſaluatꝛ
in ſuo p̄ncipio effectiuo qđ pōt ꝓducere illi ſimile.
Quia igitꝛ grā habet ſe ad modū habitus. ꝛ ex nihi-
lo ꝓducitꝛ vt prius habitū eſt. ideo illa ꝓpoſitio non
habet hic locū. Et ſi tu q̄ras vnde hoc eſt ꝙ deus ꝑ- 33
mittit ꝑire tā nobile accidens. ſatis facile eſt rn̄dere.
Similis em̄ queſtio eſt ſi queratꝛ cū de⁹ diligat ami-
cos ſuos. ꝛ plus diligat vnā animā ſanctā q̄ꝫ diligat
celū ꝛ terrā. q̄d eſt ꝙ ꝑmittit animā ſanctā a ſe ſepa-
rari. ꝛ nō ꝑmittit celū ꝛ terrā corrumpi. Ad hoc re-
ſpondebit qui ſane intelligit. ꝙ hoc curſui rerū con-
gruit. ꝛ deus ſic res quas cōdidit āminiſtrat. vt eas
agere ꝓprios motus ſinat. Et ꝓpterea quia theſaur⁹
grē habetꝛ in vaſis fictilib⁹. q̄uis ſit valde nobilis.
tamen defacili amittitur q̄n procellis tentationum
concutitur.

Queſtio. v. c

Utrum grā primo inſit ſubſtantie anime vel poten-
tijs. Et ꝙ primo inſit ſubſtantie videtꝛ. Nulla poten
tia anime eſt cōtinue in ſuo actu. ſed grā eſt cōtinue
in ſuo actu. quia ꝯtinue reddit hominē deo acceptū
ꝛ gratū. ergo grā nō eſt in potentijs anime. Item
grā eſt vita aīe. ſicut dicunt ſanctorū autoritates et
etiā doctores. ſed viuere cum ſit actus ſubſtantialis
nō ineſt ſubſtantie ꝑ potentias. ſed potentijs ꝑ ſub-
ſtantiā. ergo ſi p̄mus actus grē eſt viuificare. videtꝛ
ꝙ prius reſpiciat ſubſtantiā q̄ꝫ potentias. Item

accidens habet numerari ꝑ suum ꝓpriū subiectum. igitur si grā primo est in potentijs. cū potentie sint multe. necesse est grām in anima multiplicari. si ergo in vna anima vna tm̄ est grā. videt̄ ꝙ grā primo sit in substantia q̄ in potentia. Item in grā ⁊ virtutibus cōsistit imago reformationis. sed imago reformationis respondet imagini creatōnis. cū igitur imago creationis consistat in vnitate essentie ⁊ trinitate potentiarū. ⁊ tres sint habitus virtutū qui respiciunt tres potentias. videt̄ ꝙ sit aliquid vnū qd̄ respiciat ipsam anime essentiam. sed nō est nisi gratia. ergo ⁊c̄. Item sicut operatio exit a potentia. sic potentia oritur a substantia. ergo sicut nō placet nec acceptatur a deo aliqua opatio nisi prius acceptetur ⁊ gratificetur potentia. sic impossibile est acceptari potentiā nisi prius acceptetur substantia. ergo cum per grām fiat acceptatio. per prius est grā in substantia q̄ in potentia. Itē in paruulis baptizatis est deus per inhabitantē grām. sicut dicit augustinus de presentia dei ad dardanū. ergo cum in ipsis nulla sit potentia expedita. gratia nō respicit primā expeditionem potentie. sed potius viuificationem substantie. ⁊ sic per prius est in substantia q̄ in potentia. Sed cōtra. Augustinus dicit ꝙ grā se habet ad liberū arbitrium sicut sessor ad equū. ergo residet in anima ratione liberi arbitrij. sed liberū arbitriū nominat potentiam. ergo ⁊c̄. Item magister in litera adducit autoritatē augustini in qua diuidit grām in preuenientem ⁊ subsequentē. ⁊ vtrāq₃ istaꝝ diffinit per comparationem ad voluntatē. ergo videt̄ ꝙ primum et ꝓprium subiectū gratie est ipsa voluntas. sed hec est potentia. ergo videtur ꝙ gratia ꝑ prius insit potentie q̄ substantie. Item sicut inter potentiā ⁊ actū cadit medius habitus. sic inter substantiā ⁊ habitū cadit media potentia. cum igit̄ gratia sit in anima vt habitus ⁊ qualitas quedā. videtur ꝙ ei insit mediante potentia. ergo per prius est in potentia q̄ in substātia. Item opposita nata sunt fieri circa idē. sed gratia vt gratia opponit̄ culpe inq̄tum culpa. si igitur culpa primo ⁊ ꝓprie respicit ar. li. pari ratione ⁊ gratia. igitur ꝑ prius erit in potentia q̄ in substantia. Itē gratia cum sit donū de sursum descendens. inest anime s̄m suum supremū. sed supremum anime sicut vult Augustinus est ipsa mens. mens autem nō est ipsa substantia anime. sed potius potētia supꝛma. ergo videt̄ ꝙ gratia ꝑ prius sit in potentia.

Item grā habet existere in anima s̄m cōuersionē ipsius anime ad deū. ⁊ amitti habet s̄m auersionē. si igit̄ illud s̄m qd̄ anima primo auertitur ⁊ ꝯuertit̄ est potentia. videt̄ ꝙ anima per prius sit in potētia q̄ in substantia. Item gratia nō est in anima s̄m seipsam. sed s̄m influentiam ab aliquo principio qd̄ est omnino ab eo diuersum. cum igit̄ anima suscipit grām. aut habet aliquā potentiā ad suscipiendā gratiam. aut non. Si nō habet potentiam ad hoc. ergo nunq̄ eam suscipiet. Si autē habet potentiam mediante qua suscipit. aut illa erit ratio. aut voluntas. aut aliqua alia potentia ab his diuersa. sed nō est ponere potentiā aliam in anima preter cognitiuam et affectiuā. ergo videt̄ ꝙ mediantibus illis grā suscipiatur ab anima. Item si grā inesset anime s̄m substantiā. cū possibile sit abstrahi per intellectum substantiā a potentijs. possibile esset intelligere animam esse gratiā suis potentijs abstractis. sed omnis anima grata est disposita ad gloriā. ergo potest intelligi per cōsequens anima gloriosa abstractis potentijs. sed potentijs abstractis aīa nec videt nec amat deum. ergo impossibile est animā gloriosam ponere que nec deum videt nec deum amat. sed si hoc est impossibile. ergo illud ex q̄ istud sequit̄. R℞. ad pre- 34
dictorum intelligentiā est notandū ꝙ cōmunis opinio tenet grām primo respicere anime substantiam. ⁊ virtutes primo respicere potentias. vt sic per gratiam in virtutibus fiat reformatio imaginis create. que consistit in trinitate potentiarū ⁊ vnitate substantie. Hec autē positio potest dupliciter intelligi. Uno modo vt intelligat̄ ꝙ deus prius influat gratiam in essentiā. ⁊ postmodum influentia illa in substantia redundet in potentias. vt sic sit conformitas gratie ad animā. siue ꝓut considerat̄ s̄m rationem imaginis. siue ꝓut considerat̄ vt perfectio corporis. Anima vt est perfectio corporis rōne substantie vel essentie respicit complexionis equalitatem. ratione vero potentiarū respicit organoꝝ diuersitatem. Et iterū anima in se ⁊ viuere habet ⁊ agere. sed viuere ꝑ seipsam ⁊ ꝓpriam formā. agere vero ꝑ potentiam. Per hunc modū si gratia in ꝑficiendo conformatur anime sub rōne gratie. prius debet respicere ipsam anime substantiā. ⁊ virtutes debet esse ꝑfectio potentiarū. Et s̄m hunc modū dicendi cū dicit̄ grā respicere sbām. ⁊ virtutes potentias. non tm̄ intelligit̄ esse dictū ꝑ appropriationē. verūetiā ꝑ ꝓprietatem. Alio mō potest intelligi p̄dicta positio per approbationē quandā. nō q2 deus p̄us influat grām in sbām q̄ in potentiā. sed quia cū aīa suscipiat grāz ⁊ virtutes mediante potētia. ⁊ tam grā q̄ virtus insit aīe ꝑ potentiā. aliter tm̄ inest hec ⁊ illa. Uirtus eīm dicit ꝑfectionē respectu operis. grā vero dicit ꝑfectionem respectu dei acceptantis. Et q̄m respectu operū potentie distinguunt̄. hinc est ꝙ v̇tutes potētias respiciunt vt distinctas. ⁊ tunc sunt in actu. q̄n potentie sunt in actu. Potentie aūt inq̄tū cōparant̄ ad deū acceptantē. vnica acceptione acceptant̄ cū ipsa sbā cuius sunt. ⁊ s̄m vnā naturā in eis repertā. ⁊ hinc est ꝙ grā est vna sicut ⁊ sbā. ⁊ est semꝑ in actu cōtinuo ⁊ p̄mo dr̄ respicere sbāz. nō quia sit in illa absq₃ potentia. vel ꝑ prius q̄ potentia. sed quia habet esse in potentijs vt cōtinuant̄ ad vnā essentiā. virtus vero dicit̄ esse in potentijs. quia in eis est vt referunt̄ ad opationes diuersas. ⁊ hic modus intelligendi magis cōsonus est verbis Augustini qui dicit ꝙ grā se habet ad liberū arbitriū sicut sessor ad equū. Etiam grām cooperantē ⁊ opantē describit ꝑ cōparationē ad voluntatē. Magis etiā est cōsonus rōni. Si eīm intelligimus grām tanq̄ habitū quendā ⁊ influentiam que inest anime ad deū conuerse. cū talis habilitatio ⁊ influentie susceptio ⁊ conuersio non possit intelligi nisi per potentiā. nō videt̄ posse recte intelligi quō gratia sit in anima abstracta potentia. Rursus si gratia eo dicit̄ gratia. quia gratificat. ⁊ eoipso ꝙ gratificat habet oppositionē ad culpam. cū opposita s̄m idē nata sint inesse. s̄m idem ip̄m ꝙ anima nata est gratificari. nata est ⁊ culpari. culpatio autē ⁊ laus ⁊ vituperiū inest anime primo s̄m liberū arbitrium. ac ꝑ hoc ⁊ gratie donū. Non eīm q̄cunq₃ acceptatio gratificatio dr̄. sed illa sola qua deus sic acceptat animā vt reputet eaz remuneratione dignā. ⁊ talis respicit ip̄am arbi. libertatē. ⁊ ideo grā inest

anime pmo bm libertatē ar. ꝛ hui⁹ signū est. quia ad
eas solas potentias se extendit arbi. libertas. Conce
dende sunt igit̄ rōnes ostēdentes ꝙ grā inest aīe bm
potentias. Ad rōnes aūt ad oppositū facile est rūde
55 re p iam dicta. Qd̄ eñ obijcit̄ ꝙ grā est continua
in suo actu. nō obuiat ei qd̄ nūc dictū est. Quis eñ
potentia in relatione ad opus nō sit in suo actu con
tinuo. ꝛ sic nō habeat pficiē grā sed virtute. in cōpa-
tione tñ ad sbam in q̄ est. est in suo actu cōtinuo. ita
eñ debet quoddā viuere ꝛ quidam actus cōtinuus
ipsis potentijs bm ꝙ cōtinuant̄ ipsi sbe queadmo-
dum ꝛ ipsi sbe. ꝛ ideo bm hanc cōparationē a grā sunt
56 pfectibiles. Aliter etiam posset hic dici ꝙ duplex est
actus ipsius forme. vnus q̄ est a forma p modū in-
formantis. ꝛ alter q̄ est a forma p modū efficientis.
sicut albedo subiectū suū dealbat. ꝛ oculum disgre-
gat. Quantū ad pmū est ois forma in actu cōtinuo.
quia ille est actus vt habitus. Quantū vo ad scdm
nō. Sic ꝛ grā q̄uis sit in suo actu cōtinuo q̄tum ad
illū actū quē habet p modū informātis. nō tñ est in
actu cōtinuo q̄tū ad illū quē habet p modū pueni-
entis ꝛ subsequētis. siue cooperantis et operantis.
57 Ad illud qd̄ obijcit̄ de actu viuificandi. dōm ꝙ
et si vita bm ꝙ dicit esse primū. pus respiciat ipsam
essentiā q̄ potentiā. non tñ oportet de vita bm ꝙ di-
cit esse scdm. Cum eñ sit accidens supadditū nō tm
essentie s etiā potentie. habet aīe inesse potētia me-
diante. sicut color dicit̄ esse in corpore. ita ꝙ pmo in
58 superficie. Ad illud qd̄ obijcit̄ ꝙ accidēs nume-
ratur p sbam. dōm ꝙ verū est qñ ea que subijciunt̄
diuersa sunt. ꝛ subijciunt̄ vt diuersa. qñ vero p ean-
dem naturā subijciunt̄. nō oportet esse in accidente
diuersitatē. ꝛ sic grā est in potentijs aīe inq̄tū conti
nuant̄ ad vnā sbam. ꝛ inq̄tū cōicant in libertate ar
bitrij sicut pus dictū est. Vñ sicut vna sanitas dicit̄
esse in oibus mēbris hois. quia est in ipsis bm ꝙ ad
vnā originē reducunt̄ ꝛ bm ꝙ in cōplexione conue-
niunt. sic ꝛ in ꝓposito intelligendum est. Ad illud
5 qd̄ obijcit̄ de cōformitate imaginis creationis ꝛ re-
formationis. dōm ꝙ cum deformatio imaginis non
possit esse nisi p potentias. sic nec reformatio. ꝛ ideo
imago reformationis inq̄tū hmōi sufficienter refor
mat ipam animā cū inest ei p suas potētias. Poten
tijs eñ formatis ꝛ pfectis. per ꝯsequēs pficit̄ ꝛ for-
mat̄ ipa sba. iō ad pfectā reformationē aīe nō opor-
tet aliq̄d poni qd̄ pus sit in sba q̄ in potētia. nisi h̄
40 dicat̄ p appropriationē quandā. Ad illud qd̄ obī
ꝙ deus nō acceptat actū nisi pus acceptādo poten-
tiam. dōm ꝙ nō ē sile. p eo ꝙ potētia p̄t eē sine actu
ꝛ grā in potētia absq̄ merito opis. sba aūt absq̄ po
tentia esse nō p̄t. ꝛ si possit intelligi. nō tñ p̄t intelligi
absq̄ potentijs diuina dona suscipe. in q̄bus donis
decorari dī facies aīe. genere decoris p quez deus
41 acceptat. Ad vltimū qd̄ obi de puulis. dōm ꝙ et
si potētie in puulo nō sint ydonee ad exeūdū in vsū
grē ꝛ virtutū. nihilomin⁹ tñ ydonee sunt nō solū per
donū grē. s etiā p habit⁹ vtutū decorari ꝛ pfici. Et
modi⁹ declarat̄ in quarto cū agit̄ de effectu baptisma
tis quē hz in puulis. Questio. vj. f

Utrū grā ꝯpet̄ ad animā in rōne motoris. ꝛ ꝙ sic vi
detur p auctem Aug. quā mgr̄ adducit in lr̄a. ꝙ grā
pueniens est q̄ puenit bone voluntatis meritū. ꝛ re-
spectu cui⁹ ipa volūtas bona pedissequa ē nō puia.
igit̄ grā respectu volūtatis se hz modū excitantis
ꝛ impantis ꝛ regentis. ꝛ oē tale se hz in rōne moto-
ris. g̃ ꝛc̄. Itē Aug. grā se hz ad li. ar. sicut sessor ad
equū. s sessor ē motor equi. g̃ grā est motrix li. arbi.
Itē hoc videt̄ rōe. Plus ē potentiā aliquā supra
se erigere q̄ ipam mouē. s grā eleuat potentiā li. ar.
ad opa meritoria q̄ sunt sup ipam. g̃ est li. ar. motrix
Itē plus p̄t grā sup li. ar. q̄ li. ar. possit sup seipm.
s li. ar. est instr̄m seipm mouēs. sicut dicit Ansbel. et
volūtas mouere p̄t seipam. g̃ multofortius moueri
p̄t a grā. Itē oīe qd̄ ē pncipiū vite pfecte ē pnci-
piū motus i eo qd̄ viuificat. s grā est pncipiū vite in
aīa. g̃ ꝛc̄. Contra. volūtas eo ipo ē libera q̄ mouet̄
ex seipsa. cū igit̄ grā sit a voluntate. si grā mouet vo
luntatē. aufert ei libertatē. s ꝯstans ē ꝙ grā volūtati
libertatē nō aufert. g̃ ipsā nō mouet. Itē ois mo-
tor sufficiēs ē hoc aliq̄d. ꝛ sba cōpleta distans a mo-
bili. g̃ aut grā nō mouet li. arbi. aut mouet ē sba. si
igit̄ grā creata nō p̄t eē in genē sbe s in genē accidē-
tis. g̃ ꝛc̄. Itē si grā mouet li. ar. aut mouet nāliter,
aut violent̄. aut volūtarie. Si nāliter. g̃ opa merito-
ria erunt nālia. Rursus si nālit̄ mouet. semp mouet
q̄tū ē de se. g̃ nunq̄ q̄escit hō ab opibus meritorijs.
Si violent̄. g̃ nec saluat̄ ibi rō meriti. nec li. arbi. q̄a
vtrūq̄ pz eē falsum. Si volūtarie. s nihil mouet vo
luntarie nisi habeat cognitionez ꝛ voluntatē. g̃ grā
ꝯgnoscit ꝛ vult. ꝛ ita ē sba rōnalis. igit̄ vel grā mo
uet li. arbi. nō est aliq̄d creatū. vel si est aliq̄d creatū
nō mouet li. ar. Itē si mouet li. ar. aut sicut motor
motus. aut sicut motor non mot⁹. Si tu des ꝙ sicut
motor motus. g̃ cū nihil bm idē moueat̄ ꝛ moueat.
grā bm se hēbit aliā ꝛ aliā nām quā moueat̄ ꝛ mo
ueat. g̃ nō erit accidēs simplex. Si sicut motor ñ mo
tus. s talis motor nō ē q̄d creatū. g̃ vel grā non ē q̄d
creatū. vel nō mouet li. ar. Itē idē manens idē in
creaturis semp ē natū facere idē. g̃ si grā est q̄d crea
tum. ꝛ mouet li. ar. cū grā nō variet̄. semp ad idē in-
clinabit li. ar. g̃ nunq̄ facit hō p grām nisi vnū opus
meritoriū. si igit̄ li. ar. mō excitat̄ ad vnū gen⁹ opis.
mō ad aliud. videt̄ ꝙ aut illa excitatio nō sit a grā.
aut grā nō dicit aliq̄d creatū. aut grā mutat̄ ꝛ varia
tur sicut li. ar. R°. dōm ꝙ absq̄ dubio sicut auto- 42
ritates sanctoꝝ dicūt. necesse ē ponē li. ar. a grā mo-
ueri ꝛ excitari. Ab ipa eñ grā opante puenit̄. ꝛ a co
opante ad opa meritoria eleuat̄. ita ꝙ respectu ope
ris meritorij grā est sicut pncipalis motrix. ꝛ volun-
tas sicut pedisseq̄. Qualit̄ aūt ipa grā cū sit accidēs
aīe ipsā habeat mouere. hoc hz difficultatē. Ad hui⁹
aūt difficultatis explicationē duplex ē modus dicen
di siue intelligendi. bm quē li. arbi. dī a grā moueri.
Unus modus dicendi est ꝙ grā mouere dicit̄ liberꝫ 43
arbitriū. quoniā ipsa est dispositio ad quendā spiri-
tualem motū. Sicut eñ pondus in corporib⁹ dispo
nit ad motū. sic ꝛ suo modo pondus in spiritibus.
gratia autem est quoddā spirituale pondus datum
anime per quod habet sursum tendere. ꝛ quoniam
liberꝫ arbitrium est natum seipm mouere bm actus
in quos potest de se. cum est adiutum ꝛ informatum
gratia excellentius mouet seipm. ita ꝙ cū libero ar-
bitrio sit mouens ꝛ motū. grā disponit ipm sub ra-
tione mouentis. ꝛ ꝓ tanto dicit̄ grā mouere liberuꝫ
arbitriū. quia li. arbi. grā informatū mouet seipsum.
p quē modū amor dicit̄ mouere hominē ad magna
opa facienda. Alius est modus intelligendi bm quē
liberū arbitriū dicit̄ a gratia moueri. Gratia eñ est

ſicut quedā influentia ꝓcedens a luce superna. que
semꝑ habet cōiunctionē cū sua origine. sicut lumen
cum sole. ꝛ quia semꝑ sue origini cōiungit̄. ideo non
attribuitur ei operatio rōne subiecti in quo. sed
etiā rōne subiecti a quo. Unde sicut lumen non so-
lum operat̄ cū aere. sed etiam operat̄ in ipm aerem
ratione continuationis cū suo fonte. sic ꝛ gratia nō
solum operat̄ cū libero arbitrio. sed etiā operat̄ in
liberū arbi. ꝛ liberum arbitriū mouet. Unde nō est
aliud dicere grām liberū arbitriū mouere. ꝙ grām
esse spūssancti instrumentū ad mouēdū liberū arbi-
trium. Uterqꝫ hoꝝ modoꝝ intelligendi cōueniens
est ꝛ rectus. nec vnus sine altero sufficit. Nam pri-
mus competit gratie cooperanti siue subsequenti.
Scd̄us competit gratie operanti siue preuenienti.
Gratia eñ operans liberū arbitriū ꝑuenit ꝛ mouet.
quia deus illam infundendo voluntatē hominis sa-
nat ꝛ ꝑparat. Gratia vo cooperans siue subsequens
liberū arbitriū dicit̄ mouere. quia voluntas tali do-
no gratie informata mouet seipsam. Hanc eñ poten-
tiam habet voluntas scꝫ mouendi seipsam. quia est
potentia materie nō alligata. sicut supra ostensum ē
cum de libero arbitrio agebat̄. Concedende sunt igi-
tur rōnes ostendentes ꝙ grā ad liberꝫ arbitriū com-
parari habet in rōne motoris. Ad rōnes aūt ad op-
44 positum plana est responsio ex iam dictis. Ad illō
eñ qō primo obijcit̄ de voluntate ꝙ seipsam mouet
Dicendū ꝙ hoc nō obstat. immo cōsonat ei qō dici-
tur ꝙ mouet̄ per grām. Sicut eñ voluntas mouet
seipsam ad opera nālia. sic adiuta per gratiā mouet
seipsam ad opera meritoria. Ad ꝫm alium modum
intelligendi. deus ꝑ grām mouet voluntatē. nec ta-
men hoc volūtati repugnat. quia voluntas vult sic
moueri a deo. Unde sic mouet̄ a deo ꝙ mouet̄ etiā
a seipsa. ꝛ ideo omne opus meritoriū attribuit̄ gra-
tie ꝛ libero arbitrio. Ad illud qō obijcit̄ ꝙ motor 45
distat a mobili. Dōm ꝙ illud intelligit̄ in eo motu
in quo moueri est vere pati. sicut est in motu corpo-
rali. ꝛ de eo motore qui est tota causa efficiens. ꝛ to-
ta causa motus. Talis aūt motor nō dicit̄ esse gra-
tia. ꝓ eo ꝙ nō mouet nisi sicut dispositio. vel sicut in-
strumentū. sicut prius fuit explanatum. Ad illud 46
quod querit̄ aut mouet naturaliter ꝛc. dōm ꝙ mo-
uet voluntarie nō a voluntate qua ipsa gratia sit vo-
lens. ꝫ a voluntate qua deus grām influens est vo-
lens. ꝛ a voluntate qua li. arbi. gratificatū vult mo-
uere seipm. Ad illud qō querit̄ vtrum sit motor 47
motus vel nō motus patet responsio. Illa eñ diui-
sio motoris est de motore q̄ est hoc aliquid. ꝛ est sub-
stantia. ꝛ est motor sufficiens. talis autē motor non
est gratia vt predictū est. Ad illud qō obijcitur ꝙ 48
idem manens idem semꝑ ꝛc. dicendū ꝙ illud fallit
in deo. ꝛ ideo ꝫm ꝙ deus mouet per grām. per ean-
dem grām potest excitare ad diuersa opera. Scd̄m
vero ꝙ liberū arbitriū seipsum mouet per gram ad
diuersa opera. est in ipsa cognitionis ꝛ affectōnis di-
uersitas ꝫm quas ordinari habet ad diuersa operū
genera. ꝛ ideo ꝙuis gratia nō varietur in se. mouet
tamen ad diuersa ratione variationis in motore si-
cut coniuncto sine quo non potest mouere. nunꝙ
eñ grā eligit opus meritorium nisi voluntas sibi co-
operetur.

Distinctio. xxvij. De adiutorio gratie put ꝯparat̄ ad habitū gratuitū ꝛ vsum sibi debitū.

Ic considerandū est cū predictū sit ꝛc. Supra egit mgr̄ de adiutorio gratie in se. hic vo agit de ipso in
b cōparatione. Diuidit̄ aūt ps ista in duas. In p̄ma cōparat vnam differentiā gratie ad aliā sub rōne
habitus. In scd̄a vero cōparat vnū habitū ad aliū sub rōne vsus. vsus autē gratie est meritū. Unde
cōparat p̄mo grām ꝑuenientē ad subsequentē ꝫm identitatē ꝛ diuersitatē. Scd̄o vo cōparat grām ad virtu-
tem ꝛ ad merendi efficaciā. ibi. Si vo querit̄ quō ipsa gratia ꝑueniens mereat̄ ꝛc. Et illa scd̄a ps diuidit̄ in
duas. In p̄ma pte mouet q̄ōnes ꝛ p̄mittit quedā ꝑambula ad determinationē. In scd̄a vo incipit dissolue-
re. ibi. Hic videndū est q̄d sit virtus. vbi vt cōiter assignat̄ initiū dis. xxvij. q̄ melius signaret̄ aliquantulū an
sicut signauimus. qꝛ ibi vbi signat̄ fit (sicut apparet) determinatio p̄oris q̄ōnis p̄misse. Illa igit̄ ps in q̄ sol-
uit habet duas ptes. In p̄ma soluit ad predictā q̄ōem ꝫm opinionē cōiorē. In scd̄a vo determinat ꝫm alio-
rum opinionē que min⁹ tenet̄ cōiter. ibi. Alij vo dicunt virtutes esse bonos vsus. ꝛc. Prima ps hꝫ duas. In
p̄ma mgr̄ determinat. In scd̄a epilogat. ibi. Ex p̄missis iā innotescere ꝛc. Prima ps hꝫ duas ꝫm determina-
tionē duoꝝ dubioꝝ. Primo eñ determinat illā q̄ōem qua q̄rit̄ de cōpatione grē ad virtutē. Scd̄o vo deter-
minat illā q̄ōem q̄ querit̄ de ꝯpatione grē ꝛ v̄tutis ad meritū. Primū facit ibi. Hic videndū ē q̄d sit v̄tus ꝛc.
Scd̄m facit ibi. Cū ꝫ ex grā dicant̄ esse bona. ꝛc. Subdiuisiones aūt ptiū manifeste sunt in litera.

XXVII

Comparat grām ꝑuenientē ad subsequentem ꝫm identitatē ꝛ diuersitatē. inq̄rens vtrū vna eadēqꝫ gratia que dicit̄ opans ꝛ coopans. a

b Ic considerandū est. cū predictū sit ꝑ gratiā opantē ꝛ ꝑuenientē voluntatē hoīs liberari ac ꝑparari vt bonū velit. ꝛ ꝑ grām coopantē
Questio ꝛ subsequentē adiuuari ne frustra velit. vtrū vna et eadē sit gratia. i. vnū munus gratis datū qō opetur ꝛ coopetur. an diuersa. alteꝝ opans ꝛ alteꝝ coopans.
Rº. Quibusdā non irrōnabiliter videt̄ ꝙ vna ꝛ eadē sit gratia. i. donū. eadē virtus que opat̄ ꝛ coopat̄. ꝫ ꝓpt
a diuersos eius effect⁹ ꝛ dr̄ opans ꝛ coopans. [a] Opans eñ gratia dicitur in q̄tum liberat ꝛ preparat volun-

a Operans enim gratia dicit̄ in q̄tum liberat ꝛc. Obijcitur. Gregorius in mor. distinguens gratiam ꝑuenientem ꝛ subsequentem dicit ita ꝙ gratia preueniens at-tenditur q̄tū ad bona nature. subsequēs autem q̄tum ad bona gratie. ergo si idē

tatem hoīs vt bonū velit. Coopans inq̄ztū eandē adiuuat ne frustra velit. scz vt opus faciat bonū. Ipa eñ gratia nō est ociosa. sed meretur augeri. vt aucta mereatur perfici.

Comparat gratiā ad virtutem ꝛ ad merendi efficaciam. inq̄rens q̄d sit ipsa grā. ꝛ quō meretur augeri. ꝛ de tribus generibus bonoꝝ. b

Si v̄o queratur quō ipsa grā p̄ueniens mereatur augeri ꝛ p̄fici. cū nullū meritū sit absq̄ʒ libero arbitrio. ꝛ q̄d sit ipsa grā an v̄tus an nō. ꝛ si v̄tus an actꝰ vel nō. Ut hoc apte insinuari valeat [b] p̄mittendū est tria esse genera bonoꝝ. Alia nanq̄ʒ sunt magna. alia minima. alia media. vt Aug. ait in. j. li. retracta. Uirtutes inquit q̄bus recte viuit̄ magna bona sunt. Spēs autez quorūlibet corpoꝝ sine q̄bus recte viui pōt mīma bona sunt. Potētie v̄o ai sine q̄bus recte viui nō p̄t media bona sunt. Itē virtutibꝰ nemo male vtit̄. Ceteris b

est gratia opans ꝛ coopans. videt̄ q̄ opans nō dicat̄ illa q̄ hoīs voluntatē liberat. Si forte tu dicas q̄ alio
mō accipit̄ ibi p̄ueniēs ꝛ subsequēs. tūc est q̄ō de rōne istoꝝ noīm quare scz sic noīat̄ vt dicat̄ quedā p̄ueni
ens. quedā subsequēs. q̄dā opans ꝛ q̄dā coopans. vi eñ q̄ oīs gratia sit coopans. q̄ nulla opatio debet for
me alicui p̄ se nisi cū subiecto. videt̄ etiā q̄ nulla debeat dici p̄ueniēs. Aut eñ p̄ueniēs dicit̄ cōparationem
ad actū. aut p̄ ꝯpationē ad subiectū. Si p̄ ꝯpationē ad actū sic oīs forma dicit̄ p̄ueniēs. quia oīs forma p̄cedit actū suū. Si p̄ ꝯpationē ad subiectū. sic nulla debet dici p̄ueniens. cū nulla sit ante subiectū suū. Est igitur
q̄ō cū gratia a diuersꝭ
diuersimode dicat̄. ꝛ
hmōi noīa diuersimode exponant̄. vñ hec
1 diuersitas veniat. R°
doꝫ q̄ cū grā vna sit.
multiplices tñ hꝫ diuisiōes s̄m diuersas
ꝯsiderationes. habet
eñ grā cōpari ad suū
p̄ncipium a q̄. habet
ꝯpari ad suum subiectū in quo. hꝫ nihilominus ꝯpari ad suuz
oppositū ꝯ q̄d. Habꝫ
ꝯpari ad suū effectuz
ad quē ordinat̄. Per
ꝯpationē ad suū p̄ncipiū. sic diuidit̄ grā
in grām p̄destinationis. vocationis. iustificationis. ꝛ magnificationis. Primo eñ
deus grām preparat.
niat qđ dñs pceperat Ade ꝙ đ omni ligno paradisi comedere. pceptū em̄ affirmatiuū non obligat ad semꝑ. ſ ꝓ loco et tēpore. Pōt etiam intelligi ꝙ non cōferret illū effectum vnica comestiōe [illegible] pluribus. et hoc qꝛ lignum illđ non cōferebat imortalitatē sicut causa imortalitatis principalis et effectiua. ſ sicut dispositiua. Et quēadmodū videmus in medicina ꝙ frequentata disponit ad sanitatē ad quā nō sufficienter disponeret semel sumpta. sic et in ꝓposito intelligendū ē. Et per hoc patēt q̄ obiecta sunt. ꝓcedunt em̄ ac si lignū vite eēt principale effectiuum imortalitatis. De effectu aūt istius ligni planius habitū ē supra. Hec āt dicta sufficiāt.

D intelligētiā huius ptis in qua agitur đ gratie adiutorio ſm statum nature institute. incidit hic questio circa tria. Primo querit̃ vtrū homo ante peccatū gratia eguerit. Secūdo queritur vtꝝ ante peccatū gratiā habuerit. Tercio querit̃ de quātitate gratie quā in illo statu habuit. Circa primū querūtur duo. Primo querit̃ vtrū homo in statu innocētie circūscripto dono gratie eēt đo accept⁹. Secūdo querit̃ vtrū absq̄ gratia posset exire in op⁹ meritoriū.

Questio. j. a

Utrū absq̄ dono gratie homo eēt deo accept⁹ in statu innocētie. Et ꝙ sic vī. Gen̄. j. Uidit deus cūcta q̄ fece. et erāt valde bona. ſ summo bono non pōt nō cōplacere illud qđ est valde bonū. si ḡ hoc inter ceteras creaturas inferiores pricipatum obtinebat. vī ꝙ ipē valde bonus erat. et si hoc. ḡ de⁹ illū acceptabat. Itē Sap. xj. Diligis omnia dñe. et nihil odisti eorum que fecisti. ſ homo in statu innocētie nihil habebat qđ eēt dignū odio. et totū qđ hēbat a deo factū erat. ḡ deus ipm totaliter diligebat. ſ qđ sic a deo diligit̃ ab eo acceptatur. ḡ ⁊c̃. Itē Prouer. viij. Ego diligentes me diligo. ſ homo ſm statū nature institute diligebat deū ꝓpter se ⁊ super oīa. qꝛ rect⁹ erat. ḡ vī ꝙ etiam p̄ter omnē gratiā deus eū amabat. ⁊ si hoc. ḡ deo acceptus erat. Item artifex creatus cōplacet sibi ī in oꝑe suo. et illud acceptat qn̄ ipm fabricat ſm voluntatē suam. ſ deus q̄ est summ⁹ artifex hominē formauerat ad imaginē suā. et optima rōne eū cōdiderat. ḡ vī ꝙ ex naturalibus sibi datis hō đo placebat. Itē nihil ē qđ plus faciat animā carā đo et acceptā q̄ ꝙ [illegible] tota pulcra et nulla sit in ea macula. ſ aīa Ade in statu innocētie tota erat pulcra. nulla erat in ea macula. q̄tum erat ex naturali ꝯditiōe. ḡ absq̄ omni grā supaddita deo erat accepta. Itē aut deus poterat facere aliquā creaturā ita bonam ꝙ ex puris naturalibus sibi placeret. aut non. Si nō. vī ꝙ non eēt oīpotēs. Si sic. ḡ non vī ꝙ ad hoc ꝙ natura placeat deo necessariū sit supaddi donū grē. si igit̃ homo pfecte cōditus fuit ſm exigentiā stat⁹ nature. vī ꝙ deo placebat absq̄ omni dono gratie supaddite. Sed cōtra. Heb. xj. Sine fide īpossibile ē placere đo. ſ fides est donū superadditū nature ſm ꝙ dī. j. Cor. xij. ḡ sine dono gratie nature supaddite nullus pōt placere deo. Item Sap. vij. Neminem diligit deus nisi illū qui cū sapīa inhabitat. ſ sapīa ē donum dei nature supadditū. ſm ꝙ ī. subiungit̃. ix. c. Mitte illam de celis sanctis tuis ⁊c̃. ḡ absq̄ dono gratie nature supaddite impossibile ē dei amicū eē. Item Dyo. in li. de angelica ierarchia. lex diuinitatis est inferiora ꝑ media. et media ꝑ supiora reducere. ſ media bona sunt potentie naturales. bona maxima sunt gratia et virtutes quib⁹ non ꝯtingit male vti. ḡ ſm rectā ordinē aīa non pt̄ ad deū redire nec deo placere. nisi pficiatur ꝑ dona virtutū et gratie. Itē nihil excellenti⁹ ē ſm naturā in homie q̄ ipa imago. ſ imago indi̅fns est ad hoc acceptandū et nō acceptandū. ḡ ad hoc ꝙ aliqua aīa a deo acceptetur. necesse ē vltra naturalia eē aliqđ donum nature supadditum. Itē quotiescūq̄ deus aīaȝ acceptat. eam in ꝯiugium sibi desponsat. Uñ et aīaȝ dicit sponsam suam in Cant. Sȝ q̄tūcūq̄ aliqua creatura sit excellens. semꝑ in infinitū ē deo inferior. ḡ nunq̄ digna ē in ꝯiugium assumi. nisi deus ex mera liberalitate cōdescendat. et hoc ē prestare gratiam. ḡ ⁊c̃. Itē cum deus hominē acceptat. filiū suū reputat ſm ꝙ dī Johānis. j. Dedit eis ptātem fi. dei fi. Sȝ creatura quātūcūq̄ sit nobilis semꝑ ē dei serua. ſ huius non pōt adoptari ī in filiū quin fiat ei grā. ḡ īpossibile ē ꝙ aliq̄ creatura acceptet̃ a đo sine munere grē supaddite.

R°. ad pdictoꝝ itelligētiā ē notādū ꝙ dupl̄r cōtingit dicere aliq̄d acceptari a deo. Uno mō q̄dā acceptatione generali. vt idē sit acceptare aliq̄d qđ reputare bonum. et in bono cōseruare. et hac acceptatione non tm̄ acceptat̃ creatura rōnalis. ſ etiā oē opus dei. Est etiā alia acceptatio spālis qua dī deus acceptare illud qđ dignū reputat̃ eterna beatitudīe. ⁊ tali acceptatiōe nō acceptat de⁹ nisi creaturā rōnaleȝ. Illa em̄ sola ē que ei⁹ capax et pticeps eē pōt. Hanc aūt creaturā rationalē tūc acceptat. cū cōsecrat in tēplum. et adoptat in filiū. et assumit in ꝯiugium. Nā aīe sancte q̄ deo placent. et dicunt̃ tēplū dei. et dicūt̃ filij dei. et dicunt̃ sponse dei. ſm qđ colligit̃ ex nouo et veteri testamēto. Primū genus acceptatiōis non requirit supaddi donū grē vltra ea q̄ sunt de cōditione nature. Scđm vero gen⁹ acceptatiōis nō pōt nō eē gratuitū. tū ꝓpter gratuitā dei ꝯdescensionē. tum ꝓpt̄ creature exaltationem vltra terminos siue status nature. Gratuita nāq̄ cōdescensio in hmōi acceptatione necessario requirit̃. Qꝛ em̄ deus imensus habitare velit in aīa vt in tēplo. ꝙ iterū velit seruū reputare ꝓ filio. ꝙ ancillā suā assumere velit in cōiugiū. hoc nemo dubitat eē mere grē et cōdescēsionis liberalissime. Creature etiam sublimatio in tali acceptatione vltra statum nature reꝑitur. Qꝛ enim creatura consecretur in templū. adoptetur in filium. assumatur in cōiugiū. hoc est supra naturale cōplementū omnis creature. et ideo nec cōsecratio. nec adoptatio. nec vnio aīe ad deū fit ꝑ aliquam ꝓprietatem nature. ſ ꝑ aliqđ donū gratie supadditū qđ animā cōsecret vt sit tēplū. assimilet vt sit dei filia. ꝙ faciem decoret anime vt apta sit esse dei sponsa. hec autem omnia facit gratia gratum faciens. cui est adeo iuncta dei conformitas. vt nullo modo possit deo dissimilis fieri. Adeo iuncta spūalis venustas: vt nullo modo possit deformari. et ideo reddit animam deo acceptam. Et est ratio acceptandi ſm illas tres proprietates predictas. q̄ quideȝ conueniunt ei non ſm tropum aut transsumptionem. sed ſm veritateȝ aut

ſm proprietatem. Et ſic patet q̄ homo in ſtatu in-
nocẽtie gratia gratũfaciente indiguit ad hoc vt deo
placeret. Et hec neceſſitas ſumpta eſt ex parte modi
acceptandi. Poſſet nihilominus ⁊ alia ratõ ſumi ex
parte acceptantis. Deus eñ qui omnia fecit in glori
am ſuam. ⁊ nullius indiget laude. potiſſime requirit
a creatura ratõnali honorez. Et quia honorẽ deo ex-
hibemus qñ in ipſum oĩa referimus tanq̃ in om-
nium autorem ⁊ finem. nõ decreuit deus hominez p-
ducere ad pfectõnem glorie p aliquid qd̕ ortum ha-
beret ex nature principijs. ſed p mun⁹ additum na-
turalibus. vt ex hoc homo magis deo gratus exiſte-
ret. ⁊ totius ſalutis ſue opus deo attribueret. Et ſic
patet q̄ nemo põt acceptari a deo abſq; munere gra
tie ſupaddite nature. ⁊ pcedende ſunt ratõnes ad h̄
6 inducte. Ad ratõnes xo ad oppoſitum planũ eſt
reſpondere ex his que dicta ſunt. Nã due prime au-
toritates intelligunt̃ de acceptatõne ⁊ dilectõne ſm
generalem modum. nos autem loquimur hic de ac-
ceptatione ſm moduz ſpecialem quo deus acceptat
ipſam animam vt reputet eam dignam eterna glo-
7 ria. Ad illud quod obijcit̃ ego diligentes me dili-
go ⁊c̄. Dõm q̄ illud intelligitur de dilectõne charita
tis que nõ eſt abſq; gratia. ⁊ hec plurimum differt a
dilectõne naturali qua homo diligebat deum ꝑpter
ſe ⁊ ſup omnia ſicut oſtenſum eſt ſupra diſt. iij.
8 Ad illud qd̕ obijcit̃ q̄ artifex creatus ꝯplacet ſibi
in opere. dõm q̄ iſtud eſt verum de illa generali acce
ptatõne ⁊ ꝯplacentia qua aliquis reputat aliqd eſſe
bonum. ſed de illa acceptatõne qua aliquis ſic acce-
ptat aliquid vt reputet ſe illi obligatum ad retribu-
endum aliquid magnũ. veritatem nõ habet. hãc eñ
ſolum ꝯtingit reperire circa opus diuinum qd̕ habz
libe. arbi. ⁊ circa qd̕ nata eſt eſſe laus ⁊ vituperium.
9 Ad illud qd̕ obijcitur q̄ natura inſtituta abſq; oĩ
gratia eſſet tota pulcra et ſine macula. dicendum q̄
et ſi eſſet ſine macula. non tamen eſſet tota pulchra
[illegible] pulcritudine que eſt a gratia. Pulchritudo enim
gratie eſt ſancti amoris cõciliatiua ſm q̄ dicit gloſa
ſup illud pš. Vt exhilaret faciem in oleo. glo. Gratia
eſt quidam nitor anime ad cõciliandũ ſanctũ amo-
10 rem. Ad illud qd̕ obijcitur. vtrum deus poſſet ta-
lem naturam facere q̄ eſſet ei accepta abſq; munere
gratie. dõm q̄ ⁊ ſi ipſe poſſet omnia tanq̃ omnipo-
tens. natura tamẽ non eſſet capax. vnde impoſſibili-
tas venit ex parte creature. Si eñ hoc faceret. nihil
aliud eſſet facere q̃ q̄ faceret donum gratie donum
eſſe nature. ⁊ gratiam eſſe naturam. Hoc autem im-
poſſibile eſt. cum donum gratie ſit vltra terminos na-
ture. Vñ ſicut impoſſibile eſt q̄ homo fiat a deo bea
tus p naturam q̃uis poſſit creari beatus. quia bea-
titudo ꝯſiſtit in bono qd̕ eſt ſupra omnem naturaz.
ſic etiam intelligendum eſt ⁊ in gratia. Preterea.
eſto q̄ poſſet facere. nõ tamen decreuit. q2 nõ decuit.
Et ratio hui⁹ dicta eſt. videlicet vt ex hoc diuina ſer-
uetur gloria in cui⁹ ꝑiudicium deus neminem acce-
ptat. Conſeruet̃ etiam nihilomin⁹ ipſa gratia q̄ nul-
l[illegible] modo põt nec debet eſſe ingrata. ⁊ ideo ſic dz dari
vt reputet̃ eſſe gratis data.

Queſtio. ij. b

Vtrum homo in ſtatu nature inſtitute poſſet in op⁹
meritoriũ exire abſq; dono gratie. Et q̄ ſic videtur.
Auguſt. in li. de natura ⁊ gratia. Quis neſciat ita fa-
ctum hominem vt in eo li. arbi. iuſte viuendi ꝑ poſ-
ſibilitate ⁊ capacitate ſua ꝯſtitueret̃. ħ videt̃ q̄ ex li-
bertate arbitrij naturali poſſet iuſte viuere. ergo et
opera meritoria facere. Item Dam. Manentes
in eo qd̕ eſt ſm naturam. in virtute ſum⁹. ſed opera
virtuoſa ſunt meritoria. ħ lib. arbi. in integritate ſue
nature manens abſq; oĩ gratia poterat facere ope
ra meritoria. Item dei pfecta ſunt opera. ⁊ perfe-
ctum eſt aliquid (vt vult phs) cum attingit proprie
virtuti. ħ ſi homo pfectus cõditus eſt. poterat exire
in opatõnem ꝓpter quam factus eſt. hec autem ẽ ope
ratio p quam pueniẗ ad gloriam. ħ ⁊c̄. Itez in oĩ-
bus creaturis diſtantibus a ſuo termino ad quẽ or-
dinant̃ data eſt virtus p quam poſſint ad illũ finem
peruenire. ſicut patet in igne. qui cum deorſum eſt. ſua
leuitate põt ſurſum ferri. ergo aut libe. arbi. miſera-
bilius fuit inter ceteras creaturas. aut ſi alie creatu-
re p naturam habent potentiam perueniendi ad ſuuz
finem. videt̃ multoforcius q̄ ⁊ hoc homo poſſet per
virtutem nature ante ſtatum miſerie. Item natu
ra nihil facit fruſtra. nec deficit in neceſſarijs. ħ nihil
eſt maius neceſſarium homini q̃ illud ſine quo non
poteſt beatificari. ħ cum poteſtas merendi hmõi ſit.
videt̃ q̄ hec ineſſet ei p naturaz oĩ gr̃a circũſcpta.
Itẽ circũſcpta gr̃a intelligam⁹ hoiem in ſtatu na-
ture ſeruare diuina mandata. aut igiẗ meret̃ aliqd.
aut nihil. Si nihil. ergo fruſtra operat̃. ħ fruſtra ope
rari non poteſt eſſe ſine aliqua pena. hoc autem non
poterat eſſe in natura inſtituta. Si aliquid meretur.
cum opus rectum ſit ad beatitudinem ordinatũ. vi-
detur q̄ ex puris naturalibus mereri poſſit premiuz
eternum. Contra. Ro. vj. Gratia dei vita eterna.
Et glo. Nihil aliud in nobis de⁹ coronat q̃ ſua mu-
nera. tam ex textu q̃ ex glo. colligit̃ q̄ vitam eternã
non ꝯtingit mereri abſq; gratia. Item deus nul-
lo modo indiget bonis noſtri. ħ ſi acceptat bona no-
ſtra. hoc non eſt ꝓpter aliquam ſuam vtilitatem. ſed
ſi eſt. hoc eſt p meram benignitatem. igiẗ niſi diuina
iuſticia ꝯdeſcendat [illegible] gratiaz. impoſſibile videtur q̄
reputet aliquem dignum gloria ꝓpter aliqua opera
que faciat. Item meritum ⁊ premium debent eſſe
ꝓportõnabilia. ſed natura q̃tumcunq; eminens. im-
proportõnabilis eſt ⁊ alterius generis eſt q̃ ſit bea-
titudo glorie. igiẗ impoſſibile eſt mereri gloriam per
pura naturalia. Item nobilior eſt ſubſtantia q̃
operatio. ſed deus nunq̃ acceptat hominem abſq;
munere gratie. ergo nec operationem hominis repu
tat meritoriam. niſi ꝓcedat a libe. arbi. ⁊ a. gratia.
R°. dõm q̄ non ſolummodo gratia neceſſaria eſt 11
ad merendum ſm ſtatum nature lapſe. ſed etiaz ſm
ſtatum nature inſtitute. licet ſm ſtatum nature lap-
ſe magis indigeat libẽ. arbi. dono gratie. In ſtatu nã
q; nature inſtitute neceſſaria erat gratia. tamen pro
pter conditõnem retribuentis. quoniam ipſe de⁹ bo
norum noſtrorũ non indiget. ideo nec acceptat ho-
minem propter opera. nec aliquod meritum obliga-
re poteſt ipſum ſm ratõnem dati ⁊ accepti. ideo ad
hoc q̄ aliquod bonum opus creature ad remunerã-
dum deo complaceat. neceſſe eſt q̄ ipſi⁹ gratuite bo-
nitatis influentia in operante precedat. p quam cre-
atura ipſi creatori grata exiſtat. Similiter ꝓpter con
ditõnem retributõnis impoſſibile erat libe. arbi. me
reri ſine auxilio gratie gratumfaciẽtis. ꝓ eo q̄ illud

pmiū qd merentur est beatitudo eterna. Beatitu
do aūt eterna ɔsistit in habendo eum qui est oīe et
summū bonū. ꝛ qui est super omnē nām exaltatus. ꝛ
lucem habitat inaccessibilem. ꝛ ideo impossibile est
ꝙ homo merendo ad illud summū bonū ascendat ꝛ
perueniat. nisi ꝑ aliqd adiutoriū qd sit vltra naturā.
sic eīn homo in statu nature institute absq̄ dono ḡ
tie mereri nō potuit. tū ꝓpter conditionē retribuen
tis. tum ꝓpter conditionē retributōnis. In statu vo
nature lapse nō solūmodo indiget grā ad merenduz
ꝓpter has conditōnes sed etiam ꝓpter ɔditionē ope
rantis ꝛ opatōnis meritorie. Opans eīn in statu na
ture lapse semꝑ est in peccato ꝛ dei aduersari⁹ et ini
micus. nisi a peccato releuetur per ḡtie donū. et ideo
quicqd faciat. nisi voluntas ei⁹ preueniat a grā que
deo reconciliet. nihil meret merito ɔdigni. pro eo ꝙ
dei est aduersarius ꝛ inimicus. deus autē opera non
acceptat. nisi prius acceptet personaz. sicut innuitur
Genes. iiij. Respexit dominus ad abel ꝛ ad munera
eius. prius dicit ad abel. ꝛ postea dicit ad munera.
Propter ɔditōez etiam opatōnis necessaria est gra
tia. qꝛ nulla est operatio meritoria nisi recta. ꝛ nulla
est recta nisi fiat ex recta intentōne. ꝛ nulla potest es
se recta intentōne nisi que summū bonum omni bo
no preponat. nulla aūt intentio potest hoc facere in
statu lapse nature sine dono gratie. ꝛ ꝓpterea qualē
cunq̄ vel quantācunq̄ faciat homo operatōez. abs
q̄ gratia [illegible] nō meret. quia nō pensat deus quantum.
sed ex quāto hoc faciat. Patet igit ꝙ multiplex ē ne
cessitas ḡtie ad merendū. scilicet ꝓpter ɔditiones re
tribuentis ꝛ retributōnis. opantis ꝛ bone opatiōis.
ita ꝙ hec quadruplex necessitas ɔcurrit ad statū na
ture lapse. ꝛ duplex ad statum nature institute. ꝛ hoc
est qd magister dicit in litera. ꝙ homo indigebat gra
tia operāte ꝛ cooperāte ſm statum nature institute.
licet nō ſm omnē modū grē operātis. Ad illud ḡ
12 qd obijcit in ɔtrarium de autoritate Augu. ꝛ Dam.
dōm ꝙ illud dictū est nō qꝛ potestas libe. arbi. [illegible] na
ture sit sufficiens in opus meritorium. sed qꝛ natura
bene ordinata ɔcordat cum grā. [illegible] discordat cū cul
pa. Ad illud qd obijcit ꝙ dei perfecta sunt opera.
13 dōm ꝙ est pfectio q̄tum ad esse primū. ꝛ est pfectio
q̄tum ad esse secundū. Et pfectio q̄tum ad esse secū
dum duplex est. Quedā eīn est que habet ortū a pfe
ctione ſm esse primū. sicut illa pfectio que attendit
in accidentibus que oriunt ex pricipijs subiecti. Est
alia pfectio q̄tum ad esse secundū que nō causatur
a pfectōne ſm esse primū. sed potius est supra illud.
sicut est pfectio in esse gratuito vel glorioso. que qui
dem est in nobis. nō ex nobis sed ex deo. Cum ḡ dici
tur ꝙ dei pfecta sunt opa. hoc intelligit q̄tum ad eē
primū. ꝛ q̄tum ad esse secundum qd causat ab illo.
Q̄tum aūt ad illud esse secundū qd nō causat a per
fectōne ſm esse primū veritatem nō habet. Non eīn
fecit deus oēs bonos ꝛ gloriosos. sed illos solos be
atificauit quos p̄destinauit ɔformes fieri imaginis
filij sui. hoc eīn disponit dare ꝑ merita tanq̄ bonum
laudabile. Et ratō hui⁹ assignata fuit supra. xxiiij. di.
14 Ad illud qd obijcit ꝙ alie creature possunt perue
nire in finez ad quē sunt ꝑ virtutem nature. dōm ꝙ
nō est simile. qꝛ finis creature rōnalis est summū bo
num. qd est supra omnē naturā. Finis vo aliaꝝ cre
aturaꝝ est bonum creatū qd est infra terminos na
ture. ideo creatura rationalis magis indiget dono
gratie vt possit ꝑuenire ad suū finem q̄ alie creatu
re. Ad illud qd obijcit ꝙ natura non deficit in ne 15
cessarijs. iaz patet responsio ex p̄dictis. hoc eīn intel
ligit de necessarijs que quidem attendunt q̄tuz ad
esse primū. vel q̄tum ad esse secundum. qd causat [illegible]
principijs nature. Q̄tum vo ad illud esse ſm qd est
supra naturam. necesse est naturam deficere. ꝛ tale ē
esse gratuitum ꝛ gloriosum. nullum tamen ex hoc fit
nature preiudiciuz. quia deus defectum nature sup
plet. ꝛ semper presto est cum se offert tempus ꝛ loc⁹
ɔplere ꝛ dareq̄ qd natura non poterat. Ad illd qd 16
obijcit vltimo. vtrum homo mereret aliquid vel ni
hil si faceret mandata dei ꝛc. dōm ꝙ non mereretur
aliquid de ɔdigno sed de congruo. ꝛ sic merendo dis
poneret se ad gratiam. ꝛ ideo nō operaretur frustra.
Ex p̄dictis patet quātū humana natura in statu in
nocentie eguerit grā.

Consequenter queritur vtrum homo in sta
[illegible] innocentie habuerit gratiā gratumfaciē
tem. Et circa hoc querunt duo. Primo que
ritur vtrum habuerit gratiā ante lapsum. Secundo
queritur vtrum simul temꝑe ɔditus fuerit in gratu
itis ꝛ naturalibus.

Questio. j. c

Utrum homo ante lapsum habuerit gratiam. Et ꝙ
sic videtur. Luc. x. Qui etiā expoliauerūt eum ꝛ pla
gis impositis ꝛc. Exponunt sancti et glo. ꝙ expolia
uerunt eum gratuitis. ꝛ vulnerauerunt in naturali
bus. ḡ si hoc intelligit in primo homine. primus ho
mo non tm̄ habuit naturalia sed etiaz gratuita ante
peccatum. Item Bern. Cum videret patrem no
strum oīm hoīm emulus charitate circumdatum. ꝛ
omni virtute vestitum. ꝛ hoc accepisse terrenum ho
nem. qd ipse per superbiā amisit. inuidit insatiabilis
homicida. Ex hoc igit patet ꝙ primus homo et cha
ritatem habebat ꝛ omnē virtutem. Item Adam
post soporem ꝓphetauit. sicut innuit in textu Geñ. ꝛ
in glo. hoc autem nō fuit nisi quia introductus fuit
in illo sopore in secretum celestis curie. sicut plures
dicūt autoritates. sed nulluz decebat illuc introduci
qui non haberet gratiā gratumfacientem. ergo ꝛc.
Item a deo recepit mandatum discipline. sed si il
lud mādatum seruasset absq̄ gratia. nihil meruisset.
Si igit illud mandatū datum est sibi in meritū obe
dientie. videt ꝙ deus nō dederit sibi in preceptū pre
ter gratie adiutorium. alioquin dedisset in malū. qd
nullo modo decet facere deum. Item peccatū ade
arguit fuisse maxime ingratitudinis. sed nullum do
num in via est maius grā gratumfaciente. ḡ si maior
ingratitudo fuit in pctō ade q̄ in peccato alioꝝ po
sterorū. ꝛ posteri eius post acceptum donum gratie
deum offendūt. videt ꝙ ipse ante peccatum habuit
donum gratie gratumfacientis. Sed ɔtra. de⁹ sci
ebat ipsum statim esse lapsurum. ḡ sciebat ꝙ illd gra
tie donum in nullo esset sibi vtile. sed potius esset si
bi in nocumentuz. Si igit sapiens artifex non debet
aliquid frustra facere. vel etiam qd vertat in operis
sui damnū ꝛ nocumentū. videt ꝙ nō dederit illi gra
tiam. Item adam quia iusticiā originalē habuit
quādo peccauit ꝛ voluntarie ꝑdidit. nunq̄ eam re
cuperauit. ḡ pari ratōne [illegible] habuissz donū gratie gra
tumfaciētis. nec ipse. nec aliquis posteroꝝ ei⁹ grati

am recupasset.videt ꝙ ante lapsum eam nõ habuit
Item adam habebat optima naturalia. ⁊ nullaȝ
habebat ꝓnitatem ad malum.nec difficultatem ad
bonũ.ergo si charitatẽ ⁊ gratiã habuisset.totaliter deo
adhesisset.ergo nunꝙ in pctm̃ cecidisset.sed cõstans est
ꝙ cecidit.ergo grãm ante lapsum nõ habuit. Itẽ lu-
cifer nõ habuit grãm gratũfacientẽ sicut probatum
fuit supra. si ergo adam grãm gratũfacientem habuit.
⁊ ab illa cecidit.ergo de altiori gradu cecidit ꝙ angelus.
ergo videt ꝙ peccatũ eius fuit incurabilius ꝙ peccatũ
angelicũ. si igit hoc constat esse falsum. Adam ante
peccatum nõ habuit gratie donum. Item pri⁹ de-
bet ꝓbari aliquis ꝙ in amicuȝ assumi.hoc nõ solum
verum est in amicicia humana.verum etiã in amici
cia diuina. Vñ dicit Heb. viij. Abrahã pr̃ noster ten
tatus est.⁊ [illegible] multas tribulatões ꝓbatus.dei ami-
cus effectus est. Si igit nullus habet dei grãm quin
habeat dei amiciciã.videt ꝙ ante tentatiões adã nõ
habuit grãm.sed statim post tentatões peccauit.er-
17 go nõ habuit grãm ante lapsum. Rñ. ad ꝑdictorũ
intelligentiã est notandũ ꝙ circa hoc duplex cõsue
uit esse opinio. Quidam eñ dicere voluerũt ꝙ adã
nõ habuit grãm gratumfacientẽ.ꝓ eo ꝙ nõ videtur
credibile ꝙ lapsus esset.si tale adiutoriũ habuisset.
Ad auctes aũt ⁊ rõnes respondẽt dicentes ꝙ adam
habuit multas grãs gratis datas.⁊ naturam habu-
it valde bonã.⁊ ꝓpterea sancti aliquãdo vident di-
cere ipsum habuisse gratuita ante lapsum.non quia
habuit donũ gratie gratumfacientis.sed donum gra
tie gratis date.⁊ [illegible] illud poterat tentatõni resistere.
⁊ ad grãm gratumfacientem seipsum disponere. Sȝ
qm̃ auctes sanctoꝝ expresse vident dicere de gratia
gratumfaciente.sicut patet in illis que mgr̃ adducit
in litera.⁊ huic etiã ꝯsonare videt scripture auctas
⁊ ratõnis ꝓbabilitas. Ideo est alia opinio commu-
nior ⁊ verior ⁊ ꝓbabilior quã etiam magister sustiet
in litera.scȝ ꝙ adam ante lapsum gratiã gratumfaci
entem habuit.ꝑ quam nõ solũ malo resistere.sed eti-
am in bono ꝓficere potuit.⁊ illa gratia adiut⁹ ita be
ne meruisset mandatũ dñi obseruando.sicut demeru
it transgrediendo. Hanc igit opinionem sustinẽdo
ꝯcedere possumus ratõnes que ad primã ptẽȝ indu
18 cunt. Ad illud aũt qđ obijcit in cõtrarium ꝙ de-
us sciebat statim ipsum lapsurũ.dõm ꝙ ꝓpter hoc non
debuit dimittere donum gr̃e sibi date duplici ratõne
Primo quidẽ quia simul cũ hoc ꝑsciebat ꝙ bonum
debebat de lapsu eius elicere. Scđo vero qr deus in cõ
ferendo gratiã nõ attendit futura peccata.sed idonei-
tatem ꝑsentem ad gratiã.sicut patet.cum ꝯfert gra-
tiam in tpe ꝑscitis.⁊ eis quos ab eterno reprobauit.
⁊ in vtroq̃ coꝝ ꝯmendat dei largitas et sapia.et ar-
guit hominis ingratitudo ⁊ iniusticia.in hoc ꝙ tam
a benefico ⁊ tam a benigno se auertit sine cã. Ad
19 illud qđ obijcit ꝙ nõ potuit recuperare originalem iu
sticiam quã habuit qñ peccauit.dõm ꝙ non est tota
ratio scȝ ꝙ voluntarie amisit iusticiaȝ illã. sed simul
cũ hoc facit.ꝙ iusticia originalis non tm̃ respiciebat
voluntatem deliberatiuã. sed etiã respiciebat natu-
ram institutam.grã aũt respicit ipsam voluntatẽ li-
beram vt est libera. Et qm̃ voluntas defacili vertit
⁊ reuertit.natura aũt cum corrupta est nõ sic defaci
li releuat.hinc est ꝙ magis põt recuperari grã ꝙ pri-
ma iusticia.ꝙuis vtraq̃ fuerit ꝑ peccatũ amissa. Est
⁊ alia ratio quare [illegible] recupat originalis iusticia. sed
hec manifestabit infra cum aget de originali pecca-
to. Ad illud qđ obijcit ꝙ si adam habuisset grati- 20
am ꝙ inseꝑabiliter deo adhesisset.dõm ꝙ hoc nõ opꝫ
tet.qr li.ar.habens grãm.moueri põt ꝑter gratie in-
clinationẽ.⁊ frequẽter mouet:nihil ꝯsiderans de eo
ad qđ mouet grã.vñ frequẽter ꝯtingit ꝙ homo ma-
gne charitatis inordinate afficit. ꝓ eo ꝙ nõ semper
actualiter fert in illud summũ bonũ circa qđ habet
immensuȝ desideriũ.sic intelligendũ est accidisse ipsi
ade. Quis eñ est homo habens charitatem. qui pec
caret si deum pre oculis semꝑ haberet.⁊ actu cõside
raret quantũ deus amabilis est. ⁊ quantum nephas
est ipsum offendere. Ad illud qđ obijcit ꝙ lucifer 21
nõ habuit grãm gratumfacientem.dõm ꝙ verũ est.
ex hoc tñ nõ sequit ꝙ homo peccauerit maiori ingr̃-
titudine.ꝓ eo ꝙ lucifer ꝓximior erat statui glorie.si-
mul eñ recepisset grãm ⁊ gloriã. Homo vero sic cõdi-
tus fuit vt longe ante gloriã haberet grãm.⁊ ideo põ
situs est in terra quasi longe a celo distans. ac ꝑ hoc
in transgrediendo.nec adeo cecidit de alto vt lucifer.
nec adeo fuit ingratus.nec adeo [illegible] peccatũ deprauа-
tus. Ad illud qđ obijcit ꝙ prius debet homo tẽ- 22
tari ꝙ in amicũ assumi.dõm ꝙ illud intelligit de illa
amicicia que facit deo hoiem ꝓbatum ⁊ familiarem.
ꝑ quẽ modũ dicit ipse dñs aplis Joh. xv. Vos autẽ
dixi amicos ⁊c. De amicicia autẽ large dicta hoc nõ
potest intelligi apud deũ.licet posset intelligi de ami-
cicia apud hoies.ꝓ eo ꝙ nisi deus grãm daret.in ꝓ-
bando potius reprobaret ꝙ approbaret. nõ eñ ha-
bemus vñ possumus ꝓbari a deo nisi ꝑ eius donuȝ.
non sic est aũt de homine respectu hominis.⁊ sic pa-
tet illud.

Questio.ij. b

Vtrum homo simul tempe ꝯditus fuerit in gratui-
tis ⁊ naturalib⁹. Et ꝙ sic videt ꝑ text. Geñ.j. Facia-
mus hoiẽȝ ad ima.⁊ si.nr̃aȝ. Sed sicut exponit Aug.
⁊ habitũ est supra di.xvj. Imago est in naturalibus.
⁊ siĺitudo in gratuitis.ergo [illegible] hõ factus est ad imagineȝ
⁊ siĺitudinẽ.vĩ ꝙ ꝯdit⁹ fuit siĺ in nãlib⁹ ⁊ gratuitis.
Item Eccĺ.xvij. Deus de terra creauit hoiem. Et
post.⁊ ꝭm se vestiuit illũ virtute.igit a sui ꝯditõe pri
maria virtute fuit vestitus.⁊ si hoc.redit idem quod
prius. Item Dam. Fecit deus hoiem innocentẽ.
rectũ.virtuosum.sine sollicitudine.siue tristicia.oĩ
virtute decoratum.oĩbus donis ornatum.ergo videt
ꝙ homo in gratuitis fuerit ꝯditus. Item hoc vi-
detur rõne. Deus fecit hoiem ꝙtum ad etatem ꝑfe-
ctum.⁊ ꝙtum ad ꝯditõeȝ ab exordio sue ꝯditiõis:ergo
pari rõne vĩ ꝙ fecerit eũ ꝑfectũ ꝙtum ad volũtatis
rectitudinẽ.sed volũtatis rectitudo ꝯsistit i dono gr̃e.
ergo vĩ ꝙ donũ gr̃e habuerit in initio sue ꝯditõnis.
Item ad hoc ꝙ alicui det grã.requirit diuina li-
beralitas.⁊ recipientis idoneitas.sed deus in ꝑmor-
dio cũ adam ꝯdidit liberalissimus erat. ⁊ adaȝ a sue
ꝯditõnis primordio ad suscipiendam grãm idonei-
tatem hẽbat.ergo ab ipso ꝯditõis primordio de⁹ ei grãȝ
ꝯferebat. Sȝ ptra. Aug. dicit hõ in sue ꝯditõis ꝑ-
mordio habuit vñ posset stare.sed [illegible] vñ posset ꝓfice-
re. Item mgr̃ dicit supra di.xxiiij. Poterat hõ per
auxiliũ gr̃e creatoris resistere malo.sed nõ ꝓficere bo-
num.sed si habuisset gratiã gratumfacientem ab exor-
dio creatõnis.potuisset vtrũq̃.ergo [illegible] non potuit perfi-

cere ꝑ bonū. pȝ ꝛc. Item magis ꝯuenit gr̃a cū glo
ria q̄ȝ natura cū gr̃a. ſ in hoīe gratia p̄cedit gloriam.
ḡ pari rōne imo multofortiori natura p̄ceſſit tempo
re donū gratie. Item ꝑ gr̃am fit mr̃imoniuȝ inter
deū ⁊ aīam. ſ lex mr̃imonij eſt vt non fiat abſq; mu-
tuo ꝯſenſu. ḡ videtur ꝙ nulli adulto gr̃a debeat dari
niſi p̄cedat ꝯſenſus. ſi ḡ adam prius fuit q̄ȝ cōſentire
poſſet. ḡ nō habuit ſimul naturā ⁊ gr̃aȝ. Item do-
num gr̃e infructuoſum eſt niſi a deo recognoſcat̃. ne
mo eīn in ſe gr̃am reſeruare pōt. niſi ꝑ illa deo grat⁹
exiſtat. igit̃ ſi magis tenet rōnem gratuiti qḋ eſt na-
turalibus ſupadditū q̄ qḋ eſt naturaliter inditum.
⁊ donum gratie eſt mere gratuitū. ḡ videt̃ ꝙ non ab
ipſa creatōne. ſ poſt donū gr̃e fuerit homini collatū.
23 Rn̄. ad p̄dictoꝝ intelligentiā eſt notandū ꝙ circa
hoc duplex fuit opinio. Quidā nanq; dicere volue-
runt ꝙ hō fuit creat⁹ nō ſolum in naturalib⁹. veruȝ
etiam in gratuitis. tum ꝓpter dei liberalitatē. tū etiaȝ
ꝓpter hoīs idoneitatē. Sȝ qr̄ ſanctoꝝ auct̄es vidē-
tur ſonare ꝯtrariū. Ideo eſt alia opinio cōior ⁊ ꝓba
bilior ꝙ hō prius tempe habuit naturalia q̄ haberet
24 gratuita. Vn̄ ſm hanc in ſtatu innocentie diſtinguū
tur duo tp̄a. qḋdam eīn fuit tp̄us in quo tm̄ habuit
naturalia. quoddā vo in q̄ habuit ⁊ naturalia ⁊ gra-
tuita. Scḋm diuerſitatē hui⁹ duplicis tp̄is diſſoluit̃
apparens ꝯtrarietas in auct̄ibus ſanctoꝝ. Nā que-
dam videnẗ dicere ꝙ hō habuit gr̃am. quedaȝ vo ꝙ
25 nō. ⁊ vtreq; verū dicūt ꝑ diuerſis tp̄ibus. Rō autem
quare dn̄s voluit p⁹ naturalia dare gr̃am cuȝ poſſet
dare ſimul. ſumit̃ ex triplici ordine. vicȝ ab ordine ſa
pientie. bonitatis. ⁊ iuſticie. Ordo ſapīe hoc require-
bat. vt ſicut eſſe gratuitū eſt alteri⁹ generis q̄ eſſe na
turale. ſic in diuerſis tp̄ibus homini cōferret̃. ⁊ ſicut
elemēta mundi prius tp̄e fuerunt creata ⁊ diſtincta
q̄ ornata. ꝓpter ordinē ſapīe ꝯmendandū. ſic etiam
fieret circa hoīem qui eſt minor mund⁹. Ordini etiā
bonitatis hoc ꝯpetebat. hoc eīn ordine dicit̃ aliquid
ordinari in ſuū finem. tūc igit̃ gratia homini ordina
te dat̃. qn̄ dat̃ ei ſm ꝙ eſt vtilior ⁊ fructuoſior. Tan
[illegible] aūt gr̃a dei eſt nobis vtilior ⁊ fructuoſior. quanto
ꝓ ea deo gratioſiores exiſtim⁹. ⁊ ideo ſic debuit dari.
vt ex ipſo ordine dandi cognoſceret̃ donuȝ illud eſſe
gratuitū. ꝓpterea nō fuit a creatōne indita. ſ nature
iam ꝑfecte ⁊ ꝯſtitute fuit ſupinfuſa. Ordo etiā iuſti-
cie hoc requirebat. De⁹ eīn ſm legē cōem requirit ali
quam diſpoſitōeȝ ⁊ p̄paratōeȝ a parte noſtra ad hoc
ꝙ infundat alicui gr̃am. ſiue eo cui infundit. vt i ad-
ulto. ſiue in alio adiuuante ſm ꝙ ꝯtingit in puulo. ⁊
ideo gratia nō fuit homini ꝯcreata. ſ dilata fuit quſ-
q; homo ꝑ actū ⁊ vſum rōnis quodāmodo ſe diſpo
neret ad illam ſuſcipiendā. vt ſic verificaret̃ illḋ Au
guſti. in primo homine. qui creauit te ſine te. non iu-
ſtificat te ſine te. Patet igit̃ ꝙ multiplex ordo ſ exi-
gebat vt homo prius fieret in naturalib⁹. q̄ donis ḡ
tuitis ornaret̃. ⁊ ꝯcedende ſunt ratōnes q̄ hoc oſten
26 dunt. Ad illud qḋ obijcit̃. Faciam⁹ hoīeȝ ad ima-
ginem ⁊ ſimili. ꝛc. dōm ꝙ ſimilitudo attendit̃ ibi in
gratuitis gratis dat̃. Vel dōm ꝙ de⁹ dr̄ feciſſe homi
nem ad ſuam imaginem ⁊ ſimilitudinē. nō quia ſta-
tim cum dedit imaginem. ſimul etiam dederit ſimili
tudinem. ſed quia alterum dedit ſcȝ imaginem. et ad
alterū habilem fecit. vicȝ ad ſimilitudinē. quā poſt-
modum ꝑ loco ⁊ tempe ei dedit. Unde quantum eſt
ex vi verbi nō pōt ꝯcludi ꝙ ſimul ⁊ ſemel fuerit i ho-
mine imago dei ⁊ ſimilitudo. Et ꝑ hoc patet reſpon-
ſio ad duas auct̄es ſequentes. Eccle. vicȝ ⁊ Dam̄. qr̄
ſic intelligunt̃ nō quia deus ſtatim vt hominē cōdi-
dit virtute veſtiuerit ⁊ ornauerit. ſed qr̄ tūc diſpoſi-
tum fecerit. ⁊ nō longo poſt tempe ꝯpleuit. Ad il- 27
lud qḋ obijcit̃ de ꝑfectōne etatis ⁊ cognitōnis. dōm
ꝙ nō eſt ſimile. qr̄ ꝑfectō etatis et cognitōis nō tātū
elongat̃ a ꝑfectōne nature ſicut ꝑfectio gratie. Un-
de homo [illegible] vim nature ſibi inditam pōt ꝑuenire ad
ꝑfectam etatem ⁊ ꝓficere ad cognitōeȝ. ſed nunq̄ po
teſt ꝑ ſe homo in habitū gratie. niſi de⁹ infundat me
ra ſua benignitate. Ad illud qḋ obijcit̃ ꝙ hō erat 28
idoneus. ⁊ deus erat liberaliſſimus. dōm ꝙ de⁹ ma-
iorem idoneitatem expectabat. que quidē ꝯpeteret
ordini ſapīe. ⁊ bonitati. ⁊ iuſticie. ſicut pri⁹ oſtenſum
eſt. ⁊ ideo nō ſtatim gratiā dedit. ſed diſtulit. ꝓ eo ꝙ
deus ſic opatur liberaliter. vt tm̄ ſua liberalitas non
excludat ſapīam nec iuſticiaȝ.

Conſequenter q̄ͭum ad tercium articulum
querit̃ quantā gr̃am primus homo habue-
rit. Et primo eſt qō de quantitate gr̃e primi
hominis q̄ͭum ad donoꝝ multitudinē. Scḋo queri
tur q̄ͭum ad donoꝝ magnitudinem.

Queſtio. j.

Utrum homo habuerit tot virtutes an̄ lapſuȝ quot
habuit poſt lapſum. Et ꝙ ſic videt̃ primo ꝑ Dama.
dicentē ꝙ de⁹ fecit hoīem omni virtute circūdatum.
⁊ omnibus bonis ornatū. ḡ nō videt̃ ꝙ aliquis ha-
bitus virtutis q̄ ſit in nobis deeſſet eidē. Item ex
ꝑte cognitōnis. Non cognoſcim⁹ plura q̄ adam co-
gnouit. nec plures in nobis habem⁹ ſcientias. ḡ pa-
ri ratōne ex ꝑte affectōnis nō videt̃ ꝙ plures in no-
bis habeam⁹ habitus virtutū q̄ habuit primus ho-
mo. Item ꝯnexio eſt in virtutib⁹. ſicut ſancti di-
cunt ⁊ ſuo loco oñdet̃ in tercio. ḡ ſi adam habuit ali
quā virtutē. neceſſe fuit ꝙ oēs habuerit. ḡ tot habu
it quot nos habem⁹. Item aut aliquā virtutē ha
bemus quā non habuit adam. aut non. Si nō. ḡ tot
virtutes habuit quot nos habemus. Si ſic. aut ergo
illius virtutis fuit adam capax. aut nō. Si nō. ḡ vide
tur ꝙ ꝑ peccatum creuerit in nobis boni capacitas.
qḋ abſurdū eſt dicere. Si ſic. cum deus daret gratiā
ade ſm capacitatē ſuam. videt̃ ꝙ omnē virtutē quā
nobis ꝯfert poſt lapſum. ⁊ ipſi ade ꝯtulerit ante la-
pſum. Sed ꝯtra. virtus fortitudinis ꝯſiſtit in ꝑpeſſi
one terribiliū. ſed in adam in ſtatu innocentie nō po-
terat eſſe talis ꝑpeſſio. ḡ nec fortitudo. Item tem-
perantia ꝯſiſtit in coercendis prauis carnis paſſio-
nib⁹. ⁊ tales nō poterāt reꝑiri in natura inſtituta. er
go nec tꝑantia. Item pn̄ia ꝯſiſtit in deteſtatōe ma
loꝝ ꝑpetratoꝝ. ſ nullo mō ꝯtingebat in ſtatu inno-
centie de malis ꝯmiſſis dolere. ḡ tūc nō poterat eē in
homine virt⁹ pn̄ie. Item q̄ hȝ donum ꝑſeuerātie
nō cadit a iuſticia. ſ adā a iuſticia cecidit. ḡ ꝑſeuerā-
tiā n̄ habuit. Hanc aūt multi hn̄t in ſtatu nature la-
pſe. ḡ non oēs virtus que nūc eſt. fuit in ſtatu inno
centie. Rn̄. dōm ꝙ cum ſit ꝯpatō multitudinis do
norum gratie ad ſtatum nature lapſe. et ſtatum na- 29
ture inſtitute. hoc pōt intelligi vel de donis gr̃e gra-
tis date. vel de donis gratie gratum facientis. Si in-
telligatur de donis gratie gratis date. ſic ſe habent ſi-
cut excedentia et exceſſa. pro [illegible] ꝙ aliqua dona gra-

tie gratis date habuit adam in statu illo. vtpote im-mortalitatem ⁊ impassibilitatem. que nõ habuit ali-quis posterorum eius. ⁊ aliqua dona gratie gratis date habent posteri sui que ipse nõ habuit. sicut gratiã sa-nitatũ. ⁊ operatiões virtutũ. ⁊ genera linguarum. ⁊ consi-milia. Ratio autem huius diuersitatis venit ex hoc. ꝙ alia dona expediebant illi tempori. ⁊ alia competunt isti. Si autẽ loquamur de donis gratie gratum facientis. sic quia illa dona connexionem habent quantum ad habi-tus ⁊ quantum ad actus qui perfectõnis sunt. sic conceden-dum est. ꝙ in equali multitudine fuerũt in primo ho-mine in qua reperiunt̃ in eius posteritate. Hoc dico quantum ad habitus ⁊ quantum ad actus qui perfectionis sunt. sicut ratões ad primam partem inducte osten-dunt. Quantum vero ad actus qui habent imperfectõnem annexã. non contingebat virtutes secundum statum illum in adam ponere. Et per hoc patet responsio ad tria obie-cta. quorum est vnũ de fortitudine. alterũ de temperan-tia. ⁊ tertiũ de penitentia. que oĩa procedũt secundum actus habentes imperfectõnem aliquam annexã. que quidem imperfectio nõ competit alijs virtutibus secundum omnem sta-tum. sed solum secundum statum presentis miserie. Ad il-

30 lud aũt qd obijcit̃ de perseuerantia. dicendum ꝙ perseueran-tia vno modo dicit̃ propositum perseuerandi in bono. ⁊ hoc modo est virtus. vel dispositio consequens virtu-tes inseparabiliter. Alio modo perseuerantia est continua-tio in bono vsque in finem. ⁊ sic nõ dicit habitum. sed potius dicit statum. ⁊ hũc primus homo nõ habuit. ex hoc tñ nõ sequit̃ ꝙ aliqua virtute caruerit pro eo tempore quo in gratia permansit. Si quis aũt querat cu-iusmodi actus habuerũt virtutes in primo homine qui imperfectõnem habent annexã in actibus suis secundum statum nature lapse. dicendum ꝙ actus illi in statu inno-centie plurimũ conformes erant actibus quos in patria virtutes sunt habiture. cuiusmodi aũt sunt isti deter-minat magister in tertio li. dis. xxxiij. ⁊ ibi suo loco deter-minabitur.

Questio. ij. F

Utrum dona gratuita fuerint eque magne efficacie in homine ad merendũ ante lapsum sicut sunt post lapsum? Et ꝙ fuerũt maioris efficacie tũc quam nunc vi. Quãto perfectior ẽ cognitio. tanto perfectior ẽ dilectio. ⁊ quãto maior ẽ dilectio. tãto opus nostrum est deo accepta-bilius. Prima propositio patet per illud. ꝙ quantũ cognoscis tantũ diligis. Si ergo in adam secundum statum innocentie clarior fuit cognitio. videt̃ ꝙ charitas ad merendum fuerit efficacior. Item albius est qd est nigro impermixtius. ergo magis est meritoriũ qd minus habet in se demeritorio. sed oĩa merita nostra quodãmodo permixta sunt culpe. secundum illud Esa. lxiiij. Omnes iusticie vestre si-cut pannus menstruate. Si ergo in adam secundum statum in-nocentie merita oĩno fuissent impermixta culpe. vide-tur ꝙ secundum statum illũ dona gratuita erant multo ma-ioris efficacie. Item meritum est cum gratia et li. arbi. quanto igit̃ libe. arbi. magis gratie obedit. tan-to gratia efficacius in actum suum exit. sed tũc natu-ra magis erat obediens gratie quam nũc cum est corru-pta. ergo tunc dona gratuita erant ad merendũ efficaci-ora. Item amor visibilium ⁊ sollicitatio circa ter-rena impedit hominem ne iungat̃ deo perfecte. si igitur in statu primo nulla vigebat in homie concupiscentia. videt̃ ꝙ deo perfectius ⁊ diuturnius adherebat. et ita magis ad merendũ dispositus erat. Sed contra. ij. Thi-mo. ij. Non coronabit̃ nisi qui legiti. cer. sed magis im-pugnat̃ homo secundum statum nature lapse quam secundum statum nature institute. ergo si has pugnas vincit. gloriosius tri-umphat. ⁊ si gloriosius triumphat. maiorẽ meretur coronã. ergo ⁊c. Item philosophus dicit ꝙ ars ⁊ virtus ẽ cir-ca difficilia. ergo si hoc per se verũ est. quãto actus virtutis est difficilior. tanto virtuosior. ⁊ quãto virtuosior. tã-to ad merendũ efficacior. si ergo maior est difficultas in perficiendis diuinis mandatis nũc quam esset in statu na-ture institute. videt̃ ꝙ maior sit merendi efficacia. Item si homo stetisset. aut xpus nõ esset incarnatus. aut si esset incarnatus. nunquam esset passus. sed christus sua passione nõ sibi meruit sed nobis. et tam merita nostra quam sacra efficaciam habent a passione et eius fide. si igit̃ inter oĩa quecunque deo placere possunt hoc fuit deo acceptissimũ ꝙ xpus se obtulit hostiam deo ⁊ patri. ⁊ inde sumũt efficaciã merita nostra. ⁊ il-lam efficaciam nõ habuissent merita in statu nature institute. ergo videt̃ ꝙ nõ essent efficaciora. Item na-tura non deficit in necessarijs. vt dicit philosophus. sed si hoc est verum in natura creata. multo magis verum est in natura increata. ⁊ si diuina prouidentia non deficit hobus de quibus minus cura est. ergo multo minus nec deficit hominibus. sed natura humana magis indiget adiuuari quam indigeret ante lapsum. ergo videt̃ ꝙ nũc deus det homini fortius ⁊ efficacius adiutoriũ. si igi-tur efficacia meritorum attenditur secundum magnitudinem charitatis ⁊ gratie. videt̃ ꝙ nunc dona gratuita in me-rendo sint maioris efficacie. Respondeo. dicendum ꝙ efficacia 31 meriti principaliter ex tribus venit. videlicet ex diffi-cultate operis. ex promptitudine voluntatis. ⁊ ex ma-gnitudine charitatis. Difficultas operis multum fa-cit ad meritum. et adeo facit vt homo qui est multo minoris charitatis quam angelus. possit mereri vt perue-niat ad sublimitatem angelicam. secundum ꝙ colligitur ex illo qd dicit̃ Math. xj. de Johãne baptista. Qui mi-nor est in regno celorũ maior est eo. Non enĩ est du-bitandum quin Johannes sit exaltatus ad ordines excellentium angelorum. ⁊ tñ secundum statũ vie minoris ca-ritatis erat quam aliquis eorum. Promptitudo etiã vo-luntatis plurimũ facit. sed voluntas prompta secundum illud qd habet. accepta est ad meritum. Quantumcũque enim sit in homine gratia. nisi sit voluntas gratie consenta-nea. nunquam eliciet opera meritoria. et quanto magis voluntas gratie subiacet ⁊ conformatur. tanto magis homo in operibus meritorijs exercet̃. Magnitu-do charitatis est principalior inter omnia que faciũt ad meritum. quia secundum illius quantitatẽ attendit̃ re-muneratio premij substãtialis. Pondus enĩ amoris est qd dat valorem operibus meritorijs. Si igit̃ fiat comparatio efficacie merendi in donis gratuitis secundum sta-tum post lapsum. ⁊ secundum statum ante lapsum. respon-deri põt ꝙ quantum ad primam conditõnem. videlicet quan-tum ad difficultatem: efficaciores sunt virtutes nũc quam tũc fuerunt. Nũc enĩ magis impugnatur ⁊ impu-gnando probatur ⁊ examinat̃ virtus quam tunc. sicut pa-tet in sanctis martyribus. Et sic procedunt rationes ostendentes dona gratuita ad merendum esse nunc efficaciora. Quantum autem ad secundã conditõnem scilicet quantum ad promptitudinem voluntatis. efficaciores fu-issent virtutes in merendo tunc quam nunc. pro eo ꝙ vo-luntas tunc quasi continue fuisset in bonis operibus deo placentibus sine retardatõne. nunc autem sive ex lassitudine. siue ex surreptõne frequenter cessat a bo-nis operibus. ⁊ intendit aliquando rebus nociuis.

aliquando inutilibus. tum ꝓpter difficultatem ad bonum. tum ꝓpter ꝓnitatem ad malum. Et q̄tum ad hanc ꝯditōnem ꝓcedunt rationes ꝓbantes ꝙ dona gratuita in statu nature institute fuissent ad merendum efficaciora. ꝛ ꝑ hoc patet responsio ad vtrāqꝫ ꝑtem. ꝓcedunt enī ꝫm diuersas vias ꝫm quas se habent dona gratuita in merendo sicut excedētia ꝛ excessa. ꝛ reperiꝰ in eis ꝫm diuersas cōditōes maior et minor efficacia. ꝛ sic nulla est inter rationes illas repugnantia. Utreqꝫ enī verū ꝯcludunt ꝫm diuersam

52 viam. Si aūt queraꝰ vlterius de maioritate efficacie q̄tum ad terciā ꝯditōnem. tunc respondendū est ꝙ aut fit ꝯparatio ꝑticularis ꝑsone ad ꝑticularē ꝑsonam. aut status ad statum. Si primo modo. dōm est ꝙ se habent sicut excedentia ꝛ excessa. Satis enī ꝓbabiliter credi pōt ꝙ aliqui sunt qui habent maiorem gratiā aliquibus qui fuissent in statu innocētie si adam stetisset. alij vō minorem aliquibus. sicut dici ꝯsueuit cum ꝯpatur status legis scripte ad statū legis euangelice. Si aūt ꝯpetur generaliter statꝰ ad statū. tūc non videꝰ vsqꝫquaqꝫ certum in quo statu dominꝰ homini maius munus charitatis ꝛ gratie tribuisset. ꝓ eo ꝙ ꝫm diuersas ꝯditōnes reperiꝰ maior ꝛ minor idoneitas in homīe suscipiente. Et qđ plus est. magnitudo gratie distribute plus attēdiꝰ ꝫm distinctōnem distribuentis que cognitōnē nostrā latet. Hec enī pars ꝓbabilior videꝰ ꝛ magis autoritatibus ꝯsonat. vt dicamꝰ ꝙ deus maiora munera gratie elargitus est homini lapso q̄ dedisset homini si in statu innocentie ꝑmansisset. tum quia homo maiori adiutorio gratie indiget. tū etiam quia decet deū de malo maius bonum elicere q̄ sit illud bonum quod adiuuando malum nocet. tum etiam quia mediator ꝛ intercessor ꝓ nobis interpellat quem decet exaudiri in omnibus ꝓ sua reuerentia. Unde cum appareat vultui dei semꝑ interpellandū ꝓ nobis. ꝛ ꝓ nobis in cruce oblatus fuerit. ꝛ quotidie offeraꝰ. valde ꝓbabile videꝰ ꝙ maius munꝰ gratie tribuaꝰ nobis q̄ si ipse nō fuisset incarnatꝰ vel ꝓ nobis oblatus. Et hoc expresse videꝰ innui Joh. vij. cum diciꝰ ꝙ spūs nondum erat datus. qꝛ ihesus nondū erat glorificatus. Qñ cum ascendit in altū tūc dedit dona hominibꝰ. Ex hac igiꝰ triplici ratōne quarū vna est in ꝯmendatione misꝰdie. ꝛ scđa in ꝯmendatōne sapientie. ꝛ tercia in ꝯmendatōne diuine iusticie. satis rationabiliter colligiꝰ ꝙ nūc magis sint efficacia dona gratuita ad merendum q̄ in statu innocentie. nō solum ratōne difficultatis. verū etiam ratōne gratie ꝛ charitať. q̄uis non absurde dici possit ꝙ maior efficacia erat tūc q̄ nunc ratōne promptitudinis voluntatis. Et hac via ꝓcedunt rationes que ad primam ꝑtem inducūtur. sicut patet intuenti. aliter enī nō cogunt.

Nam illud qđ primo obijciꝰ ꝙ maior erat tūc dilectio. qꝛ maior cognitio. dōm ꝙ verum est de dilectione ꝫm ꝙ se tenet ex parte gratie animā eleuantis. 53

Et si obijciaꝰ ꝙ vtraqꝫ ꝯmensuraꝰ cognitioni. dōm ꝙ illud nō est verum de omī cognitōne. sed de cognitione experimentali. hec aūt non magis viguit in ꝑmo parente. q̄ in viris sanctis qui fuerūt ꝛ sunt in statu nature lapse. 54

Ad illud vō qđ obijciꝰ ꝙ meritum erat magis impermixtum in statu innocentie. dōm ꝙ hoc venit ex hoc ꝙ voluntas nō est ita ꝓmpta ꝓpter grauitatem carnis ꝯiuncte. ꝛ ꝓnitatem ꝯcupie contracte. ꝛ ratio illa ꝓcedit ex ꝑte ꝓmptitudinis voluntatis. similiter ꝛ due ratōnes sequentes. 55

Distinctio. xxx. quid sit originale pctm̄ qđ a pctō primorū parentū fuit causatum.

In superioribus insinuatum est ꝛc̄. Pars ista in qua magister determinat de hominis lapsu diuisa fuit in tres ꝑtes ꝫm triplicem differentiā corruptōnis peccati. in quarū vna ꝑsona corrumpit naturam. in altera vō natura ꝑsonam. in tercia vō ꝑsona corrumpit seipsam. Et prima quidem cōsistit in peccato primi parentis. scđa in peccato originali. ꝛ tercia in peccato actuali. Prima igitur parte determinata. aggrediꝰ hic magister ꝑtem scđam. Diuidiꝰ aūt pars ista in ꝑtes quatuor. In quarū prima determinat quid sit originale pctm̄. In scđa vō qualiter traducaꝰ. infra dis. xxxi. Nūc superest inuestigare ꝛc̄. In tercia vō qualiter deleaꝰ. infra di. xxxij. Qm̄ supra dictū ē pctm̄ originale esse vitiū ꝛc̄. In quarta vō determinat. vtrum pctm̄ originale multiplicetꝰ ꝛ intendaꝰ ꝑ peccata parentū primorū. s. di. xxxiij. Predictis adijciēdū est ꝛc̄. Prima ꝑs que ꝑtinet ꝑsentem di. diuidiꝰ in tres ꝑtes. In prima ponit ꝑtem ꝓhemialem. In secunda determinat ꝓpositum principale. ibi. Hic primo videndū est ꝛc̄. In tercia determinat quandā incidentē dubitatōnem de veritate humane nature. ibi. Ad hoc aūt ꝙ dixīmꝰ in adam fuisse ꝛc̄. Prima ꝛ tercia ꝑte remanente indiuisa. media ꝑs diuidiꝰ in tres. In prima inquirit vtrū pctm̄ primorū parentū sit originale vel actuale In scđa supposito ꝙ sit originale. inquirit vtrū sit pena vel culpa. ibi. Qđ diligēter inuestigandū est quid sit ꝛc̄. In tercia inquirit vtrū sit ꝯcupia vel alia culpa. ibi. Nūc superest videre quid sit illud pctm̄ ꝛc̄. Harum autem partium subdiuisiones in litera plane sunt.

Ponit ꝑtem ꝓhemialē ostēdens ꝙ ꝑ adā peccatum ꝛ pena transijt in posteros. a

XXX.

In supiorib' insinuatū est licet ex ꝑte (nō enī ꝑfecte sufficimꝰ exponere) q̄liter primus homo deliquerit. ꝛ quā ꝓ pctō penam subierit. quibꝰ adijciendū est pctm̄ simul ac penā ꝑ eū trāsisse in posteros. sicut aplūs ośdit inquiēs. Sicut ꝑ vnū hoīem pctm̄ in hūc mundum intrauit. ita in omēs hoīes mors ꝑtransijt. Ro. v.

Determinat ꝓpositum principale. ośdens vtrum illud pctm̄ fuerit originale. vel actuale. b

Hic ꝑmo videndū est qđ fuit illud pctm̄. originale scꝫ an actuale. ꝛ si de originali intelligaꝰ. ꝯsequenter quid sit originale pctm̄. et q̄re dicaꝰ originale. et quō ꝑtransierit vel ꝑtranseat in omēs diligēter inuestigandū est. Quibusdā placuit de pctō actuali ade illud accipe, asserentibꝰ hoc aplm̄ sensisse cum inferat

us ait. Sicut p inobedientiaȝ vnius hoīs pctōres constituti sunt multi. ita ꝛc. Euidenter inquiūt etiam ipso noīe exprimit aplus pctm̄ qd p vnum hominem intrauit in mundū. scȝ inobedientiam. Inobedientia vo peccatuȝ actuale est.

Quō pctm̄ intrasse in mundū dicunt. c

Hoc aūt dicūt intrasse in mundū nō traductōne originis. ſ similitudine pua ricatōnis. omnesq̄ in illo vno peccasse dicunt. quia omnibus ille vnus peccandi exemplū extitit. Hoc male senserūt quidam heretici qui dicti sunt pelagiani. De quibus Aug. in li. de baptismo puuloꝝ ꝯmemorat dicens. Scienduȝ est inquit hereticos quosdā qui noīati sunt pelagiani dixisse pctm̄ prime transgressionis in alios hoīes nō ꝓpagatōne ſ imitatōne transisse. vn̄ etiā i puul' nolunt credere baptismū solui originale pctm̄. qd in nascentibus nullum esse oīno ꝯtendūt. ſ eis dicit'. qꝛ si apl's pctm̄ imitatōnis nō ꝓpagatōnis intelligi

Sap. ij. voluisset. eius principē nō adam ſ dyabolū diceret. De q̄ in li. Sap. dr̄. Inuidia dyaboli mors intrauit in orbem terraꝝ. Et qꝛ nō vult intelligi hoc esse factum ꝓpagatōne ſ imitatōne. ꝯtinuo subiūxit scriptura. Imitantur aūt euȝ q̄ sunt ex pte ipsius. Imitant' quidē adam quotq̄t p inobedientiaȝ transgrediunt' mandatū dei. Sed aliud est qd exempluȝ est voluntate peccantibus. aliud qd origo est cum pctō nascentibus. Non est igit' accipiendum pctm̄ ade transisse in oēs imitatōnis tm̄ exemplo. sed ꝓpagatōnis ꝛ originis vicio.

Hic apit illud esse pctm̄ originale quod transit in posteros. d

Et est illud pctm̄ originale. vt aperte Aug. testat' qd adam transiuit in omnes p eius carnē viciatā ꝯcupiscentialiter generatos.

Supposito ꝙ pctm̄ primoꝝ pentū sit originale. inquirit vtrū sit pena vel culpa. e

Quorundā de originali pecca to opinio

Qd diligēter inuestigandū est. qd sit. De hoc em̄ scti doctores sub obscuritate locuti sunt. atȝ scolastici doctores varia senserūt. Quidam em̄ putāt originale pctm̄ esse reatū pene ꝓ pctō pmi hoīs. i. debitū vel obnoxietateȝ q̄ obnoxij ꝛ addicti sumus pene tpali ꝛ eterne ꝓ primi homīs actuali pctō. qꝛ ꝓ illo vt aiūt omnibus debet' pena eterna. nisi p grām liberent'. Iuxta hoꝝ sentētiam optet dici originale pctm̄. nec culpam esse nec penā. Culpā nō esse ipsi fatentur. pena q̄ȝ ſm eos esse nō pōt. Quia si debitū pene originale pctm̄ ē. cū debitū pene nō sit pena. nec originale pctm̄ ē pena. Qd etiā quidā eoꝝ admittunt. dicētes in scriptura originale pctm̄ sepe noīari reatū. ꝛ reatū ibi intelligūt (vt dictū ē) obnoxietatē pene. ꝛ ea rōne asserit pctm̄ origiale dici eē in puulis. qꝛ puuli ꝓ illo primo pctō rei sunt pene. sicut ꝓ pctō iniq̄ pntis aliquādo exulant filij ſm iusticiam fori.

Qꝛ originale pctm̄ est culpa autoritatibus ꝓbat. f

Exo. xiij. Sȝ ꝙ originale pctm̄ culpa sit. pluribus scōrꝝ testimonijs edocet' sup Exodi.
Greg. vbi dr̄. Primogenitū asini mutabis oue. Greg. ait. Oēs in pctis nati sumus ꝛ ex carnis delectatōne ꝯcepti culpā originalē nobiscū traximus. Vn̄ ꝛ voluntate nr̄a pctis implicamur. Ecce culpā origialē dixit nos trahē. Vn̄ ꝯstat originale pctm̄ culpā eē.

Aug. Aug. q̄ȝ in li. de natura ꝛ grā. de h eodē sic ait. Oēs
Ro. iij. (vt ait apl's) peccauerūt. vtiq̄ vel in seipis vel in adā. qꝛ sine pctō nō sūt. vel qd originalr ꝯtraxerūt. vel qd malis moribus addiderūt. Pctm̄ em̄ primi hominis nō solū ipm. ſ oē necauit genus hūanū. qꝛ ex eo dānatōeȝ sil' ꝛ culpā suscepimus. Idem sup ps. l. Qd de corpe mortuo seminat'. cū vinculo pcti origi

Ps. xxxvij. nalis nascit' ꝛ mortis. Ideo igit' se in iniq̄tatibus ꝯceptū dicit dauid. qꝛ in omnibus trahit' iniquitas ex adā ꝛ vincl'm mort'. Nemo em̄ nascit'. nisi trahēs penam ꝛ meritū pene. Meritū aūt pene pctm̄ ē. Ois ḡ q̄ nascit' p carnis ꝯcupiscentiā. pctm̄ trahit. Pctm̄ itaq̄ originale culpa ē quā oēs ꝯcupiscentialit' ꝯcepti trahunt.

In ecclesiasticis dogmatibus. Vnde in Eccle. dogmatibus scriptum est. Firmissime tene ꝛ nullatenus dubites omnem hominem q̄ per ꝯcubitum viri ꝛ mulieris concipitur. cum originali peccato nasci. impietati subditū. mortiq̄ sbiectū. et ob h

Sed Aug. euidentissime docet in libro ꝯ mendaciũ oẽs actus ſm intentionẽ ꝛ cãm iudicandos bonos vel malos. ꝑter quosdã q̃ ita sunt mali vt nũq̃ pñt esse boni. etiã si bonã videant͛ hr̃e cãm. Interest inq̇t plurimũ q̃ causa. quo fine. q̃ intentione q̇d fiat. Sed ea q̃ cõstat esse pctã. nullo bone cause obtentu. nullo q̃si bono fine. nulla velut bona intẽtione facienda sunt. Ea q̇ppe opa hoĩm si cãs habuerint bonas vel malas. nũc sunt bona. nunc mala. q̃ nõ sunt ꝑ seipsa pctã. sicut victũ ꝑbere pauperib⁹ bonũ est. si fit causa misericordie cũ recta fide. ꝛ ꝯcubitus cõiugalis qñ fit causa generandi. si ea fide fiat vt gignant͛ regenerãdi. Hec rursus mala sunt si malas habeant causas velut si iactantie causa pascit͛ paup. aut lasciuie causa cum vxore concubit͛. aut filij generant͛ nõ vt deo ſ vt dyabolo nutriant͛. Cũ vero opa ipsa per se pctã sunt. vt furta. stupra. blasphemie. q̇s dicat causis bonis esse facienda. vel pctã nõ esse. vel qḋ est absurdius iusta pctã esse? Quis dicat furemur diuitibus vt habeamus q̇d demus pauperibus. aut falsa testimonia ꝑferam⁹ nõ vt inde nocẽtes ledant͛ ſ potius saluent͛. duo eñ bona hic sunt vt inops alat͛. ꝛ innocẽs ñ puniat͛. aut q̇s dicat adulteriũ eẽ faciẽdũ vt ꝑ illã cũ q̃ fit hõ de morte liberet͛? Testamẽta etiã vera cur nõ suppmim⁹. ꝛ falsa supponim⁹ ne hẽditates habeant q̃ nihil boni agũt. ſ hi poti⁹ q̃ indigẽtes adiuuãt. Cur nõ fiant illa mala ꝑpter hec bona. si ꝑpter hec bona nec illa sunt mala? Cur nõ ab immũdis meretricib⁹ q̃ ditant stupratores. rapiat diuitias vir bonus vt indigentib⁹ eas largiat͛. cũ nullũ malũ sit si ꝑ bono fiat? Quis h̃ dicat nisi q̃ res humanas moresqꝫ conat͛ ꝛ leges subuertere. Q̇ eñ facim⁹ nõ dicat͛ recte fieri posse. nec impune tñ. veruẽtiaꝫ gloriose. vt in eo nõ timeat͛ suppliciũ. ſ speret͛ ꝑmiũ. si semel ꝯsenserimus in malis actib⁹. nõ quid fiat ſ q̃re fiat est q̃rendũ. vt q̃cunqꝫ ꝑ bonis fiunt causis. nec ipsa mala esse iudicent͛. At^b iusticia merito punit eũ q̃ dicit se subtraxisse supflua diuiti vt ꝑberet pauperi. ꝛ falsariũ qui alienum corrupit testamentũ. vt is esſꝫ heres q̃ faceret elemosinas largas. nõ ille qui nullas. ꝛ eum qui se fecisse adulteriũ ostendit. vt ꝑ illã cũ qua fecit hominẽ de morte liberet. Sed diceret aliq̇s. ergo equandus est fur quilibet furi qui voluntate misericordie furatur. Quis hoc dixerit. Sed horum duoꝝ non ideo quisq̃ est bonus. quia peior est vnus. b

ꝛ b Iusticia merito punit eũ q̃ dicit se ꝛc͛. Contra. videt͛ eñ ꝙ talem iusticia iniuste punit. Habere enim supflua viciũ est. ẽ resecare supflua est virtutis. Siĺr dare pauperi vñ alatur h̃ virtutis est. si ẽ iniustũ ẽ

Peior ē q̃ ↄcu piscēdo q̃ꝫ q̄ mi serādo furaꝛ.

Peioꝛ eñ ē q̄ ↄcupiscendo q̃ꝫ q̄ miserādo furaꝛ. Sꝫ si furtū oē peccatū ē. ab oī furto abstinēdū ē. Quis eñ dicat eē peccādū etiā si aliō sit grauiꝰ. aliō leuiꝰ pctm̄. Nūc aūt q̄rimꝰ q̄s actꝰ pctm̄ sit vel nō. Nō qō grauiꝰ sit vl' leuiꝰ. Intēde lectoꝛ ꝓpositis verbis tota mētis cōsideratiōe. que nō inutilē hn̄t exercitationē. et dinosces q̄s actus sit pctm̄. q̄ scꝫ malā hēt cām. nec ille tm̄. qꝛ sūt nōnulli actꝰ q̄ ꝛ si bonā hēant cāꝫ. tn̄ pctā sūt. vt supra positū ē. Ex q̄ ↄseq̄ videꝛ qꝛ nō semꝑ ex fine iudicaꝛ volūtas siue actio mala. sicut ī illis que ꝑ se peccata sūt. Illa eñ cū q̄s gesserit ꝓ aliq̄ bona cā bonuꝫ vr̄ hr̄e finē. nec ex fine volūtas ē mala. nec ex volūta-

c te actio fit mala. ſ; ex actione volūtas fit praua. In q̄bꝰ aliq̄ ponūt actū iudeoꝝ q̄ crucifigēdo xp̄m arbitrabanꝛ se obsequiū p̄stare deo. qꝛ bonū finē dicūt eos sibi posuisse. scꝫ dei obsequꝫ. et tn̄ volūtatē eoꝝ ꝛ actiōꝫ ꝑuersaꝫ fo[illegible] asserūt. De bonis aūt nll'a fit exceptio in p̄missis v̄bis Aug. qn̄ oīs volūtas bona ex fine fit bo[illegible]na. ꝛ ex fine ꝛ volūtate oīs actio [illegible]ona. bona ē. Sꝫ nō oīs mala volūtas ex fine mala est. nec oīs mala actio ex fine et volūtate mala ē. et oīs que hꝫ malā cāꝫ mala ē. sed nō oīs que bonā cāꝫ hꝫ bona ē. Ideoq̄ꝫ cū ex affectu dr̄ nomē iponi opi. in bonis opibꝰ generaliter v̄a ē hec regula. ſ; in malis excipiunꝛ illa q̄ ꝑ se mala sūt. Oīa ḡ hōīs opa ſm intētionē et cāꝫ iudicanꝛ bona vl' mala. exceptis his que ꝑ se mala sunt. i. que sine p̄uaricatione fieri neq̄unt.

Redit ad confirmādū reliqua. d

Que tn̄ q̄dā ↄtēdūt nūq̄ꝫ habere bonā cām. Qui eñ aliena furaꝛ vt paupibꝰ tribuat. nō ꝓ bono (vt aiūt) furaꝛ. Nō eñ bonū ē aliena paupibꝰ erogare. Qui eñ de rapina sacrificiū deo offert. idē facit vt ait Autoritas. ac si filiū in cōspectu patris victimet. vel sacrificiū carnis deo offerat. Abomiabilis nēpe deo ē ipioꝝ oblatio. Ita etiā et hominē ꝑ adulteriū a morte liberare. malū eē dicūt. Et si eñ bonū sit hōieꝫ a morte liberare. tn̄ sic hominē liberare malū foꝛe asserūt. Idōq̄ꝫ Aug. in supioribꝰ dicūt tpasse ſmonē cauteq̄ꝫ locutū vbi ait. Ea q̄ cōstat eē pctā. nullo q̄si bono fine. nulla velut bona ītētiōe faciēda. Nō eñ simpl'r dixit bono fine et bona intētiōe. ſ; addidit q̄si ꝛ velut. qꝛ talia nō fiūt bono fine ꝛ bona intētiōe. ſ; intētiōe que vr̄ bona. et fine q̄ putaꝛ bonꝰ ſ; non ē. Nec iō excepit Aug. ista vt aiūt qn̄ cās hēant malas. ſ; q̄a cās hn̄t que videꝛ bone. sūt tn̄ male.

Ut nō fiāt bono fine. notaꝛ ex v̄bis Augu. p̄missis.

aliquē puniri ꝓ ope virtutis. iniuste facit iusticia que talē punit. Itē idē deus q̄ p̄cepit filijs israel q̄ furarēꝛ vasa egiptiorum Exo. xij. precepit elemosynā dari paupibus. ſ; illi q̄ furati sūt vasa volentes iplere mādatū diuinū non peccauerūt. ḡ pari ratione ille q̄ furaꝛ vt det paupi. furādo nō peccat. Itē in omi pctō ē cōuersio inordinata ad bonū commutabile. ſ; iste q̄ furaꝛ vt det paupi nihil amat inordinate. nec aliq̄d amat ex cupiditate. ḡ vī q̄ non peccet aliq̄ mō. Rō. dō. q̄ talis absq̄ꝫ dubio peccat. qꝛ facit cōtra diuinū mādatuꝫ. facit etiā contra ꝓximū. qꝛ rē eiꝰ ipo inuito cōtractat. et iō iste puniꝛ nō solū a deo verū etiaꝫ a ꝓximo.

Ad illud v̄o quod 3
obī q̄ iuste facit duꝫ resecat sup̄flua. dōꝫ. q̄ ad vnūq̄ueq̄ꝫ spectat resecare sup̄flua ꝓpria. sup̄flua auteꝫ aliena r̄secare nō spectat qn̄ nō ē cōstitutꝰ sup eum nec dn̄s nec iudex. et iō cū aliena sup̄flua resecat. qō nō suū ē vsurpat. et ꝓptē hoc puniꝛ de iniusticia. Ad illud qō obī 4
de filijs israel. dōꝫ. q̄ nō ē sile. qꝛ dn̄s dispēsauit cū eis qn̄ precepit eis q̄ furarēꝛ. immo qō plꝰ ē res alienas in dn̄ium comm trāstulit. ꝛ hō bn̄ poterat. qꝛ ipē ē dn̄s omniū. Hoc aūt dn̄i p̄ceptū quo dn̄s p̄cepit facere elemosynā nō se extēdit ad bona aliēna. ſ; ad ꝓpria. vn̄ nullo mō illi mādato repugnat q̄ p̄cipiꝛ nō furari. imo illud supponit. et illud cū illo cōcoꝛdat ſm q̄ dī ꝓuer. vj. Honora dn̄m de tua suba. Ad illō qō obī q̄ nec amat inordinate. dō. q̄ inordinatio amoꝛis dupl'r pōt eē. 5
aut qꝛ amaꝛ res q̄ nō debet. aut qꝛ amaꝛ res amplꝰ q̄ꝫ debeāt. Et dū quis facit cōtrariū eiꝰ qō dn̄s p̄cepit. siue moueaꝛ magna affectiōe siue pua. peccat. et ē eiꝰ affectio inordinata ex magnitudīe dilectiōis. et ex contemptu diuie ꝓhibitiōis. c In quibꝰ aliqui ponūt actū iudeoꝝ qui crucifigēdo xp̄ꝫ arbitrabanꝛ se obsequium p̄stare deo. Hoc vī eē falsum. qꝛ sicut dī Sap. ij. Ex malicia et inuidia xp̄ꝫ cōdēnauerunt morte turpissima. Et. xxvij. Math. dī. Sciebat eñ q̄ ꝑ inuidia tradidissent eū. si ḡ sciebāt se malefacere. nō arbitrabāꝛ obsequiū se deo p̄stare. Rō. dōm q̄ hoc nō dr̄ quātū ad oēs iudeos. ſ; q̄tum ad simplices q̄ ꝑ maiores decepti sunt. Maiores eñ iudei sicut principes sacerdotum et scribe moti sunt ex inuidia et malicia. qꝛ bene cogno 6

scebant eius sanctitatem et innocētiā.cūius latere et eos diuitās. Simplices vero populares moti sunt ex
ignorantia. Audientes enim a maioribus ꝙ blasphemasset.putabant se occidendo xp̄m blasphemuz inter
ficere.et sic obsequium deo prestare. Ista tn̄ ignorantia non excusat.pro eo ꝙ opera que xp̄us fecit non solū
magnis sed etiam paruis noticiam sanctitatis eius prestare poterant.

Ad intelligentiā aūt hui⁹ ptis in qua mgr̄ p̄n-
cipaliter agit de bonitate opuz quā hn̄t ex in-
tētiōe incidit hic qō circa duo. Primo q̄rit̄ de
bonitate quā opa ab intēciōe recipiūt. Scd̄o vero q̄
ritur de bonitate quā opa intētioni supaddunt. Cir
ca primū querūt̄ tria. Primo querit̄ d̄ bonitate ope
rū q̄ztum ad qualitatē vtꝝ vicz qualitas opū quali-
tati intentionis generaliter corn̄deat. Scd̄o querit̄
q̄ztum ad q̄ztitatē.vicz vtꝝ quātū quisqz intendit tā
tū faciat. Tercio q̄rit̄ q̄ztum ad necessitatē.vtruz scz
bona intentio absqz opibus ad salutē sufficiat.

Questio.j. a

Utrū qualitas opeꝝ semp rn̄deat qualitati itētiōis.
Et hoc ē q̄rere vtrū oē opus qđ fit bona intentione
bonū. Et ꝙ sic vī̄ p̄io auctē Amb. quā mgr̄ addu
cit in lr̄a Affect⁹ opi tuo nomē iponit.si ḡ denōiatio
opis ē a q̄litate.⁊ intētio siue affect⁹ opus denōiat.
vī̄ etiā ꝙ informet q̄litate sua. Item arbor bona q̄
opat̄.hm ꝙ bona facit semp fructū bonū.ſ volūtas
q̄ est arbor.cum bona intētiōe opat̄.opat̄ hm ꝙ bo-
na.ḡ vī̄ ꝙ faciat opus bonū. Itē act⁹ nō ē meritori
us nisi q̄ volūtari⁹.et volūtas nec ē bona nec mala
nisi ex intētione sicut supra ōn̄sum ē.si ḡ bonitas vo-
lūtatis facit bonitatē in ope.et bonitas intētiōis fa-
cit bonitatē in volūtate.ḡ a primo q̄litas opis causa
tur a q̄litate intētiōis. Itē potenti⁹ ē bonū respectū
boni q̄ malū respectū mali.ſ q̄lecūqz sit op⁹ et q̄ztū-
cūqz sit bonū deprauari p̄t p malā intētionē.ḡ mul-
to forti⁹ q̄lecūqz sit opus ⁊ q̄ztūcūqz sit malū.rectifi-
cari p̄t ex bona intētiōe. Et p̄t h⁹ argumēti illatio cō
firmari q̄si a maiori.et a sili p ōn̄tiā in ipō. Qz si op
positū ē cā oppositi.⁊ ppositū ppositi.si ḡ mala itē
tio sp causat malū.bōa intētio sp causat bonū. Itē
esto ꝙ aliq̄s faciat op⁹ malū bono fine ita ꝙ malicia
sit in ope.et bonitas in intētione.aut itētio manet
bona.ope exn̄te malo.aut intētio fit mala ex ope ma
lo.aut intētio facit op⁹ bonū. Si p̄mo mō.ḡ simul ⁊
semel merebit̄ q̄s et demerebit̄.qđ ē ipossibile. Si se
cūdo mō. Sz contra. Op⁹ ē effect⁹ intētionis.ſ effe-
ct⁹ nō influit in cām poti⁹ ecōuerso.ḡ poti⁹ intētio
cōicat suā ppꝛietatē opi q̄ op⁹ intētiōi.ḡ si intētio ē
bona.necesse ē op⁹ eē bonū qđ ex ipa pcedit. Itez
q̄ztūcūqz op⁹ de se sit malū si tn̄ fiat ab eo qui opatur
oīno p̄ter intētionē.sicut ab eo q̄ oīno carz vsu rōis.
nō ē aliq̄ mō culpabile.ḡ si p̄uatio intētōis op⁹ q̄ztū-
cūqz de se malū p̄t p̄uare malicia.et facere ꝙ non sit
malū malicia moris.pari rōe vī̄ ꝙ rectificatio inten-
tionis op⁹ q̄ztūcūqz de se malū p̄t facere bonū et re-
ctū. Sed cōtra. Hug.de scō vict. Amor trāsformat
amātē in amatū.hoc āt nō vī̄ ecōuerso.ḡ q̄lisc̄ūqz sit
intētio.si volūtas velit malū.necesse ē eā effici malā.
ḡ n̄ vī̄ ꝙ q̄litas opis corn̄deat q̄litati itētiōis. Itē
phus dicit ꝙ aliq̄ sunt q̄ mox nōiata cōiūcta sūt ma
lo.et talia dicūt theologi mala eē hm se.si igit̄ talib⁹
actibus iseparabilit̄ adheret malicia.vī̄ ꝙ hmōi act⁹
nō pn̄t fieri boni ex intētiōe nr̄a. Itē aliqđ ē maluz
qđ ē cōtra dei mādatū.ſ intētio nr̄a n̄ p̄t diuinū mā
datū ifringere.ḡ nō p̄t facere ꝙ bō faciēdo cōtra mā

datū dei nō peccet.igit̄ q̄ztūcūqz bonū intēdit.si con-
tra dei mādatū faciat.nō erit bonū ſ malū.ḡ nō ē ge
neralit̄ veꝝ ꝙ q̄litas opis a qualitate intētiōis cause
tur. Itē bonū absolutū p̄supponit bonū ex circū-
stātia.nihil enī ē simplr̄ et absolute bonū nisi vestiat̄
debitis cōditiōib⁹ ⁊ circūstātijs.ſ aliq̄ sūt opa q̄ sem
per dicūt carētiā debite circūstātie.sicut iterficere in-
nocētē.aut dicere falsuz sciēter et ōsilia.ḡ vī̄ ꝙ q̄ztū-
cunqz aliquis talia bona intētiōe faciat.nō erūt sim
pliciter bona.ḡ nō vī̄ ꝙ q̄ztitas opis semp rn̄deat q̄-
litati intentiōis. R. ad p̄dictoꝝ intelligētiā ē nota- 7
dum.ꝙ circa h̄ ab antiq̄ duplex fuit opinio sicut ma
gister explicat in lr̄a. Quidā enī dixerūt ꝙ generalit̄
verū ē ꝙ opa bona vel mala pēsant̄ ex intētiōe. Alij
vero dixerūt ꝙ opa non pēsant̄ generaliter bona vl̄
mala.ſ solū illa q̄ indifferētia sūt ad hoc ꝙ fiāt bn̄ vl̄
male.illa aūt opa q̄ sūt mala hm se.ex intētiōe pensa
ri nō pn̄t.q̄ q̄cunqz intētione fiant.semp mala sunt.
Quelibz āt haꝝ opinionū verū dicit si recte intelli-
gat̄. Intētiōis enī q̄litas duplr̄ pōt accipi hm ꝙ in- 8
tētō dupliciť dicit̄. Uno enī mō itētio dic̄ volūtatē fi
nis. Alio vo mō nō tm̄ dic̄ volūtatē finis ſ etiā ordi
nationē ei⁹ qđ ē ad finē quē appetit. Et hm h̄ duplr̄
p̄t dici itētio bona vel mala. Uno mō dī̄ itētio bona
in q̄ ē pfecta et bona ordinatio opis ad finē intētuz.
et ecōtra dī̄ mala in qua ē ordinatio indirecta.⁊ hoc
mō bonitas intētiōis nō tantūmō respicit bonitatē
finis ſ etiā rectū ordinē ei⁹ qđ ē ad ipm finez.hec enī
duo necessario requirūt̄ ad hoc ꝙ ocul⁹ sit simplex
sicut dicit Bern̄.ad euge.vicz ꝙ veritas sit in electio
ne.⁊ charitas in intētiōe. Et hoc ē dicere ꝙ tūc ē ocu
lus mētis simplex siue intētio bona qn̄ hoc amat fi- 9
naliter qđ ē amādū.et digit qđ ē eligēdū.et hoc mō
q̄litas opis semp rn̄det q̄litati intētiōis.nec hz instā
tiā.imo si ocul⁹ ē simplex.totū corp⁹ erit luminosuz.
et si oculus ē tenebrosus.hoc ē intentio mala.et op⁹
iudicat̄ malū. Alio mō dī̄ intentio bona q̄ illud qđ
finaliter intēdit ē bonū.et mala.q̄ illud qđ finaliter
intendit est malum. Et hoc mō nō est generaliter ve-
rum ꝙ qualitas operis causet̄ a qualitate intentio-
nis.et hoc dico quantū ad qualitatem que est boni-
tas. Si quis enī mentit̄.vtpote ad liberationē inno
centis.vel furat̄ vt pascat paupem.non dicitur bene
facere.sicut dicit Aug.et etiā aplus. Non sunt faciē-
da mala vt veniant bona. Quantū autem ad quali-
tatem malicie non habet instantiam.immo necessa-
rio malicia operis corn̄det intentioni male intendē
ti. Qualecunqz enī sit opus.dum faciat illud homo
mala intentione.deus qui scrutatur corda maluz re-
putat. Cum enim ad bonitatem operis necessario re
quiratur intentio boni finis.sola illa desistente opus
iudicatur esse malum.non tn̄ illa sola assistente iudi-
cat̄ eē bonū.q̄ plura exigūt̄ ad ōstruēdū q̄ ad dstru
endū. Ex his p̄z rn̄sio ad q̄stionē ppositā et etiā ad
obiecta p magna pte. Nā obiecta q̄ pbant ꝙ veri-
tas operis non corn̄det bonitati intentionis loquū
tur de bonitate intentionis put ipm finem respicit.
et sic verum conducunt.q̄ ad hoc ꝙ op⁹ sit bonuz.

non sufficit q intendat bonum. sed etiam exigit q recta via tendat ad bonu. Argumenta vero ad oppositu p magna parte pcedunt alia via. vicz. put intentio dr esse bona. non solum qr intentu e bonum. sed etiam qr ordinatio est bona. Et sic intelligitur auctas Amb. qua dr. Affectus tuus operi tuo nome imponit. et ratio scda et tertia. Na volutas no dr esse bona in se. nec etia bona arbor ex bonitate intentionis. nisi sm q intentio dicit esse bona. qr bono modo ad
10 bonum finem intendit. Ad illud qd obi q mala intentio sufficit ad faciendu opus malu. dom. q no sequitur ex hoc q similiter intentio bona sufficiat ad bonum. Facilius eni e destruere q costruere. Et qr bonum attendit sm constitutione ex concursu multaz circumstatiaz. malu vero attendit ex cuiuscuq privatione. hinc est q malu est omniuarie. et bonum vno modo. et io non sequit q si defectus alicuius rei sufficit ad faciendu malum. q positio eius sufficiat ad faciendum bonum. plura eni exigunt ad bonu. nec est ibi locus a simili nec minori. Rursus. qr malu est privatio boni. in talibus non tenet ptia in ipo sed
11 potius ptia econtrario. Ad illud qd obi q potetia potius debet influere in opus q econverso. dom. q opus no facit intentione malam aliquid influendo. sed potius deficiendo. Quia eni opus de se inordinatum est. et intentio no pot illud ordinare. hinc e
12 q du illi operi se applicat. seips deordinat. Ad illud qd obi q privatio intentionis privat maliciam ab actu. dom. q non e simile. p eo q privatio intentionis dr privare malicia ab actu. no qr aliquid intentionis conferat ipsi actui. sed potius qr trahit actum illum extra genus moris. qr non e op morale nisi qd fit ex intentione. et io cosimilis e modus arguedi in ista rone et in precedenti q arguebat ex copatione mali ad bonum. Non eni valet. sufficit ad destruendum. sed sufficit ad ponendum.

Questio .ij. b

Utrum quatu quis intedat tantu faciat. vt sicut op ab intentioe recipit aliquo mo qualitate. ita etia recipiat quatitatem. Et q sic vi. super illud Math. xij. Bonus homo de bono thesauro. rc. glo. Quantum bonu intedis. tantu facis. Item hoc vi ratione. Omne agens p intentionem pfigit sibi finez ad que op suum mensurat. sed si omne opus morale est ab agente p intentionem. omnis opis moralis mensuratio attenditur in copatione eius ad finem. sed copatio ad finem e intentio. sed quatitas ois operis moral penes intentione attenditur. Item sm quatitatez charitatis attendit meritu exterioris operis. Et sm magnitudinem libidinis. attendit magnitudo exterioris peccati. si sed charitas vt dicit Bern. respicit intentioez. et similiter libido que dicit chetatione in bono creato. sed videt q quatitas ois moralis opis sm intentione mensuret. Item si aliqd opus de natura sui generis e veniale peccatu. nihilomin ille q facit illud mortaliter peccat si intendit peccare mortaliter. hoc aut no eet nisi opus reciperet quatitatez in genere moris ab intentione. sed rc. Sed contra. si qntum quis intendit tantu facit. sed si linus siue aliquis alius puus sanctus intederet mereri gloria petri. mereretur gloria petri. et si aplius intederet. aplius mereretur. sed habenti minore charitatem redderet mai premium. qd est plane falsum. Item si quatu quis intedit tantu facit. sed si aliquis adulteras intedit peccare venialiter peccat venialiter. si sed hoc e plane falsum. manifestum e q quatitas opis non causatur ex quantitate intentionis. Item quato aliquis e humilior. tanto minus boni credit se facere. sed intetio sequitur credulitatem. qr fides dirigit intentionez. sed quato quis humilior est. tanto minus bonum intendit facere. si sed bonitas operis mensuratur penes qntitate intentionis. videt q quanto quis esset humilior. tanto opus eius eet minus bonum. sed hoc e plane falsum. sed rc. Item vnus simplex cum facit paruu peccatu credit ee grauissimum peccatu. alius impius et iniquus cu facit maximu peccatu credit se valde parum peccare. Si sed opus mensuratur penes intentionem. vr q iniquus et maliciosus minus peccet in enormi genere peccati q vnus simplex in genere peccati quantucuq levi. Si igit hoc est plane falsum. sed et illud ex quo sequit. vicz q quantitas operis correspondeat quantitati intentionis. R. dz. q sicut in 13
precedeti pblemmate dupliciter distinguit qualitas intentionis. sic et in hoc intelligendum e q quantitas intentionis dupliciter potest intelligi. vicz aut ratione act itededi. aut ratione ipius intenti. Et sm hoc distinguit ista locutio dupliciter. quatu intendis. tantum facis. Quia tantu et quantu possunt ee nomina 14
vel adverbia. Si quatu et tantum sint adverbia. tunc dicunt quatitatem actus intendendi. et tunc e locutio vera generaliter. siue respectu bonoru siue respectu maloru. qr quantu actus intendendi est intensus in bonitate et malicia. tantum opatio exterior e bona vel mala. Omne eni meritum et demeritu ad actum voluntatis reducit. licet circumstatie exteriores aliquo mo faciat ad maiorem voluntatis depravatione. Si aut qtu et tantum sint nomina. tunc dicunt quatitatem ex parte intenti. et sic non est generaliter verus ille sermo. quia opus exterius factu non semper commensurat ei qd intentio intedit. Freqnter eni intendit homo facere magnum bonu et facit parvum. qr modica habet charitatem. Habz tn aliq mo veritate in malis vicz intendendo licz non diminuedo. et put tatu et quantu dicunt quada copatione proportionis no comensurationem equalitatis.
Un qui intendit multu peccare multum peccat. qlecunq 15
opus faciat. Non tn qui intendit parum peccare parum peccat. maxime si opus facit qd multu habet de deformitate. Ex his patet rnsio ad questione ppositam. Cocedo eni q quatitas bonitatis et malicie in ope corrndeat qntitati bonitatis et malicie in intentione. sm q quatitas intentionis attendit quantum ad actum intedendi. sicut rones ad prima parte inducte ostendunt. Concedo etiam nihilomin q quantitas opis non semp corrndet quatitati intentionis. sm q quatitas intentionis attendit ex parte intenti. sicut ondunt rones q ad secunda ptem inducuntur. Ad alias tn duas ratioes que vltimo in- 16
ducuntur responderi potest q non cogut. p eo q no est idem dicere de aliquo q credit facere magnu vl parvum bonum siue malum qd intendit. Aliud eni est estimatio. aliud e intentio. et quamuis opus sequatur estimatione. non tn sequitur intentione. Preter- 17
ea ille due rationes sicut et alie pcedunt de quantitate intentionis a parte intenti. Quauis eni humilis homo parum intedat facere. nihilomin tn magne bonitatis est eius intentio. dum ex magna virtute movetur ad illud faciendu. Similiter cum iniquus ho

intendit modicū malū facere.tñ q2 ex magna libidi
ne facit.multū seu valde ē praua eius intentio.dū ni
miū adheret bono creato.et iō non sequit̄ q̄ minus
peccet ille qui magis est maliciosus.

Questio.iij. c

De bonitate opum q̄ntum ad necessitatē.vtruz vicz
intentio absq3 bonis opib⁹ sufficiat ad vitā eternaz.
et q̄ sic vī. Berñ.de li.arbi. Intētio sufficit ad meri-
tū.bona actio requirit̄ ad exemplū.ḡ vī q̄ q̄ntum ad
meritū vite eterne nō sit necessaria bonitas actionis
exterioris. Item sup illud ps. Dixi cōfitebor. Glo.
Votū p operatione iudicat̄.ḡ tantū valet bene vel-
le q̄ntum velle et operari.ḡ ₇c. Itē Greg.in qua-
dā omel'. Non ē vacua man⁹ a munere.cū archa cor
dis repleta fuerit bona volūtate.ḡ plenitudo inten-
tionis et volūtatis equiualet plenitudini opatiōis.
igit̄ sine illa pt̄ sufficere ad salutē. Itē mereri vitaz
eternā est in ptāte nostra.ḡ videt̄ q̄ opera exteriora
nō sint necessaria ad merendū vitā eternam. igit̄ ad
meritū vite eterne vī sufficere intētio sola. Itē intē
tio et volūtas nō pendēt ex opere.ḡ ope nō existe pt̄
eē bonitas tā in volūtate q̄ in intētione.s̄ qui h3 bo-
nā volūtatē est iustus.et ois talis h3 qḋ sufficit ei ad
vitā eternā.igit̄ ad meritū vite eterne vī intentio suf
ficere absq3 exteriori opatione. Sed cōtra. Math.
xxv. Esurivi et non dedistis mihi mā. ita dñs dicet
reprobis.et pp̄ter hoc feret sniam dānatiōis contra
eos.s̄ ḡ pp̄ter defectū bonoꝝ opum ds̄ damnat̄. ex
ercitium bonoꝝ opum ē ad salutē necessariū.ḡ intē-
tio sine opibus nō sufficit ad meritū. Itē in canoni
ca. Ia.ij. Fides sine opibus mortua ē.s̄ non ē effica-
cior ad merendum intentio q̄ fides.ḡ si fides nō suf
ficit ad meritū sine opib⁹.pari rōe nec intētio. Itez
Greg.in quadā omel'. Amor dei non ē ociosus.opat̄
cū magna si ē.si autē opari negligit, amor nō est.er-
go si opera non assunt.nō adest veritas amoris.sed
nihil est meritoriū vite eterne absq3 vero amore cha
ritatis.ḡ circūscriptis opibus.intentio nō sufficit ad
meritū. Itē phus dicit q̄ ad virtutē tria requirūt̄.
vicz.scire.velle.et immutabilr opari.ḡ si nō est ope
ratio.nō ē salua virtutis ratio.s̄ vbi non salvat̄ vir-
tutis ratio. nec poterit saluari sufficiētia meriti.ḡ vī
q̄ absq3 opatione vitā eternā nō cōdigne nec suffici-
enter meremur. Itē si sola intentio vel volūtas in-
terior sufficeret ad meritū.s̄ habenti gratiā facilimū
ē velle bonū.ḡ facilimū est mereri vitam eternā.cui⁹
contrariū dicit dñs Math.vij.q2 arta ē via que du-
18 cit ad vitā. R.dō.q̄ cum querit̄ vtꝝ intentio ₇ vo
luntas interior sufficiat ad meritū absq3 ope exterio
ri.distinguendū est. Aut cū ille q̄ habet intētionē.h3
facultatē bene opandi aut non. Si non habet facul-
tatē.cum nemo obligetur ad impossibile. si bonā h3
volūtatē et directā intētionē.tūc sola plenitudo vo
luntatis interne sufficit ei ad meritū vite eterne abs-
q3 exteriori opatiōe. Si aūt assit facultas. ₇ se offert
oportunitas.intētio nō pōt ad meritum sufficere abs
q3 opere. Ratio autem huius ē diuini mandati obli
gatio.et virtutis pfectio.et volūtatis plenitudo. Di-
uini mandati obligatio facit vt intētio sine opib⁹ nō
sufficiat.cuz se offert oportunitas et facultas. Man
data cū dei nō solum obligant ad volendū sed etiaz
ad faciendum.et ideo q̄ non implet diuina manda-
ta cum possit. potius meret̄ iram q̄ meret̄ gloriam.
Virtutis etiam pfectio est ratio q̄re non sufficit sola
intentio.qm̄ virtus ē vltimū potentie.et ideo elevat
potentiam ad aliqḋ magnū et arduū.potētie aūt aie
nō hñt suā virtutē sine pfectionē completā nisi exe
ant in opa sibi debita qñ adest facultas et oportuni-
tas. Et iō illa intentio qua quis vult et intēdit bonū.
₇ tamē non faciet cū possit.nō est intentio virtuosa.
ac per hoc nec meritoria. Volūtat̄ etiā plenitudo [illegible]
ē quare nō sufficit sola intētio.qm̄ plena volūtas po
nit effectū si assit facultas.alioquin non dī plene bō
aliquid velle si non facit cum possit facere. s̄ semiple
ne ₇ pigre vult.sicut piger qui vult et nō vult. Et p-
ptere dicit Greg.q̄ nemo debet sibi blādiri de bona
voluntate.immo ad dilectionem conditoris lingua.
mens.et manus requirit̄.et sicut hortat̄ nos be. Io.
j.can.j. Diligere debemus nō solū verbo et lingua.s̄
opere et virtute.cum igit̄ adest facultas, et se offert
oportunitas.absq3 operibus exterioribus nec ē mā-
datoꝝ dei impletio.nec virtutis pfectio.nec volun-
tat̄ plenitudo. et absq3 his nō est sufficientia meriti.
hinc est q̄ ad meritum vite eterne non sufficit boni-
tas intentionis absq3 bonitate operis exterioris. Et
rationes que hoc ondunt concedende sunt. Ad il 19
lud ḡ qḋ primo obī in contrariuz de Berñ. q̄ bona
intentio sufficit ad meritum, dicenduz.q̄ loquit̄ [illegible]
intentione illorum operum q̄ non sunt in precepto
non ratione aliorum que in precepto sunt. Vel dicē-
dum q̄ loquitur in eo casu qñ sc3 non adest facultas
bene opandi exterius. Ad illud qḋ obī q̄ volūtas 20
p facto reputatur.dō.q̄ verum ē qñ nō se offert be-
ne opādi oportūitas et facultas. Ad illḋ de Greg. 21
q̄ non ē vacua manus a munere ₇c. dōm.q̄ facien-
da ē vis in hoc q̄ dicit.cuz archa cordis repleta fue-
rit bona voluntate.nunq̄ cū sicut dictū ē prius ple-
ne bonā voluntatē h3 qui pōt facere bonū illud cui⁹
h3 voluntatē.et ad fructū non pducit. Ad illud qḋ 22
obī q̄ opera nō sunt in ptāte nostra. dō.q̄ hoc solū
non concludit q̄ in eo casu sufficit intentio qñ deest
facultas ad pficiendū opationē bonā. Ad illud qḋ 23
obī q̄ bona volūtas non pēdet ex opere.dōm.q̄ ve-
rū est.atñ cū adest facultas plena.voluntas necessa
rio ponit bonū opus.ita q̄ si bonū opus non ponit̄.
aut nunq̄ voluntas fuit plena.aut desinit eē plena.
Qz ḡ sine opibus nō sufficiat. hoc nō est q2 plenitu-
do bone voluntatis ex operibus pendeat.s̄ q2 bona
voluntas si plēa ē. necessario in bona opa redūdat.
offerente se facultate et oportunitate.

Consequenter queritur quātum ad secunduz
principale de bonitate quā opera supaddunt
bonitati intentionis. Et circa hoc q̄runt̄ tria.

Primo querit̄ vtrū aliquid addāt opa bonitatis vl
meriti supra bonā intentionē ratione prerogatiue di-
gnitatis. Scdo querit̄ vtrū addāt rōe quātitatis ex
pte dati. Tercio querit̄ vtꝝ aliquid addāt ratiōe im
merositatis.

Questio.j. d

Vtrū opera exteriora aliquid addant supra bonam
intentionē ratione sue excellentie et dignitatis. sicut
sunt opera pùilegiata. Et q̄ sic videt̄. s[illegible]p illḋ. Phil.
j. Que sit supeminēs magnitudo.glo. Quoddaz in-
crementū glorie habebūt sūmi doctores vltra id qḋ
cōiter habebunt alij.hoc aūt non ē nisi ratiōe doctri
ne quā alijs cōicant.ḡ ₇c. Itē cōiter in ecclesia ma-
gis solēnizantur martires q̄ confessores.s̄ constās
est q̄ ecclesia sanctis exhibuit honorē s̄m meritoꝝ

suoꝝ exigentiā. ergo maiori gloria digni sunt qui mortē
ꝓ xp̄o patiunt̄ q̄ illi qui pati nolunt. Item xp̄s no
bis aliquid meruit ꝑ passionē qḋ ante nō meruerat
nobis. vtpote aptionē ianue. et multoꝝ carismatum
diffusionē. si ergo charitas xp̄i fuit eminētissima ab istā
ti ꝯceptiōis. et maioris fuit efficacie cū passione q̄ si
ne. ergo vi. q̄ in quolibet alio. excellētia opis exterioris
addat ad meritū bone volūtatis siue intētiōis. Itē
bonū additū bono facit magis bonū. sed opus priuile
giatum ē bonum. ergo additū intētioni facit eaꝫ magis
bonā. sed qḋ addit ad bonitatē. addit ad meritū. ergo ꝛc.
Item si opa ꝑuilegiata nihil adderēt supra bonita
tē intētiōis. ergo qui ea faceret. frustra laboraret. si ergo im
piū ē dicere q̄ q̄ facit opa excellētia. frustra laborat.
vi. q̄ opus excellens addat sup intentiōis bonitatē.
Sed cōtra de btō Martino cātat ecclesia. O bea
ta aīa. quā et si gladius ꝑsecutoris abstulit. palmā
tn̄ martirij nō amisit. ergo ita vi. q̄ btūs Martinus ha
buit palmā martirij ꝑ bonitatē intētionis. sicut si su
stinuisset acerbitatē passiōis. ergo nō vi. q̄ opus excellēs
aliquid addat supra bonitatē intētionis. Itē opās
nō placet ꝑ opationē sed magis opatio ꝓpter opantē
q̄tūcunq̄ opatio illa sit nobilis. ergo q̄tū deus appro
bat opātē. tantū approbat opationē. igit̄ nō vi. q̄ bō
maioris p̄mij efficiat̄ apud deū dign⁹. ꝓpt̄ opatiōꝫ
excellētē supadditā bonitati volūtatis. Item si ali
q̄s sustineret mortē ꝓ iudeo. poti⁹ demereret̄ apud
deū q̄ aliq̄d mereret̄. igit̄ sustinētia mortis ꝓ xp̄o si
q̄ mō placet deo. hoc n̄ ē ob aliud nisi q̄ ordinat̄ ad
xp̄m. sed illa ordinatio ē mediāte intētiōe. ergo tota boni
tas opationis q̄tūcunq̄ excellētis ex intētiōe habet
ortū. et ꝓpter illā deo placet. sed vbi vnū ꝓpter alteꝝ.
vtrobiq̄ vnū. igit̄ tātūdē placet intētio ꝑfecta et bo
na cū ope. quātū placet sine ope. Itē si aliq̄ opa fa
ciūt ad meritū illa sūt maxime opa humilitatis ꝛ vi
litatis. Hec em̄ opa deus maxīe cōmēdat. sed opa ꝑui
legiata sunt opa eiusdē excellētie ꝛ dignitatis. ergo vi. q̄
minime inter oīa genera opm addāt ad bone inten
tionis meritū. Itē vbi facultas deest. voluntas re
putat̄ ꝓ facto. sicut determiatū ē supra. et hoc nō est
ob aliud nisi q̄ alias nō eēt plena et ꝑfecta volūtas.
si igit̄ volūtas ꝑ se sola ꝓ ope reputat̄. vi. q̄ i tali ca
su opus priuilegiatū nihil addat sup intētionis boni
24 tatē et meritū. R. dō q̄ maius bonū pōt aliq̄d di
ci dupl'r. Aut intensiue. vtpote q̄ pl⁹ deo placet. Aut
extēsiue. vtpote q̄ pluribus ꝓdest. et s̄m hoc dupli
citer pōt intelligi q̄ opus ꝑuilegiatū addat ad boni
tatē intētionis. Aut q̄tuꝫ ad ꝓximoꝝ edificatiōeꝫ.
aut quātū ad dei approbationē. Et primo mō atten
ditur augmētuꝫ q̄tū ad exemplū. scdo mō q̄tum ad
meritū. Si igit̄ loquamur d' additiōe quātū ad exē
plū. sic absq̄ dubio op⁹ ꝑuilegiatū addit ad bonita
tē intētionis. q̄ bonitas intētiōis nō lucet exteri⁹ ni
si ꝑ ostēsionē bonoꝝ opm ꝛ maxīe ꝑuilegiatoꝝ. Si āt
loq̄mur scdo mō scꝫ quātum ad additiōeꝫ q̄ attēdit̄
q̄tū ad meritū. sic distinguēdū ē. q̄ ē loqui d' merito.
respectu p̄mij sub̄alis. et respectu p̄mij accidentalis.
Respectu p̄mij accidentalis op⁹ ꝑuilegiatū addit su
pra bonā intētionē et volūtatē. q̄ p̄miū accidentale
qḋ ē aureola nō debet̄ volūtati s̄m se. sed voluntati in
ope. Si aūt loq̄mur d' merito respectu p̄mij sub̄alis.
adhuc opꝫ subdistinguere. q̄ ē meritū cōgrui. et est
meritum ꝯdigni. Quātū ad meritū cōgrui. absq̄ du
bio opus priuilegiatū addit supra bonitatē intentio
nis. ꝓ eo q̄ voluntas in illo ope p̄parat̄ et disponit̄
ad susceptionē maioris gratie. ꝑ quā digna ē maiori
retributiōe. Si aūt loquamur de merito cōdigni. sic
absq̄ dubio nō addit. ꝓ eo q̄ quātitas meriti condi
gni pensat̄ ex quātitate radicis. et tantū placet deo
quis qui hꝫ volūtatē plenā ꝛ nō pōt habere op⁹. quā
tū ille qui habꝫ voluntatem et opus quātuꝫ ad eēn
tialis p̄mij retributionē si sūt eq̄li charitate. Et sic
patet q̄ opus priuilegiatū rōe dignitatis sue aliquid
addit supra bonitatē intētiōis. licꝫ nō addat omi mō
additionis. Ideo cōcedēde sunt rōes q̄ ad primā ꝑ
tem inducunt̄. Ad illud vero qḋ obi. de btō Mar 25
tino q̄ palmā martirij n̄ amisit. dō. q̄ ibi palma mar
tyrij nō accipit̄ ꝓ p̄mio accidētali qḋ ē aureola. sed ꝓ
p̄mio sub̄ali qḋ ē aurea. vtrūq̄ em̄ est martyrij pal
ma. sed vnū scꝫ aurea r̄ndet martyrio. q̄ sustinetur ex
charitate. alteꝝ vero scꝫ aureola r̄ndet ei. q̄ est sp̄al'
ꝑuilegij et p̄rogatiue. Ad illud qḋ obi. q̄ opatō pla 26
cet ꝓpter opantē. dō. q̄ verū est. attamē dū opās be
ne vtit̄ dono ꝑ qḋ placet deo. hoc ip̄o disponit se ad
maius. et aliq̄ dign⁹ ē. quo q̄dē nō eēt. si nō ita bene
vteret̄. et iō non sequit̄ q̄ si opatio placꝫ deo ꝓpter
opantē. q̄ nō magis placeat ꝓpter opationē q̄ sine.
nihil em̄ impedit de duobus bonis quoꝝ vn⁹ hꝫ bo
nitatē ab altero. q̄n ambo melius valeāt q̄ valeat al
ter illoꝝ ꝑ se. Ad illud qḋ obi. q̄ mori ꝓ iudeo dis 27
plicet deo. dōm q̄ verū ē. sed tn̄ ex hoc nō sequit̄ q̄ to
ta bonitas opis ꝑuilegiati veniat ex intētiōe. sed q̄ nō
pōt eē opus ꝑfecte bonū absq̄ intētiōe. nihilominus
tn̄ opa ꝑuilegiata aliquā bonitatē d' natura sui hn̄t.
q̄ iuncta cū bonitate intētiōis aliquā excellētiam tri
buūt bene opāti. quā nō tribuerēt alia genera opm.
Et iō illud verbū quo di. q̄ vbi vnū ꝓpt̄ alteꝝ vtro 28
biq̄ vnū. nō hꝫ hic locū. Hoc em̄ intelligit̄ q̄n illḋ ꝓ
pter qḋ alteꝝ ꝑticipat aliquā ꝓprietatē. ē tota rō illi
us ꝑticipatiōis. nō sic aūt ē in ꝓposito vt visum est.
Ad illud qḋ obi. q̄ opa ꝑuilegiata sunt opa excellē 29
tia. et iō minus debent facere ad meritū. dō. q̄ opus
excellēs dupliciter pōt dici. aut s̄m vanā estimationē.
sicut aliquis reputat excellētiam vindicare se de ad
uersarijs. ꝛ p̄dominari alijs. Aut s̄m veritatis dicta
men. et sic sustinere ignominiosissimū genus mortis
ꝓ xp̄o est opus magne excellētie. et tale opus excellē
tie nō cōdiuidit̄ contra opus humilitatis. imo simul
cum illa stat. et necessario eā requirit tanq̄ sociaꝫ. ꝛ
cum in se hēat difficultatē. et dignitatē. et charitateꝫ
p̄ambulā. et humilitatē annexā. nō ē miꝝ si disponit
ad maiorē gloriā. Ad illud qḋ obi. q̄ volūtas repu 30
tat̄ ꝓ facto vbi facultas deest. dōm. q̄ illud ē verum
q̄tum ad sufficientiā ad salutē. et quātū ad p̄mium
sub̄ale. q̄ nemo amittit regnū celoꝝ ex hoc q̄ nō fa
cit qḋ facere nō pōt. nō aūt ē verū quātū ad p̄mij ex
cellentiam. siue quantum ad premium accidentale.
Et hoc mō ponēdum ē q̄ opus ꝑuilegiatuꝫ addit su
pra intentionem voluntatis.

Questio. ij.

Utrū bona opa addant supra bonā intentionē quā
tum ad quātitatē dati. Et q̄ sic vi. j. Coꝝ. viij. Qui ꝑ
ce seminat. ꝑce ꝛ metet. et qui seminat in bn̄dictiōib⁹. d'
bn̄dcōib⁹ ꝛ metꝫ. Si igit̄ seminatio illa d' q̄ loq̄t̄ apl's
ē in elemosyne datione. vi. q̄ magnitudo dati faciat
ad excellētiam glorie. Itē Thobie. iiij. Si multuꝫ
tibi fuerit. habūdāter tribue. si ergo ista exhortatio non
est inutilis. vi. q̄ abundantia dati faciat ad incremē

tū meriti. Itē q̄uis deus ex equali bonitate cōferat
bona maiora et minora. tū ille cui maiora cōtulit. ad
maiorē tenet gratiar actionē. g pari rōe si ex equali
charitate detur mai⁹ mun⁹ et min⁹ mun⁹. cōueniēs
ē deū p maiori munere maiorē reddere retributiōez.
Itē si nō magis meret q̄ plus tribuit q̄ ille q̄ mi-
nus. g nō plus meret q̄ reliquit oīa p dō et dat pau
perib⁹. q̄ ille q̄ dat vnū solū obulū. igit oēs sunt stul
ti q̄ sequūtur diuinū cōsiliū. Qz si impiū ē dicere di-
uinū cōsilium eē indiscretū. vr q quātitas dati faci-
at ad amplificādū meritū. Sz cōtra. Marci. xij.
Amē dico vobis. qm̄ hec plus oib⁹ misit in gazophi
latiū. loquit de vidua. g si xp̄s plus appreciabat da-
tū illius vidue qd̄ fuit valde puū (sicut in textu inui-
tur) q̄ magna dona alior. vr q deus apprecietur opa
solū ſm quātitatē bone intētiōis. z nullo mō ſm qn-
titatē muneris exterioris. Itē glo. super eūdē locū.
Non offerentiū subaz considerat de⁹ ſ cōsciam. nec
ppendit quātū offeras. ſ ex quāto. si g merita tantū
valent quātū deus illa pōderat. vr q quātitas dati.
meritū intētiōis bone nō augeat. Itez sup illd̄. ij.
Cor. viij. Et q̄ mltū būit n̄ abūdauit. ibi glo. Ubi eq̄
ē volūtas. eq̄lez hēbit mercedez. g siue aliq̄s det ma-
gnū siue puū. dū tū ex equali charitate. vr q ei retri-
buat eq̄liter. Itez si quātitas dati aliq̄d addit. aut
addit ad meritū respectu p̄mij subalis. aut respectu
p̄mij accidētalis. Nō respectu p̄mij subalis. qz illud
respicit charitatis radicē [illegible] quātitatē gratie. Non re
spectu accidentalis. qz p̄miū accidētale debetur opi-
bus excellētioribus et p̄uilegiatis. non eñ meret ali
quis aureolā ex hoc q dat magnā elemosynā. vr igit
q quātitas dati ad bone intētionis meritū nihil oi-
no addat. R. ad p̄dictor intelligētiā ē notandū q
31 de quātitate dati ē loqui dupliciter. aut cōpando da
tū ad datū solū. aut cōpando hec adinuicē et ad dan
tis facultatē. Primo mō loq̄ndo maior quātitas da
ti aliq̄d addit ad bonitatē intētiōis. nō inquātū rspe
ctu p̄mij eēntialis directe. ſ qz aliquo mō dispōit ho
minē ad pficiendū in bono. et ad recedēduz a malo.
Qui eñ maius munus tribuit vt sibi faciat amicuz
de mānona iniquitatis. magis recipiētē obligat ad
orandū p se. et quodāmō i obligādo illū. obligat de-
um. et iō plus se disponit ad gratiā q̄ ille qui dat mi-
nus mun⁹. Silr plus se disponit ad recededuz a ma
lo. qz in hoc q facit maiorē elemosynā. absolui mere-
tur a maiori pena. ſm q dr̄ Luce. xj. Date elemosy-
nā et oia mūda sunt vobis. Et Thob. xij. Elemosy-
na a morte liberat. Et Dan. iiij. Peccata tua elemo-
synis redime. Silr si cōpemus quātitates datoruz in
compatione ad facultatē dantiū. maior quātitas n̄
addit quātū ad meritū premij subalis directe. ſ quo
dāmō dispositiue. Qui eñ pensatis suis viribus pl⁹
dat q̄ alter suis viribus pēsatis. magis ad donū gra
tie se disponit. magis etiā a peccato recedit. et sic ge-
neraliter loquēdo quātitas dati (p̄supposita equali-
tate bone intētionis siue voluntatis) quātū ad p̄mi
um eēntiale nō addit directe et pprie. ſ q̄dāmō di-
spositiue. vel qz disponēdo ad charitatē disponit ad
maiorē gloriā. vel qz eripiendo a malo. celerius facit
hominē ptingere ad coronā. Et hoc quidē nō hz in-
stātiā qn̄ ē excessus q̄ntitatis dati. z i cōpatiōe ad da
tū. z in cpatōe ad facultatē dātis. Qn̄ vō ex vna pte
datū vnū excedit alid̄ i se. z ecōtra excedit ab aliq̄ in
compatiōe ad facultatē dantis. p quē modū dixit do

min⁹ q vidua plus miserat i gazophilatiū q̄ oēs di
uites. qz totū victū suū posuerat. tūc se hn̄t sicut exce
dentia et excessa. Scdm̄ eñ diuersas cōditiōes vnū
datū plus pmouet q̄ reliquū. Maior eñ quātitas
dati plus valet ad euadēdā penā. Qz sicut dr̄ Pro-
uerb. xiij. Redēptio aie viri sunt pprie diuitie. Ma-
ior vero quātitas dati ſm facultatē dantis plus va-
let ad acquirēdā gratiā p eo q talis se magis dispo
nit ad pfectionē beatitudinis scz pauptatis. Conce-
dēde sunt igit rōes ondentes q quātitas dati aliq̄d
auget ad meritū bone intētiōis scz dispositiue. Ad
illud vero qd̄ p̄mo obr̄ in cōtrariū q vidua illa plus 32
dedit. dici pōt q ibi loquit dn̄s d quātitate dati per
cōpationē ad facultatē dantis. qz illa totuz dederat.
qd̄ patet p sequētem lrām. Preterea deus q̄ scrutat
corda. vidit q vidua illa ex meliori volūtate oblatio-
nē suā dabat. et iō magis donū eius appreciabat ra-
tione volūtatis eius melioris. Cū aūt querim⁹ nunc
vtr quātitas dati aliq̄d addat ad bonitatē intētōis.
hoc q̄rim⁹ p̄supposita equalitate bone voluntatis.
aliter eñ nulla eēt qō. qz planū est q plus valet magnitudo bone voluntatis cū puo dono. q̄ puitas bo
ne volūtatis cū magno. Ad illud qd̄ obr̄ de glo. q 33
de⁹ nō cōsiderat quātū ſ ex quāto. dōm q verū ē p̄n
cipaliter scz quātū ad retributionē p̄mij. nō negat tū
glo. q̄n quātitas dati aliquo mō disponat de cōgruo
ad maiorē gloriā. vel ad gloriā celerius habēdam.
Ad illud qd̄ obr̄ de alia glo. q equalis volūtas eq̄- 34
lem hz mercedē iā ptz respōsio. Nō eñ fit maior re-
tributio volūtate remanēte in sua equalitate. ſ quia
quātitas dati disponit ad habendū meliorē volunta
tē et puriorē. hinc ē q aliquo mō facit ad augmētum
glorie. Et p hoc ptz rn̄sio ad illud qd̄ vltimo quere-
bat q aliquo mō facit ad p̄miū subale licet nō prin-
cipaliter et p se. ſ mediāte gratia et charitate ad quā
disponit. Uerūtamē illud qd̄ obr̄ de p̄mio accidēta- 35
li nō cogit p eo q meritum accidētale nō tm̄ ē aureo
la. ſ etiā gaudiū de aliquo bono creato. siue sit alic⁹
p̄rogatiue et excellētie siue nō. Et hoc melius mani-
festabit in sequēti problemate. Qō. iij. f
Utrū bonitas operū addat ad bone intentiōis meri
tū q̄tū ad numerositatē. Et ē qō vtrū bonū op⁹ ad-
ditū opi. reddat opantē dignū maiori p̄mio eēntiali.
Et q nō vr̄ p̄mo p illd̄ Zach. iiij. Exeq̄bit grām grē.
g vbi ē eq̄litas grē. erit eq̄litas glorie. igit si aliq̄ duo
ex eq̄li grā ineq̄liter opāt. nihilomin⁹ i mercede glo-
rie eq̄būt. Itē sup illd̄ Iud. ij. Qui lōgo tpe p⁹ eū
vixerūt. glo. Soli⁹ dei ē nosse inter seniores q̄s eoru
p⁹ se lucē emiserit. vtr paul⁹. an petr⁹. an bartholo-
me⁹. ſ certū ē q paul⁹ plus oib⁹ laborauit. sicut dr̄. j.
Cor. xv. g magnitudo p̄mij nō pensat ſm multitu-
dinē opm. Itē Aug. Nō mltitudo opm. nō diutur
nitas tpm auget meritū. ſ sola charitas et melior vo
lūtas. ſ nihil hoc expssi⁹ dici pōt. Itē quātū hō dili-
git deū tantū diligit a deo. et quātū diligit a deo tan
tū remunerat a dō. si g ē eq̄litas in dilectiōe. eq̄litas
ē in remuneratiōe. ſ multi sūt eq̄les in dilectōe. q̄ nō
sūt eq̄les i ope. g vr̄ q mltitudo opm n̄ faciat ad me-
riti subalis p̄mij incremētum. Sz cōtra. Ro. iiij. Ei
aūt q̄ opat merces nō iputat ſm gratiā ſ ſm meri-
tū. glo. Merces [illegible] dabit ſm grāz fidei tm̄. ſ ſm me-
ritū opatiōis sue. g vr̄ q pluribus opib⁹ maiorē merce
dē quis mereat hrē. Itē sup illud Gal. iiij. Bonum
aūt facientes nō deficiētes. glo. Quātū seminauerit

m⁹ in opibus. tātū metem⁹ in fructib⁹. ergo rc. Itē ꝑ
vnū bonū op⁹ hō meret vitā eternā. ergo si aliō sequēs
opus ē ita bonū sicut p⁹. tātūdē merebit sicut ꝓmū.
aut ergo meret illō idē. aut aliq̄d supadditū illi. Si ali-
q̄d supadditū illi hēo ꝓpositū ꝙ mltitudo opm ꝓfit
ad augmētū meriti. Si nihil. ergo vr̄ ꝙ frustra opet. ergo ē
stult⁹. qr facto vno bono āpli⁹ facit aliō Qz si hoc ē
īpiū dicere. restat rc. Itē pctm̄ n̄ ē magis efficax ad
merēdū penā. q̄z sit bonū op⁹ ad merēdū gloriā. sed
peccatū sequēs additū ꝑcedēti si sit eq̄le ei meret du-
plo maiorē penā. ergo bonū op⁹ additū ꝑcedēti meret
duplo maiorē gloriā. Itē q̄ suuit hōi. q̄to diuti⁹ ei ser
uit tātū maiorē assequit mercedē. si ergo de⁹ in retribu-
endo est iustior et liberalior q̄z sit hō. vr̄ ꝙ quāto ali
q̄s in plurib⁹ ei suuit. et quāto plura opa ꝓ xp̄o faci-
at. tāto maiorē ab ip̄o recipiat r̄tributionē. Itē iste
q̄ multiplicat opa bona seminat in terra bona. ergo ne-
cessario optet ꝙ aliquē fructum ꝓmij ex eo accipiat.
Aut igit ꝓmiū subale. aut accidētale. aut aurec. aut
aureole. Sz nō aureole. cū illa debeat opib⁹ excellēti
bus. ergo recipiet mai⁹ ꝓmiū subale siue aurec. Est igit
qō q̄ztū ꝓsint bōa opa mltiplicata et quē fructū affe
36 rūt. R. ad ꝑdictoꝝ intelligētiā ē notādū ꝙ ꝓficere
in merito vel ad meritū pōt eē duob⁹ modis ꝓm du
plicē diaz ꝓmij. Quodā em̄ ē ꝓmiū subale. qō q̄dem
cōsistit in visiōe et fruitiōe dei. qō iō dr̄ ꝓmiū subale.
qr fūdamētū et suba toti⁹ nr̄e beatitudis ē de⁹. et illo
ꝑfecte habito. ꝑfecta ē in nobis btitudo. Aliō vo ē
ꝓmiū accidētale qō q̄dē cōsistit in gaudio qō habet
37 de bono creato. vel de liberatiōe ab aliquo malo. Ac
cipiēdo igit meritū respectu ꝓmij subalis. cōtigit di-
cere ꝙ aliq̄d valet ad ꝑfectū meriti tripliciter. Aut qr
ꝑ illō meret hō maiorē gloriā. et hoc mō maior chari-
tas vl' melior volūtas facit ad ꝑfectū meriti. Aut qr
disponit ad merēdū maiorē gloriā. et talia sūt opa ꝑ-
fectiōis q̄ dicūt facere ad meriti ꝑfectū. Aut qr con-
seruat illud ꝑ qō meretur hō gloriā. et sic omia bona
opa ꝓficiūt ad meritū. qr in ip̄is exercetur charitas
et opatur. cōseruatur ↄ radicatur. vt hō finalr̄ ꝑseue
ret in illa.. Et hoc nō ē ꝑuū. qr quicq̄d hō faciat. non
saluatur nisi finalit ꝑseueret. Et sic pz ꝙ opm multi
plicatio q̄ddāmō valet ad ꝑfectuz in merito respe-
ctu ꝓmij subal'. et hoc dico disponēdo et cōsuādo. n̄ āt
merēdo maiorē gloriā ex cōdigno. Silr̄ ad ꝑfectum
38 maioris ꝓmij accidētal' pt aliq̄d valere tripliciter. Aut
rōe adeptiōis aureole. et sic opa spāl' excellētie faciūt
ad ꝑfectū meriti volūtatis bone. Aut rōe adeptōis
alic⁹ delectatiōis interne. et sic oīa opa q̄ fiūt ex grā
q̄ddāmō valēt ad ꝑfectū ꝓmij accidētal'. qr ꝓm ꝙ hō
plura bona opa facit. ꝓm hoc de plurib⁹ iocūdabitur
in cōsciā sua. Aut rōe diminutiōis pene. et sic opa dif
ficilia et penalia faciūt ad ꝑfectū meriti. et addūt ad
meritū bone volūtatis. qr remissionē alic⁹ pene me-
retur hō ex volūtate cū ope. quā nō meretur ex sola
volūtate. Hec aūt distictio nō solū valz ad terminan
dū qō dictū ē. s; etiā ad duo ꝑcedētia. Generalit em̄

ꝑcēm ē ꝙ ꝑ opm dignitas. et dati quātitas. et opm nu-
merositas ad ꝑfectū meriti facit respectu ꝓmij acci-
dētalis. licz diuter. Verū ē etiā generaliter ꝙ illa oīa
opa nō faciūt ad ꝑfectū meriti r̄spectu ꝓmij subal' ni
solū disponēdo et cōsuādo. Vn̄ rōes ille q̄ ōndūt
ꝙ nō mltiplicatur merces ꝓmij subalis ꝓm multipli
catōz opm. cōcedēde sūt. Verū em̄ cōcludūt. Ad il- 39
lud vo qō ꝓmo obi i. cōtrariū ꝙ ei q̄ opatur merces
iputatur ꝓm meritū. dō. ꝙ text⁹ ille ꝓm ꝙ glo. expōit
n̄ vult dicere ꝙ q̄ntitas mercedis r̄ndeat opi ꝓncipa-
liter. s; hoc vult dicere. ꝙ vbi ē oportunitas opādi. n̄
sufficit grā fidei sine bona opatiōe. vbi aūt oportunī
tas siue facultas deēst. sola grā sufficit. Vn̄ sensus ē.
ei q̄ opatur. i. ei q̄ hz tp̄s opādi. Ad illud qō obi de 40
glo. ꝙ quātū seminauim⁹ in opib⁹. tātuz metem⁹ in
fructib⁹. dō ꝙ nōie fructuū itelligitur ibi gaudiū qō
hēbit q̄s de bonis opib⁹. nō ꝓmiū subale qō cōsistit
in dō. Si āt ō illo scz subali ꝓmio intelligatur. tūc q̄n-
tū et tātū nō dicit cōmēsuratiōez. nec etiā dicūt dis
positionē necessitatis s; cōgruitatis. Ad illō qō obi. 41
ꝙ ꝑ sequēs op⁹ meretur hō tātūdem q̄tū ↄ ꝑ ꝓmū
dō. ꝙ verū ē. s; nō meretur aliud s; idipm qō ꝑus me
ruerat. loquēdo quātū ad eēntiale ꝓmiū. et nō sequi
tur ꝙ inanū laboret. qr et si ꝓmū op⁹ erat meritoriū
vite eterne. nō tn̄ merebatur efficaciter nisi charitate
ꝑseuerāte. et charitas nō pt in hōie vigere q̄n exeat
in bonos act⁹ cū pt et debet. iō seq̄ns op⁹ frustra nō
fit. qr q̄uis nō addat ad ꝓmij excellētiā. addit tn̄ ad
meriti efficaciā. disponit etiā nihilomin⁹ ad ꝑfectū.
et facit ad incremētū meriti respectu accidētal' ꝓmij
sicut ꝑus ōnsuz ē. Ad illud qō obi ꝙ pctm̄ additum 42
pctō duplat meritū et suppliciū. ergo ↄ bonū additū bo
no. dō. ꝙ nō ē silr̄. ꝓpter hoc ꝙ qr mala facim⁹. ma-
li sum⁹. s; nō qr bōa facim⁹ boni sum⁹. imo poti⁹ ecō
uerso bonitas opm ortū hz ex bonitate opātis. et hic
est ꝙ diuersis pctis meretur hō diuersa supplicia. q̄ū-
uis diuersis bonis opib⁹ mereatur hō vnā gloriā. qr
actio merēdi et acceptādi in plurib⁹ bonis vna ē. rō
vo displicēdi et demerēdi in pluribus pctis diuersa.
Ad illud qō obi ꝙ apud hōiez mai⁹ ꝓmiuz mere 43
tur hō ex plurib⁹ opib⁹. dō. ꝙ nō ē silr̄. qr hō nō r̄pu
tat op⁹ dignū retributiōe ꝓpt bonitatē opātis. s; po
ti⁹ opātē ꝓpter bonitatē opis. Hō em̄ indiget alicō
suitio. de⁹ aūt q̄ bonoꝝ nr̄oꝝ nō indiget. nō opantē
ꝓpt opa. s; opa ꝓpt opātē acceptat et remunerat et
iō n̄ ē silr̄ ex pte ista et ex illa. Ad illō qō obi ꝙ opa 44
mltiplicata nō valēt ad ꝓmiū accidētale. qr nō asse-
quūtur aureolā. dō. ꝙ accidētale ꝓmiū in pl⁹ ē q̄z au-
reola. Nōie em̄ aureole n̄ intelligim⁹ qōcūqz ꝓmiuz
accidētale. s; illō qō hz quādā ꝑrogatiuā et dignita-
tē sicut et op⁹ cui r̄ndet. Nihilomin⁹ tn̄ gaudiū ō bo
noꝝ opm mltiplicatiōe ad accidētale ꝓmiū spectat.
cū sine ip̄o possit haberi vita eterna. et ad hoc q̄dē faci
unt bona opa mltiplicata. faciūt etiā ad eēntiale pre-
